6
34-B
42

6
L
17

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-34.B.42

50.2.8

Digitized by Google

Digitized by Google

COMMENTARII
DE
RE DIPLOMATICA
IMPERATRICIUM AVGVSTARVM
AC
REGINARVM GERMANIAE

EX PROBIS LITERARVM MONIMENTIS
AD TEMPORVM SERIEM
ADORNATI
A

IO. HEVMANNO
IVR. IN ACADEMIA ALTORFINA PROF. P. O.

ACCEDVNT APPENDICES II
IN QVIBVS
DE DIPLOMATIBVS NONNVLLIS
CVM AVGVSTARVM ET REGINARVM
ITALIAE TVM IMPERATRICVM
CONSTANTINOPOL. DISSERITVR.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESU



NORIMBERGAE
SVMTIBVS IOHANNIS GEORGII LOCHNERI
MDCCXXXXIX.

26.

Digitized by Google



LECTORI BENEVOLO
S.

Etſi Imperatorum Auguſtorum rei diplomaticae ſtudium, quod et inſignis tabularum, iam ad uſus meos accommodatarum, apparatus ſaepius ſtimulat, nondum abieci: arduum tamen iſtud opus ea, qua decet, induſtria perſequi non poſſum. Etenim ſi quid otii ſuperſit, quod ſane quam exiguum eſt; id omne fere altercantium queruli, quos muneris ratio ſedulo peruolutari iubet, libelli ſibi uindicant. Interim Imperatricum Auguſtarum rei diplomaticae tibi, LE-

CTOR CANDIDE, exhibeo commentarios; parergon exhibeo, ſua quaſi ſponte ſacros Caeſarum apices ſcrutanti mihi oblatum. Quum multi legum publicarum interpretes Auguſtae decora atque iura ſoleant diligenter exponere, horumque nonnulli laetiorem monimentorum ſegetem requirant: longam mei qualiscumque non afferam laboris excuſationem, quo plane cognito, penitusque perſpecto, pro integritate tua, LECTOR, exiſtimabis ipſe, an ex eodem ad Auguſtarum diplomaticam fructus aliquis referri poſſit. Tam inhumanum fore ſpero neminem, qui omnem operam meam inanem eſſe iudicet, quamquam poſtulandum non eſt, ut eadem omnibus placeat. Ego certe hac de re non angar animo. Age, libelle,

Si quis erit, qui te, quia ſis meus, eſſe legendum
non putet;
Inſpice, dic, titulum.

Si argumenti dignitas te non tuetur; nec fortunam ſecundam, nec mundiburdium, ut diplomatice loquar, tibi praeſtare poſſum. Haud inficior, tantam Diuarum Auguſtarum documentorum copiam non

ſup-

Digitized by Google

ſuppetere, ut iſta aeque ac ſingulorum Imperatorum diplomata ad artis formam redigi poſſint; at habebis tamen, LECTOR, ni fallor, quod eam, quam diuulgaui, chartarum mireris ubertatem. Tabulas enim ſingulari cura mihi undique collecturo uirorum illuſtrium beneuolentia, quam paſſim laudibus extuli, praeſto fuit, meumque conatum tam promte, tamque inſigniter adiuuit, ut non ſolum literas antehac incognitas in lucem proferre, ſed etiam librum ornare potuerim ſigillis, quae, etſi codicillis eximium robur adiungant ac ſplendidum, plerumque tamen monimentis, typorum ope nobiſcum communicatis, ſubtrahuntur. Diplomata integra exhibui, quia non rerum gnaris aut librorum ex tabulariis hauſtorum ſupellectili gloriantibus magnifica, ſed aliis, hisque permultis, quibus hanc adire Corinthum non contingit, operam meam dicatam uolo. Si plures abditis chartarum carceribus lumen indulgere non pigebit; ſpes eſt, fore, ut Archiuum Auguſtae reſtituatur. Quanta ex uenerandis his reliquiis ad diſciplinas uarias redundet utilitas, idemtidem monſtraui. Auguſtarum quip-

Digitized by Google

pe tabularum ſtudium cum ad rerum geſtarum commentarios emendandos firmandosue, tum ad ſtemmatum excelſorum doctrinam ſupplendam plurimum ualere, nemo non animaduertet. Ecquid iſti legum ſcientiae, quam iurisprudentiam priuatam illuſtrium appellant, fructuoſius eſſe poteſt, quam tot connubiorum, pactorum dotalium, teſtamentorum, donationum libellos coram intueri? Ego uero in eo potiſſimum induſtriam meam defixi, ut Imperatricum diplomaticae ſummam capite primo complecterer; uberiorem explicationem a me non impetraui, cum artis regulas indagare, non ſpiſſa conſcribere uolumina conſtituiſſem. Iam ex his omnibus abunde cognoſces, Auguſtae nomen non dignitatis tantum, ſed etiam poteſtatis eſſe. Regina ſcilicet modo in ſolemni imperii concione aſſidet, modo de tribunali pronunciat, modo ducit exercitum; ipſius conſilia exquirit maritus, ipſius interuentu negotia publica tractantur, ipſius auctoritatem colunt maxime rerum ſacrarum antiſtites, ipſius largitate ac praeſidio laetantur religioſa delubra; haec filii regis tutelam, immo totius reipu-

blicae

blicae curam gerit, illa rebus mariti abſentis prouidet, iſta ſacramenti fidem a regni ſubditis recipit. At quis omnem Auguſtae maieſtatis amplitudinem ſatis digne deſcribat? Tabularum ipſarum teſtimonia loquantur; euoluantur etiam alia, ad rem Imperatricum ſpectantia, documenta literaria, quae, ſi ſola conſiderentur, interdum negligi potuiſſent, (cur diffitear?) ſed ob eam, qua bonarum artium ſtudia continentur, cognationem non parui ducenda uidentur. Etſi haec argumentorum momenta inſtituto noſtro multum faueant: facile tamen praeſentio, quid te, LECTOR OPTIME, ſolicitet. Antiqua forſan, quae attulimus, putabis eſſe et obſoleta, recentioris aeui Auguſtarum diplomata priſcam dignitatem ignorare; Caeſarum uxores nec fiſci, ut Carolingorum, nec regni, ut Ottonum temporibus, curam ſuſtinere; Auguſtos coniugum partes precesque in libellis haudquaquam commemorare. Plura poſſent his opponi, ſed ſtrictim rem expediam. Si tam larga Auguſtarum inferioris aetatis diplomatum copia non ad omnium manus peruenit, quis ideo ſuſpicabitur, reginas dediſſe char-

tas

Digitized by Google

tas rariores ? Et dabimus, Auguſtas hodie maieſtatem ſuam parcius in tabulis explicare, exiſtimabisne, iſtas iura ſua praecipua amiſiſſe uel deſeruiſſe ? Taceant praecepta Caeſaris coniugis interuentum, ea tamen interuenit; omittant uerborum cincinnos, res ipſa non tollitur. Vrges, iamdudum Reginae priuilegia obliuione ac uetuſtate obſcurata fuiſſe; nec imperii noſtri ſtatus rationem, nec leges primarias ferre coimperatrices. Verum enim uero quod diuturna conſuetudine ſtabilitum fuit, id firmum ac perpetuum cenſetur, etiamſi conſuetudinem nonnumquam intermittamus. Iura, quorum uſus merae, quam dicunt, facultati, ſiue arbitrio noſtro relinquitur, non pereunt, niſi libertatem noſtram per longum temporis ſpatium conſtringi patiamur. Nonne igitur et Imperatricum iura, quamuis uſus interdum quieſcat, uigent? Si negas; mutatum aliquid fuiſſe, comprobabis, cum, quae non abrogata ſunt, ea ſemper perdurare iudicentur. Exemplum ſuppeditant Auguſtarum preces primariae, de quibus in Diuae Eleonorae, Friderici III Imp. uxoris, re diplomatica uberius commentati

tati ſumus. Reginam nihil, quod Imperii legibus, ipſum Imperatorem uincientibus, aduerſetur, ſtatuere poſſe, extra diſceptationem ponitur. Si GOLDASTVS ille rerum patriae ſagaciſſimus inueſtigator olim D. ANNAE, Matthiae Imperatoris coniugi, ſuadere non dubitauit, ut ſicut ſolemnem Auguſtarum inaugurationem reuocandam curauit; ita earumdem auctoritatem uindicaret, et grammatophylacion ſiue cancellariam inſtrueret, ne archicancellarii Imperatricis honos ſolo titulo circumſcriberetur: quanto magis iſtiusmodi conſilia MARIA THERESIA, hodie Auguſta, tot regnorum mater, (ſi ipſi e re eſſe uideretur) approbare poſſet, quam tantum imperio, quantum ab eo accipit, ſplendoris reddere, ſciunt omnes. Iure ſuo, tabularumque ſuffragio praeconiis exornant annales inſignem Mathildis pietatem, ſingularem Adelheidis prudentiam atque auctoritatem apud multos populos ſanctam; uirile Angilbergae animi robur, eximiam Iudithae ac Beatricis formam, ut alia Imperatorum Auguſtae gentis Auſtriacae conſortium thalami elogia praeteream: at

nihil relatum lego, quod non in MARIA THERESIA exſplendeſcat nitidius. Vnam omnium celebrabunt poſteri MARIAM THERESIAM, D. Caroli VI Imp. Auguſti, cuius nominis gloria iisdem, quibus conſtantiae ac fortitudinis laus, terminatur finibus, prolem, tanto patre, tot atauis Caeſaribus, digniſſimam, legitimam regiae Auſtriorum et Guelphorum uirtutis heredem, magnum utriusque fortunae exemplum ac immortale. Diuinam hanc Auguſtam, terrarum orbis admirationi ac praeſidio deſtinatam, tot, tamque diuerſi ſermonis nationum dominam, tàm incredibili in Rempublicam Germanam meritorum multitudine florentem, hanc, inquam, incomparabilem Auguſtam ad priorum Reginarum dignitatis poteſtatisque faſtigium non adſcendere, quis credat? Adſcendit omnino, ac multo, ſi uelit, maioris ponderis edit documenta. Numquid eam impediet? Lex? noui nullam. Mos recentior? immo tenemus etiam nunc mores antiquos. Auguſtus maritus? Caeſar, iuris et aequi cuſtos ſacratiſſimus, Princeps omnium clementiſſimus, quo nę uotis quidem meliorem fingere poſſemus?

Digitized by Google

mus ? id cogitare , piaculum foret. Imperii Senatus potentiſſimus ? at hic Auguſtae ornamenta augebit, non minuet. Reliqua taceo , ne ultra ſortem meam ſapere uidear. Interea uehementer opto , ut ii, quibus opportunum eſt , Auguſtae noſtrae piae ac Triumphatricis tabulas per tot archiua diſperſas colligant atque aliquando MARIAE THERESIAE MAGNAE rem diplomaticam concinnent , libellum meum facile obſcuraturam. Vale , LECTOR BENEVOLE , ac pro ſtabili DOMVS AVGVSTAE felicitate uota nuncupa mecum ardentiſſima. Iterum vale. Scribebam Altorfii VII Id. Septemb. cIↃ IↃ c c xxxxvIII.

Digitized by Google

SERIES CAPITVM.

CAPVT I

De re diplomatica Auguſtarum generatim agitur. p. 1.

CAPVT II

De diplomatibus Auguſtarum periodi Carolingicae. p. 25.

CAPVT III

De diplomatibus Auguſtarum periodi Saxonicae. p. 103.

CAPVT IV

De diplomatibus Auguſtarum periodi Francicae. p. 164.

CAPVT V

De diplomatibus Auguſtarum periodi Sueuicae. p. 232.

CAPVT VI

De diplomatibus Auguſtarum periodi Auſtriaco-Luxemburgicae. p. 281.

CAPVT VII

De diplomatibus Auguſtarum periodi Auſtriacae. p. 351.

APPENDIX I

De diplomatibus Imperatricum quarundam ac reginarum Italiae. p. 441.

APPENDIX II

De nonnullis diplomatibus Imperatricum Graecarum. p. 462.

Index Auctorum.

Index rerum et uerborum.

Digitized by Google

CAP. I.

DE RE DIPLOMATICA AVGVSTARVM GENERATIM AGITVR.

§. I-IV.

§. I.

SI Diplomatica interpres eſt et diſceptatrix ac iudex tabularum: quam Auguſtarum diplomaticam cenſeamus eſſe doctrinam, obſcurum erit nemini. Auguſtarum diplomatica et

§. II.

Auguſtam Imperatoris Romanorum Regisque Germaniae uxorem legitimam uocamus, quae et imperatricis et reginae nomine appellatur. Auguſta deſcribitur.

§. III.

An Auguſta poſſit diplomata condere, fruſtra disquiritur, cum nos ingenti chartarum copia obrui uideamus. Imperatricum uero res diplomatica ita dilatanda eſt, ut et teſtamenta et iudicia et epiſtolas et alia literarum monimenta complectatur. Varia diplomatu m genera.

§. IV.

Nemo non intelliget, nos non uetuſti imperii Romani Auguſtarum ſcrutari tabulas, quae uel ad noſtra tempora non peruenerunt, uel, ſi peruenerint, ad rem Germanorum non ſpectant; at quoniam ſaepius Auguſtarum iura ex Iuſtiniani Imperatoris placitis repetuntur, aut certe illuſtrantur (dicere non audeo, proban- Auguſtae iura legibus Iuſtinianeis ſancita.

Digitized by Google

§. IV. tur): nonnulla de ſanctionibus iſtis delibabo, ut, uariae aetatis rebus inter ſe collatis, diſcrimen eo luculentius cognoſcamus. Ius Iuſtinianeum Auguſtam appellat *uenerabilem* §. ult. I. de uſucap. add. l. 3 C. de praepoſ. ſacri cubiculi. Lib. 12. et *reuerendiſſimam.* Nou. 8 c. 1, item *ſereniſſimam*, l. 3 C. ubi Senat. uel clariſſimi l. 3 C. de quadrienn. praeſcript. *piiſſimam* l. 7 C. de bonis quae liberis. l. 26 C. de donat. inter uir. et uxor. *ac diuinam* l. 3 C. de quadr. praeſcr. VLPIANVS Iuriſconſultus in L. 31 de Legibus: *Auguſta*, ait, *licet legibus ſoluta non ſit, principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quae ipſi habent.* Plura ad interpretationem huius legis congeſſit perinduſtrius ac pius ICtus AHASVERVS FRITSCHIVS in tract. de Auguſta Romanorum Imperatrice. cap. 7.

Quamobrem Auguſta teſtamentum ſine ſolennitatibus iuris ciuilis conficere, atque ab aliis accipere poſſe dicitur.

Donatio Imperatricis immodica inſinuatione non indiget, per l. 34 C. de donat. et l. 7 C. de bonis quae liberis. cui ratio additur: *ut enim imperialis fortuna omnes ſupereminet alias, ita oportet et principales liberalitates culmen habere praecipuum.*

Donationes inter coniuges Auguſtos ratae ſint ac firmae. *l. pen. C. de donat. int. uir. et uxor. l. ult. C. de quadr. praeſcr.*

Quidquid Auguſta filiofamilias donat, illud tamquam peculium quaſi caſtrenſe pleno iure acquiritur, nec pater in re donata uſum fructum ſibi uindicare poteſt. l. 7 C. de bon. quae lib.

Auguſta aeque ac Auguſtus utitur beneficio *l. bene a Zenone.* 3 *C. de quadr. praeſcr.* §. *ult. I. de uſucap.* Itemque gaudet priuilegiis fiſci. *l.* 6 §. 6 *de Iur. fiſci.* Auguſtae bona ab omnibus oneribus et uectigalibus ſunt immunia. Cubicularii ipſius ab obſeruatione aliorum tribunalium liberantur. l. 5 *C. de praepoſit. ſacr. cubic.* l. 12.

Si quis uberiorem harum legum expoſitionem deſideret, is, praeter FRITSCHII libellum, euoluat BERN. LVD. MOLLENBEC. de Auguſta Romana; illuſtr. RVDOLPH. a BVNAV de ornamentis et honoribus Auguſtarum; et, quo nemo hoc argumentum exquiſitius tractauit, Cel. IAC. CAROL. SPENERVM Iur. publ. lib. IIII c. XI.

§. V.

§. V.

Rei diplomaticae Auguſtarum difficultates.

Haud inficior, Auguſtarum codicillos multo difficilius, quam Caeſarum diplomata, ad artis normam adduci: tamen non nihil commentari poſſumus, pleniorem explanationem iis, quibus plura Auguſtarum diplomata inſpicere licet, relicturi. Non deeſt argumento dignitas, non deeſt lux, non deeſt copia, dum ne nobis deſimus, nec tabularia occludamus. Non dubitamus, quin et Auguſtarum libellis admiſti fuerint mendoſi ac commentitii, ſed hi integrorum decus haudquaquam euertent.

§. VI.

De diplomatum externis, praeſertim de ſcriptura et lingua.

Externa documentorum Auguſtarum cum re diplomatica Imperatorum, ni fallor, fere congruunt. Splendidum ſane monimentum pactorum dotalium Ottonis II exiſtimemus, quod Imperator iſte literis aureis in membrana purpurea uariis figuris diſtincta ſcribi iuſſit, teſte LEVCKFELD. in antiquit. Poeld. c. 8 §. 1 p. 29. Alia huius generis ſpecimina ex re diplomatica Imperatorum indicat CHRON. GOTWIC. p. 82. Quoad Imperatores literas ſuas latine exararunt, eamdem quoque linguam Auguſtae iubebant adhiberi. Sermo patrius tardius placuit. Ante Eliſabethae, Alberti I coniugis, aetatem chartam Auguſtae theotiſce ſcriptam deprehendimus nullam. Poſthaec utraque lingua promiſcue utebantur; etenim adhuc Blanca Maria literas latine ſcripſit. Quin etiamnunc negotia cum exteris latine aguntur. Vnde antiquae ſcripturae cognitio hauriri poſſit, oſtendunt commentarii noſtri de R. D. Imperatorum §. XIIII. Addimus RAYM. DVELLII excerpta Genealogico-hiſtorica. Scribendi ratio aetate media in Imperatorum ac Regum curia multis uitiis laborabat, quam et reginae ſequebantur.

§. VII.

De Sigillis

Quo maius robur ſigilla chartis tribuunt: eo magis miramur, tam pauca in Auguſtarum tabulis aſſeruata fuiſſe. HEINECCIVS, qui multa ſagacitate inueſtigauit ſigilla, duo tantum ad Auguſtas pertinentia repraeſentat. Alterum eſt bulla plumbea, quae Gallae Placidiae effigiem et inſcriptionem, et in auerſa parte Victoriolam cum cruce praefert, eiuſdem magnitudinis, cuius ſunt illius num-

Digitized by Google

§. VII. mi. Hanc bullam Gazophylacium Canonicorum S. Genouefae Pariſienſis ſeruare, teſtatur du FRESNE in Gloſſar. u. bulla plumbea, ubi docet, Imperatores Conſtantinopolitanos plumbea bulla uti ſolitos eſſe; quod quidem non negamus, perinde ac certum habemus, Byzantinos Imperatores aurearum bullarum uſum approbaſſe. In GVICHENON. bibliotheca Sebuſiana p. 158 exhibetur diploma Imperatricis Ducinae Anglinae Comnenae, cuius in fine legitur: *roborari ipſam fecimus aurea bulla imperii noſtri pendenti.* Sed quidquid horum ſit, HEINECCIVS non temere coniectat, Gallae Placidiae bullam ectypon plumbeum cuiusdam nummi fuiſſe, quod deinde pro ſigillo habitum eſt. Reddimus hanc bullam n. 1. De Galla Placidia latius commentatur LAMBEC. in libr. II comment. bibl. Caeſar. Vindob. p. 586. du FRESNE in hiſtor. Byzantina. p. 53 ſq. Alterum ſigillum Mariae, Ottonis IV coniugis, MEIBOMIO debemus. Deſcripſimus illud infra, ac depinximus n. 2. Tum P. R. HERRGOTT. in Genealogia diplomatica Habspurg. nobis affert ſigilla coniugum Rudolphi I Imp. Tab. 18. n. VI et IX. Quantum annales et diplomata in Rudolphi I uxoribus conſignandis inter ſe diſcrepent, alias dicemus. Rem uix expedies, niſi Gertrudem et Annam non duas, ſed unam reginam, putes, cum praeſertim Anna ſigillo Gertrudae fuerit uſa. Sigillum Gertrudae refert inſignia Habspurgica, leonem ſcil. adſperſis liliis. uid n. 3. Annae uero maieſtatis ſigillum tribuitur, niſi fallit imago fragmenti. n. 4. Haud peregrinum eſſe, principes Romanas arma gentilitia retinuiſſe, firmabimus exemplo ſigilli Barbarae, Sigismundi Imp. coniugis, quae ex comitibus Cillenſibus oriunda teſſeram quoque eorum ſigillo ſuo, diplomati cuidam chartaceo addito, indidit. uid. n. 5. Literas, loco, quo decet, recitandas, a Maecenate laudibus noſtris ſuperiore, illuſtr. Dom. HIERONYMO GVIL. EBNERO ab Eſchenbach etc. Reipublicae Noricae Duumuiro meritis cumulatiſſimo, qui nobis maxima benignitatis documenta impertiuit, accepimus. Sigillum in fine diplomatis cera rubra, chartae quidem ſegmento quadrangulari obducto, exprimitur, et in auerſa parte diplomatis membranula quadam transuerſali quaſi chartae alligatur. Cel. KOELERVS, praeceptor meus multa ueneratione colendus, in deliciis ſuis numiſmaticis a. 1746 n. 37 Margaretae, Ludouici IV Imp. coniugis, ſigillum, quod maieſtatis dicunt, adhuc exſtare ait.

Ceterum

Ceterum animaduertimus, iam Auguſtas Carolingicas u. c. Richardem ſuis ſigillis roboraſſe chartas, quibus nec ſequentes deſtitutae erant, prouti addiſcimus ex tabulis Theophaniae et Mathildis. Dolendum, ſigilla uel amiſſa fuiſſe, uel a diplomatum editoribus neglecta. Conſtantia Imperatrix *maieſtatis ſuae ſigillum cereum*, item *ſublimitatis bullam ceream* iactat. Et VGHELLVS docet, ſigillum cerae rubrae impreſſum et capſula lignea reconditum in cordula ſerica rubea pendere et imaginem Imperatricis cum inſcriptione exhibere. Eliſabeta, Alberti I coniux, etiam meminit *ihres Inſigels;* ac licet HVEBER ex Archiuo Mellicenſi ingentem ſigillorum copiam protulerit, Auguſtae tamen ſigillum reperio nullum. Eleonora, Friderici III uxor, documenta ſua roborauit *mit ihren Keyſerlichen anhangenden Inſigel;* WENCKER in Collect. Archiv. p. 127 narrat, Eleonorae literis, quas prodit ipſe, maius ſigillum appoſitum eſſe, cum fere omnes aliae minori et Auguſtae *ordinario* ſigillo munitae ſint; at nec maius nec minus oculis ſiſtere placuit. Haec ideo monemus, ne ii, quibus tabularia, unde diplomata Auguſtarum hauſimus, adire licet, hanc rei diplomaticae partem mancam eſſe ſinant. Quare gratias maximas perſoluo Illuſtri ac celeberr. D. SCHOEPFLINO, et Argentinenſis Vniuerſitatis et totius reipublicae literariae ornamento ſingulari, cuius humanitas inſignis mihi duo Auguſtarum ſigilla (reliqua enim iniuria temporum plane perierunt) ex tabulario Argentinenſium publico promſit; altero Eleonora Imperatrix literas a. 1464 ad Senatum Argentinenſem datas muniuit; uid. n. 6. Altero literae, quas Blanca Maria Auguſta a. 1488 ad Senatum Argentinenſem ſcripſit, obſignatae erant. uid. n. 7. Vtrumque aquilam imperii, illud ἀκέφαλον, hoc μονοκέφαλον, cum inſignibus Auguſtarum gentilitiis exhibet. Quum ſphragiſtice cum re nummaria ualde coniuncta ſit, atque altera alteram poſſit luce donare: interdum et Auguſtarum Germanicarum nummos iuuabit intueri. Veterum Auguſtarum Romanarum Graecarumque nummos delineauit partim, partim indicauit illuſtr. BVNAV, c. I. §. 17. Auguſtarum nummos ſaeculorum VI a Chriſto nato priorum recenſuit KOELER c. l. ubi magnae noſtrae Imperatricis, Mariae Thereſiae, nummus argenteus, quem *thalerum* uocamus, repraeſentatur, cuius pars princeps effigiem Auguſtae cum inſcriptione: M. THERESIA. D. G. R. IMP. GE. HV. BO. REG.

§. VII.

et nummis.

A 3 altera

§. VIII-X. altera uero aquilam imperii bicipitem, demto tamen gladio, ſceptro ac pomo imperiali, arma gentilitia Auſtriaca prae ſe ferentem, inſcriptione continuata: ARCHID. AVST. DVX BVRG. COM. TYR. 1746; exhibet.

§. VIII.

Formula inuocationis nominis diuini. Quod ad chartarum interna attinet, primum tabulas, diplomatum nomen iure gerentes, ſecernamus ab aliis Auguſtarum documentis. Imperatrices de domeſticis negotiis uariis uario ſtilo ſcribere potuiſſe, quis neſciat? ſingularia iſta ſub ſingulis Auguſtis exponemus; nunc formulas diplomaticas indagare liceat. Deinde Reginas plerumque coniugum ſuorum ſcribendi modum imitatas eſſe, comperimus, quamquam hoc non ſine ulla exceptione teneas. Formula auſpicalis rarior adhibetur, poſt Conſtantiam plane ceſſat. Richildis nomini ſuo praemittit: *in dei nomine.* Richardis utitur initiis a Carolo Caluo inſtitutis: *In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis*, quae ſeruarunt etiam Mathildis et Conſtantia, licet non perpetuo. Eliſabeta Frider. pulchri uxor teſtamentum incipit: *in dem Namen Gots Amen.* Placitis quibusdam praefiguntur uerba: *in nomine Dei*, aut preces ſimiles.

§. IX.

Particula ego uel nos. Nomina Auguſtarum non praecurrit pronomen *Ego* uel *nos.* Id regulae inſtar habeto. Richildis et Adelheidis appoſuere *ego;* ſed extra curiam imperatoris; Mathildis in curia. Eliſabeta, Alberti I uxor, itemque Eleonora diplomata nonnulla theotiſce ſcripta incipiunt: *Wir etc.* qui mos et Auguſtae hodiernae placet, et iam placuerat, antequam Auguſta appellaretur. In tabulis Eleonorae, D. Leopoldi uiduae, *nos* modo omittitur, modo ponitur.

§. X.

Formula: Dei gratia. Verba: *Dei gratia* ſeu *von Gottes gnaden* in tota Auguſtarum diplomatica ualent. Rarius locutio uariatur, ueluti *Dei* uel *diuina fauente clementia* in chartis Richardis, Conſtantiae; Annae et Eliſabetae Caroli IV uxorum. *Von Gottes gnaden*, item *von Gottes gnaden willen* primum legi in Eliſabetae, Alberti I coniugis, diplomatibus.

bus. Margareta, Ludouici Bauari uxor, ſic: *bi der genaden Gods Keyſerinne van Romen.* §. XI.

§. XI.

Titulus *Imperatricis*

Si regulae ex multitudine ſimilium euentorum effinguntur; Auguſtas conſueto titulo *Imperatrices* nuncupatas fuiſſe, ponimus. Epitheton: *Romanorum* paullo tardius acceſſit, ſiquidem id nec Auguſtorum tabulae ante Ottonem III ſciant. De recentioribus temporibus ſatis conſtat. At uero iam Richildis, Richardis, Theophania, Kunigundis, Agnes ſe *Imperatrices* dixerunt. Richenza ſcripſit: *Romanorum Imperatrix*, cum Mathildis, eaque prima, ſe *Romanorum Reginam* uocaſſet. Conſtantiae etiam probabatur elogium *Romanorum Imperatricis*, quamuis Auguſtae ſequentes maluerint Romanorum Reginae, ut Margareta, Henrici VII Regis, coniux, ſiue, ut Eliſabeta, Alberti I uxor, *Königin zu oder von Rom*, ſiue ut Friderici IV thori ſocia Eliſabeta, *Römiſch Kunigin*, appellari. Reuocabat *Romanorum Imperatricem* Margareta Ludouici Bauari uxor, Caroli IV thalami conſortes et Eleonora Friderici III coniux; Blancam Mariam, Maximil. I uxorem iterum *Romanorum Reginam* nuncupa·:· libelli, ſed et ipſe Maximilianus modo Imperator, modo Rex appellatur. Imperatorum Germanorum uxores ſaepius in reginarum titulo acquieſcebant.

2. et reginae

Teſtes euoco annales. THEGAN. Vita Lud. P. cap. XXVI (Dominus Imperator Ludouicus) *accepit filiam Welphi Ducis, qui erat de nobiliſſima ſtirpe Bauarorum, et nomen uirginis Iudith - - eamque Reginam conſtituit.* ANNAL. BERTINIAN. ad a. 853. *Lotharius Imperator, defuncta ante biennium Ermengarda, Chriſtianiſſima Regina,* etc. ANNAL. FVLDENS. ad An. 898. *Multis temporibus inauditum ſcelus - - - de Regina Ota* (Arnulphi Imp. uxore) *uulgatum.* Quid? quod iam in l. 26 C. *de donat. int. uir. et ux.* Imperatrix regina uocatur.

3. iam Carolidarum aeuo Auguſtae dicebantur *imperatrices.*

Sed falluntur, qui hunc morem Carolingicis Imperatoribus perpetuum fuiſſe, eosque uxores numquam Auguſtas uel Imperatrices appellaſſe, exiſtimant. Docebimus ex MARTENIO, (§. L.) Ludouicum Pium Iuditham appellaſſe *Auguſtam;* et, ex SAMMARTHANO, (§. L.) *ſemper Auguſtam;* in BALVZIO L. III miſcell. p. 124. Ludouicus P. in placito quodam epiſcopo Aldrico Cenomannico reddit monaſterium Aniſolae cum chartarum inſtrumentis. Subſcriptio ita ſe habet: *Huic iudicio et redditioni interfue-*

re

§. XII. *re ſubter inſerti uiri.* IVDITH IMPERATRIX, *Karolus glorioſiſſimus rex, Drogo Archiepiſcopus atque Archicapellanus, Antoarius Archiep. Hadalboldus Archiep. (et plures Archiepiſcopi, epiſcopi, comites, Abbates, uaſſi dominici)* LOTHARIVS ap. MVRAT. Hermengardin, pariter ac Ludouicus II Angilbergam nominauit Imperatricem auguſtam. In Caroli Calui diplomate ap. MIR. T. I p. 502 Domina Richildis *Imperatrix* ambaſciauit. Richardis in Charta quadam ſibimet ipſi Imperatricis decus tribuit. Olim Reges tantum dicebantur, qui a Pontifice Rom. nondum inaugurati erant Imperatores. WIPPO in uita Conradi p. 433: *rex imperialem benedictionem a Papa ſuſcepit:*

4. Quae fuerit, quae ſit hodie *regina Romanorum.*

Caeſar et Auguſtus Romano nomine dictus. Quin etiam regina Giſela Imperatricis conſecrationem et nomen ibidem accepit. Auguſtae interdum, licet corona ornatae, retinebant reginae titulum, aliis Imperatricis elogium, etiamſi coronam non ſumſiſſent, placebat. In AVR. BVLLA tit. 26 §. 5. et tit. 28 §. 2 legitur: *Imperatrix uel Regina Romanorum.* Si Rex Romanorum nobis eſt Imperator nondum corona Imperii Germanici (Romanam enim hodie non curat) condecoratus: intelliges, quae ſit regina Romanorum ab Imperatrice diuerſa. Ac conſtat denique, ſucceſſorem Imperatoris uiuentis deſignatum *regem* dici *Romanorum*; igitur illius uxor non poteſt non appellari *regina Romanorum.* MOSER. Staats-Recht P. VII p. 228 ſq. p. 410.

§. XII.

Imperatrix non, niſi a Pontifice R. *electa* dicitur.

Nouimus, Maximilianum I titulum Imperatoris additamento: *electi* locupletaſſe, quamquam animaduerto, iam Fridericum II nonnunquam ſcripſiſſe: *in Romanorum Imperatorem electus.* Vid. Diſſ. de inſigni Germaniae eiusque regis titulo §. 7 et 10. Quo minus haec ad Auguſtam ſpectant, eo magis miramur, Gertrudem, Rudolphi Habſpurg. coniugem titulis comitis de Habſpurc &c. appendicis loco addidiſſe: *nutu Dei in reginam Romanorum electa.* Singularis ſane charta ac nullius exempli. Quare Pontifex Romanus Auguſtam in Romanorum Imperatricem electam dicat, haud obſcurum eſt, quia nec Imperatorem niſi electum, hoc eſt, non coronatum appellat. Auguſtae poſt maritorum deceſſum in tabulis *quondam, weyland* uel *uiduae (verwittibte)* Reginae uel Imperatrices uocantur.

§. XIII.

§. XIII.

§. XIII. Titulus Auguſtae

Olim Auguſtae titulus non jure connubii, ſed ſingulari uel Auguſti uel Senatus fauore dabatur, quin etiam aliquando matri, ſorori, filiae priuato in matrimonium elocatae deferebatur. TACITVS Lib. I Ann. cap. 8. *Liuia in familiam Iuliam nomenque Auguſtae aſſumebatur.* et cap. 14, *multa patrum et in Auguſtam adulatio, alii parentem, alii matrem patriae appellandam cenſebant.* Lib. XII cap. 26: *augetur et Agrippina cognomento Auguſtae.* Hiſtoriar. Lib. II cap. 89: *Sic capitolium ingreſſus atque ibi matrem complexus Auguſtae nomine honorauit Vitellius.* DIO L. XX, p. 673 de Claudio Imperatore: *Vtebatur omnino ea moderatione, ut nato quoque ſibi filio, qui tum quidem Tiberius Claudius Germanicus, poſt Britannicus appellatus eſt, nihil ſplendide egerit: ac neque ei Auguſti, neque Meſſalinae Auguſtae nomen dari paſſus ſit.* CAPITOLINVS in Vita Marci Antonini cap. 20: *Filiam ſuam non decurſo luctus tempore, grandaeuo equitis Romani filio, Claudio Pompeiano dedit, genere Antiochenſi, nec ſatis nobili: quem poſtea bis conſulem fecit, quum filia eius Auguſta eſſet, et Auguſtae filia.* SPENER cit. loc. p. 240 autumat, Auguſtae nomen poſtea a Pontificis conſecratione repetendum fuiſſe, ob teſtimonium THEGANI de geſtis Ludouici Imperatoris. cap. 17: *Poſtea Pontifex (Stephanus) - - - coram clero et omni populo conſecrauit eum (Ludouicum) et unxit ad Imperatorem, et coronam auream mirae pulchritudinis et pretioſiſſimis gemmis ornatam, quam ſecum apportauerat, poſuit ſupra caput eius. Et Irmengardam Reginam appellauit Auguſtam, et poſuit coronam auream ſuper caput eius.* Sed parum huic coniecturae tribuendum eſſe puto. Beatrix, Friderici I coniux, iamdudum Imperatrix erat; ſed CHRONIC. LOBIENSE ad a. 1167 inconcinne memorat: *Imperatrix a domino Papa Paſchali in Auguſtam promota et conſecrata eſt.* Adelheidis in documentis mariti omnino Auguſta dicitur, quod SPENER. c. l. p. 240 negauit. Imperatrices hodie Auguſtas uocari, dubitat IOHAN. SELDENVS P. I de titulis honor. cap. VI. §. 7 pag. 109. Sed non eſt, quod dubitet; interim uerba illius, alioqui ſatis notatu digna, dabimus: Nunc autem dici Auguſtas non memini, ſed Imperatrices ſolummodo, et Imperatoris titulo in illius ſexus genus ſic transformato: *Romanorum Imperatrix ac Germ. Hung. et Boh.* etc. *Regina, nata Regina Hiſp.* etc. quomodo nominauit ſe ipſam

a Pontificis R. conſecratione non arceſſendus

§. XIII-XV. Maria, quae Maximiliani II fuit uxor, addita uoce, *Vidua*, in epiſtola d. d. Pragae d. 16 Apr. 1577 extante in biblioth. Cotton. gratias referente Eliſabethae R. noſtrae per Philipp. Sidny Equ. et Legatum, dolorem ſuper obitum Imperatoris conteſtandi cauſa ad eam miſſum. Sigilli uero inſcriptio erat: *Maria, D. G. Imperatrix ac Germaniae, Hung. et Boh. Regina.* Conf. PFEFFINGER ad Vitriar. T. I p. 296. RVDOLPH a BVNAV cit. loc. c. 2 et 12 catalogum omnium, quae Auguſtarum titulo olim fulgebant, adornauit.

§. XIV.

Semper Auguſta. Etſi iam Otto I in diplomate a. 968 ap. LVNIG. T. III Spicileg. Eccleſ. p. 184 matrem ſuam Mathildem, atque Otto III in MARTEN. Theſaur. anecdot. cariſſimam genitricem ſuam Theophaniam Imperatricem *ſemper Auguſtam* appellauerit (uide etiam §. XI); tamen ipſae Imperatrices ante Conſtantiam in tabulis uocabulum *ſemper* Auguſtae non adiungunt; normam fugit iudicatum quoddam Richenzae, in quo Imperatrix ſereniſſima et ſemper Auguſta legitur. Conſtantia uero perpetuo hoc elogio utitur; quod et Maria Ottonis IV coniux in ſigillo exprimit. Margareta Ludouici IV coniux perinde ac Caroli IIII uxores Anna et Eliſabeta aſſumunt Imperatricem *ſemper Auguſtam.* Eleonoram, Friderici III conthoralem, Germanice identidem ſcribere memini: *Zu allen Zeiten mererin des Reichs;* neque hanc ob rem tabularum fides uacillat, ut infra monſtrabimus. Blancam Mariam diplomata nonnulla etiam *ſemper Auguſtae* titulo condecorant; ſed teutonicum: *Zu allen Zeiten mererin des Reichs*, poſt Eleonoram non reperi.

§. XV.

Diua, Sereniſſima, potentiſſima. Auguſtam coelitum concilio receptam diuam uocari, monere nihil attinet. Illuſt. BVNAV c. l. cap. 16 Auguſtas *diuas* latius recenſet. add. cel. SCHOEPFLINI comment. de apotheoſi ſeu conſecratione Imperatorum Romanor. At uiuens quoque Auguſta *diua* dicitur. Curiae in primis Fuldenſi diuae Auguſtae archicancellarii titulus perquam familiaris. Hiſtoriarum auctores ſaepius ipſos imperatores uiuentes Romano more diuos praedicant. BECMANN. de notitia dignitat. Diſſ. I cap. 4. §. 5. l. 26 C. de donat. inter

Digitized by Google

inter uir. et uxor. Adhaec Auguſtae *ſereniſſimae* ac *potentiſſimae* §. XVI-
praeconium tribuitur. (§. IV.) XVII.

§. XVI.

Imperatores Germanici initio populorum, quibus moderabantur, nomina rarius, prouinciarum plane non, titulis inſerebant, donec Henricus VI in tabulis Romanor. Imperator ſemper Auguſtus et Rex Siciliae dici uoluerit; quapropter coniugis quoque ipſius diplomata inſcriptionem prae ſe ferunt: *Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta et regina Siciliae.* At Auguſtae ſequentes hunc morem non retinuiſſe uidentur. Gertrudis enim chartam peculiaris formae eſſe puto. Margareta tamen Henr. VII regis uxor ſcripſit: *duciſſa Auſtriae et Styrie.* Caroli IV auguſtae coniuges iterum Imperatricis titulum *Boemiae Regina* augebant, haud ſecus ac Barbara *regina Hungariae.* Plenius prouincias Eleonora enarrabat, maritum imitata: *Wir Leonor von Gottes Genaden Römiſche Kayſerin, zu allen Zeiten Mererin des Reichs, zu Hungern, Dalmacien, Croatien etc. Königin, Herczogin zu Oeſterreich, zu Steyrn, zu Kerenden und zu Krain etc.* Deinde ab Auguſtis approbata fuit conſuetudo, titulos mariti, cuius honores conſequerentur, ſibi uindicandi, ſuique ſtemmatis terras addendi. Maximilianus I *Regis Germaniae* axioma adſciuit. uid. diſſ. de inſigni German. §. 10. Quamobrem et Auguſtae iure ſuo *Reginae Germaniae* nuncupantur. Auguſta hodie his ſplendeſcit titulis: *Wir Maria Thereſia von Gottes Gnaden Römiſche Kayſerin, in Germanien, Ungarn und Böhmen, Dalmatien, Croatien, Sclavonien* etc. *Königin, Ertz-Herzogin zu Oeſterreich, Hertzogin zu Burgund, Steyer, Cärnthen, Crain, und Würtemberg, Gräfin zu Habſpurg, Flandern, Tyrol, Görtz, und Gradiſca,* etc. *Hertzogin zu Lothringen, und Baar, Groſs-Hertzogin zu Toſcana.* etc.

Prouinciae titulis inſeruntur.

et Regina Germaniae.

§. XVII.

Prooemia pro uario inſtrumentorum genere uariantur. Sicuti uero diplomata plurima pietatis monimenta ſtatuunt: ita et exordia a diuini Numinis cultu, a remedio animarum, ab aeterna mercede, ut Auguſtorum chartarum initia, repetuntur. Exempla ſuppeditabunt tabulae Hildegardis, Richildis, Adelheidis, Mathildis, Conſtantiae, Eliſabetae Alberti I coniugis. Nonnulli libelli, qui

Prooemia diplomatum ducuntur a pio, iuſto,

 lites-

§. XVII. lites praeſertim componunt, a iuſtitiae commendatione uel a perpetuo negotiorum robore primordia capiunt.

aequo et bono. Si qua iura, uel beneficia conceduntur, e liberalitatis fonte hauriunt praefationes; ac locus iſte hodie maxime uſitatus uidetur.

§. XVIII.

Formula promulgationis. Promulgandi formula uel omnes generatim certiores facit, ueluti: *notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini* in charta Hildegardis. *Nouerit omnium fidelium praeſentium ſcil. et futurorum induſtria.* Sic Richardis; *notum uolumus eſſe omnibus fidelibus Dei.* Theophania; *verjehen und thun kunt offentlich an diſem brief allen denen die in ſehen oder horent leſen.* Eliſabeta Alberti I uxor.

Vel compellat ſigillatim, quorum intereſt. Quorſum ſpectant literae Kunigundis, Agnetis, Richenzae, aliarum; itemque epiſtolae ad plures uel ad communitates directae. Cuius generis documenta dedere Gertrudis Rudolphi I et Eliſabeta Alberti I coniuges; item uxores Caroli IV, atque Eleonora Friderici III contoralis, quae ciuitati Auguſtanae et Argentinenſi, ſe peperiſſe, nunciarunt. *2. qui ſint fideles.* Animaduertimus, Auguſtas in chartis ſuis *fideles* alloqui; ſi *fideles Dei* uel *Chriſti*, ut nonnulla diplomata habent, intelligas; nihil monendum. Si *fideles* ſuos, hoc eſt, illos, qui ipſis ſingulari fide uel hereditario iure obſtricti ſint, uocent Auguſtae; quis uetet? Aſt non omnibus planum uidebitur, qua ratione Ordines Imperii, ut Caroli IV, Friderici III et Maximil. I coniuges urbium imperii ciues Argentinenſes et Auguſtanos, *fideles dilectos*, erſame liebe, getreue appellauerint. Acquieſcere iubemur, ni fallor, in phraſeologia curiae maritalis, quam uxoria curia ſaepius ſectata eſt. Sed Eleonora Magdal. Thereſia, diui Leopoldi uidua, ciues Francofurtanos *erſame und des Reichs liebe getreue* uel *Erſame liebe beſondere* nuncupauit. *dilecti ſingulares, liebe beſondere,* Honorifica enim compellatione *der beſondern* hodie a ſuperioribus ii, qui ipſorum imperio quidem non parent, ſed ordine ſunt inferiores, ornantur.

§. XVIIII.

§. XVIIII.

§.XVIIII.

In ipſo tabularum contextu Auguſta de ſe, tamquam de pluribus, loquitur, ſibique elogia *celſitudinis*, *ſerenitatis*, *manſuetudinis*, *clementiae*, *gütigkeit*, *mildigkeit* impertitur. Imo maieſtatis titulum prae ſe fert, quem nec Imperator (addita blanda *dilectionis* uoce) nec alii Reges ipſi denegant. Quapropter cum a. 1711 Petrus I Ruſſorum Princeps Auguſtam uiduam Eleonoram *Serenitatis* titulo tantum honeſtaret; literae non niſi conteſtatione interpoſita accipiebantur. MOSER im Staats-Recht P. VII pag. 210. Praeterea maieſtatis ſymbola corona ſcil. ſceptrum, pomum, unctio, inſignia uindicantur Auguſtae. At maieſtatis Auguſtae uires noſſe cupis. Permultae chartae Auguſtas Imperii ſiue regni conſortes uel participes praedicant. Otto II coniugem ſuam Theophaniam *coimperatricem* appellauit. Vbi hodie Imperatrix coronatur atque inſignia Imperii accipit; pronuntiatur formula: *Accipe coronam gloriae, ut ſcias, te eſſe conſortem Regni, populoque Dei ſemper proſpere conſulas; et quanto plus exaltaris, tanto amplius humilitatem diligas, et cuſtodias, in Chriſto Ieſu, Domino noſtro.* Vide Diarium coronationis Auguſtae Mariae Amaliae pag. 10. Rerum geſtarum ſcriptores ſaepius teſtantur, Auguſtas gubernandi imperii adiutrices fuiſſe. PFEFFINGER ad Vitriar. T. I p. 402 ſq. AGOBARD. in apolog. pro fil. Ludou. P. §. 9 de Ludou. P. *neceſſe fuit, ut aliam ſibi acciperet, quae ei poſſet eſſe adiutrix in regimine et gubernatione palatii et Regni.* Num quid ergo noſtri legum publicarum interpretes Auguſtas iure a regni negotiis excludunt? Si priſca tempora reſpicimus, nemo tam audax erit, quin regni partes aliquas ſuſtinuiſſe reginas fateatur. Non ſpectamus, ais, quid callida Imperatrix, indulgente marito, nec infauſte forſan auſa fuerit, qua fide palatio principis et Camerae proſpexerit, ſed an genius et leges Germanorum permiſcrint, ut mulier ad gubernacula ſederet. SPENER iur. publ. P. VI p. 206 ſq. At ſatis conſtat, nec Germanos Auguſtarum conſilia aſpernatos eſſe; res eſt Annalibus teſtatiſſima, uel Auguſtarum uiduarum maieſtatem ſuſpexiſſe Teutonis progeniem. Documenta congeſta reperies in libello: *Teutſcher Fürſtinen Saal*, pro uoti Bohemici in dubium uocati dignitate, edito, itemque in *Selectis Iuris publici nouiſſimis*, P. X. c. 11. Labente aeuo Imperatricibus

Imperatrices ſe ipſas compellant magnifice.

9. Maieſtas Auguſtae et imperii conſortium.

bus

§. XX-XXI. bus minus ampla de re publica bene merendi opportunitas uel obtigit, uel relicta fuit. LIMNAEVS in Annotat. ad Capitulat. p. 530. n. 33: *bodie etiam apud nos maieſtatis titulus adſcribitur Imperatrici, uel Reginae Romanorum, eo tamen ſolo in ſenſu, quo dignitatis excellentiam notat; nam bas ut radiis maritorum coruſcantes* (Nou. 105. cap. 2. in pr.) *merito reueremur.* EVROPAEISCHE HEROLD P. I p. 148: *Es wird der Kayſerin das Praedicat Majeſtät, als ein Axioma dignitatis et ſplendoris Auguſtalis unzweiffentlich gegeben, aber von der wahren Majeſtät des Reichs nehmen ſie nicht mehr Antheil, als die äuſſerliche Dignität und venerables Anſehen.* Es his intelligimus, quomodo diſceptatio iſta de laeſa Auguſtae maieſtate dirimi poſſit, qua Iuris publici interpretes mirum in modum ſed perperam, anguntur. Id certum eſt, Imperatoris maieſtatem laedi, ſi qua coniugi iniuria illata fuerit. Hunc locum in utramque partem copioſe diſputat SPENER. c. l. p. 279 ſq.

§. XX.

Aliorum compellationes honorificae. *S*i quando alios commemorant Auguſtae, plerumque uerba honorifica praemittere ſolent. Maritos appellant *bonae memoriae ſeniores, dilectos dominos, magnificos, glorioſiſſimos, ſereniſſimos, illuſtriſſimos;* Eliſabetae, Alberti I et Friderici Pulcri coniuges, meminerunt *ihrer lieben Herren und Wirthe;* Eleonora Friderici III ſocia paullo ornatius: *ihres allerdurchleuchtigſten lieben herrens und Gemahels.* Blanca Maria *ſereniſſimi Domini regis conſortis et domini noſtri colendiſſimi.* Poſt haec conſueto ſermone uſurpari coepit *dilectio, liebden.* Haud diſſimilibus formulis *parentes* et *filii*, perinde ac epiſcopi et abbates *uenerabilium, religioſorum, deuotorum, erwürdigen, andächtigen;* alii *illuſtrium, magnificorum, dilectorum, prouidorum, honeſtorum, diſcretorum, fidelium*, indeque abſtractis *dilectionis, diſcretionis, fidelitatis* commendatione honorantur.

§. XXI.

Auguſtalium connubiorum pacta. Nunc ipſa chartarum argumenta penitus pernoſcamus. Nonnulla Auguſta connubiorum foedera reſpiciunt. Imperatoris liberum matrimonii arbitrium nulla lege publica conſtringitur. Pium eſt ac decorum, parentum uoluntatem non parui pendere. Praeter

§. XXI.

1. Imperatores interdum non, niſi de procerum imperii conſilio, matrimonium contrahebant.

ter neceſſitatem interdum Pontifex Romanus conſenſionem ſuam admiſcebat, ut pacta dotalia Ottonis II et Friderici II docent. Nonnulli Imperatores ordinum in Comitiis congregatorum conſilium exquirebant, conſilium, inquam, non nutum, quo non opus erat Auguſtis Caeſaribus. De nuptiis Ludouici P. Henr. V. Friderici I et Ottonis IV ex principum ſententia contractis teſtimonia perhibent AGOBARDVS, CONR. VRSPERG. ARNOLD. LVBEC. in STRVVII Iurisprudentia Heroica P. I p. 222. SPENER c. l. p. 213 ſq. Henricus III in diplomate abbati S. Maximini dato Agnetem a cunctis Regni principibus electam ait.

2. De Maximiliani I et Annae Britannicae nuptiis in comitiis agitur.

Cur Maximil. I ſponſalia cum Anna Britannica celebrata ad comitia detulerit, exponit MVLLER. im Reichstags-theatr. ſub Maximil. I P. I pag. 117: *Es kam die Geſandtſchafft eben zu der Zeit, als König Maximilian Anno 1491 zu Nürnberg wegen des Vngariſchen und Britanniſchen Kriegs einen Reichs-Tag hielte, zurück und erſtattete nicht allein von dem erhaltenen Ia-Wort erfreuliche Relation, ſondern überreichte auch das ihr mitgegebene Hand-Briefflein. Gleichwie nun der Römiſche König vorher ſahe, daſs er ſeine neue Gemahlin ſonter Schwert-Schlag in ſeine Arme nicht bekommen, ſo denn aber der Reichs-Hülffe benöthiget ſeyn würde: alſo lieſſen Ihre Majeſtät das erhaltene Schreiben in der Kirche zu St. Sebald vor denen Chur- und Fürſten offentlich ableſen und durch dero Einwilligung die Mariage beſtättigen.* Quum ipſi dein a rege Galliae Carolo VIII ſponſa raperetur: ab ordinibus imperii auxilia petebat, ſed lente ſuccurrebatur. MVLLER. c. l. p. 135 et 159. MOSERS Staats-Recht P. VII p. 142.

3. Imperatoris matrimonium non tam legis neceſſitas, quam uota publica expoſcunt.

Ac licet imperium Romanum non ſit in patrimonio Auguſtorum, atque adeo haud magni ad ſalutem publicam intereſſe uideatur, principem foedus connubiale ſancire, regnumque prole ſtabilire, ſiquidem et caelibes imperatores reperiamus: Germania tamen foecunda regum ſuorum domo ſemper laetabatur; quam ob rem inter formulas quoque inaugurationis Imperatorum maſcula ſoboles precibus flagitatur. Nam eſt aliquid, ad ſceptra naſci atque regnandi artibus innutriri. Igitur quoniam regis coniugium ſaepius ad felicitatem publicam ualet: ſponſa Imperatori ex multis legi ſolet. Matrimonia Imperatorum ex ratione ſtatus inita recenſet STRUV. c. l. c. 5.

§. XXII.

§. XXII-XXIII.

§. XXII.

Imperatores uxores ducere ſolent nobiliſſimas.

Etſi Imperator fons eſt nobilitatis, unde et Auguſtarum dignitas promanare uidetur: tamen Caeſares uxores non niſi ex nobilibus ſuperioris ordinis ſumebant. Jam uetuſti imperii principum exempla excitare poſſemus, ſi qua antiquitatis auctoritas: *grauiſſimos principis labores, quis orbem terrae capeſſat, egere adminiculis, ut domeſtica cura uacuus, in commune conſulat. quod porro honeſtius cenſoriae mentis leuamen, quam aſſumere coniugem proſperis dubiisque ſociam? cui cogitationes intimas, cui paruos liberos tradat, non luxui aut uoluptatibus aſſuefactus, ſed qui prima ab iuuenta legibus obtemperauiſſet. - - Quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere feminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem. Nec diu anquirendum, quin Agrippina claritudine generis anteiret: datum ab ea fecunditatis experimentum: et congruere artes honeſtas.* Ita TACITVS l. XII annal. c. 5 et 6 de Claudii matrimonio. Si qui humilioris generis ſocias, ueluti Carolus M, Lotharius, Arnulphus, et alii admiſerunt; iſtae aut concubinarum iure, aut matrimonia ad morganaticam pacta cenſebantur. Fridericus I coniugem nobiliſſimam appetebat, et cum Maximilianus I Blancam Mariam duceret, non probabantur iſtae nuptiae plerisque Germaniae principibus; quod Sfortiarum ac Vicecomitum familia Auſtriacae ueteri et tot maiorum imaginibus auctae proſapiae impar eſſet, uidereturque Caeſar dote magis quam genere adductus eam affinitatem inire. GERHARD de ROO l. XI hiſtor. Auſtr. p. 527.

§. XXIII.

Matrimonium per procuratorem celebratum.

Nonnumquam Caeſari per procuratorem coniugem ſibi iungere placuit; nec dubitandum, quin id ueri uim matrimonii habeat. Fridericus III Imp. non ſolum interueniente procuratore, ſed et per conſcenſionem thalami matrimonium perfecit; at non ſtatim plene conſummauit. Nuptiae uicariae Maximiliani I cum Anna Britannica celebratae Carolo VIII Galliarum regi nondum ſatis firmae uidebantur. Leopoldus Mariam Thereſiam ope procuratoris uxorem duxit. Vid. uita Leopoldi T. I. STRUVII Iurisprudentia Heroica P. II c. 4. LVDEWIG. de matrimoniis principum per procuratores. Ritus ac ſolennes nuptiarum pompas enarrat LVNIG. in theatro caerimoniar. Abtheil. VII c. 16.

§. XXIIII.

§. XXIIII. XXV. de Imperatoris in Auguſtam poteſtate.

Imperatoris poteſtatem reuereri Auguſtam, haud negatur; diſputatur qua ratione? uid. SPENER. c. l. p. 271. Dicamus ius Imperatoris maritalem poteſtatem; dicamus imperium; non multum errabimus. Diſcimus ex rerum in Germania geſtarum commentariis, Imperatores uxores repudiaſſe, damnaſſe, in carceresincluſiſſe; diſcimus etiam, ipſos cauſſas uxorias ad comitia detuliſſe. Exempla porrigunt Carolus craſſus et Arnulphus. Quae de Ottonis III coniuge circumferuntur, fabuloſa ſunt, cum Imperator iſte caelebs mortuus ſit. Conf. STRUV. c. l. c. VIII. Auguſtae auſtregarum priuilegium, ſi cum marito in ius ambulandum ſit, uindicant nonnulli. uid. SCHVBARD. de Auſtregis c. 3 n. 147.

§. XXV.

de dote Auguſtae.

Dotem non uxor marito, ſed maritus uxori adfert. Teſtimonium TACITI in Auguſtis quoque coniugibus ſatis comprobatum. Ex quibusdam chartis Ottonis ſcil. I, Henr. III et IV, quas infra ex ZYLLESII defenſione Abbatiae S. Maximini dabimus, colligere licet, iam inde ab antiquiſſimis temporibus abbatiam S. Maximini Imperatricibus dotis nomine aſſignatam fuiſſe, quippe quae *regni dos* uocetur. At neque in hiſtoriis legimus, imperium de dote Auguſtae conſtituenda ſolicitum fuiſſe, nec ſequenti aeuo regni dotem Abbatia S. Maximini continebat; ſed Imperatores et reges ex ſuo patrimonio dotem offerebant; et dum olim imperium principi ſuo ampliores fortunas deſignaret, in his etiam u. c. in uectigalibus, dotes haerebant. Auguſta uero dotem dominio uel pleno uel utili tantum tenebat, pro rei dotalis conditione. Cum poſthaec iura Latii ad cauſſas publicas priuatasque permanarent: mira confuſio dotis, dotalitii, donationis propter nuptias, morgengabae oriebatur. Iam ex inſtrumento dotali Friderici II et Iſabellae perſpicimus, hanc marito dotem, praeter apparatum iſtum, qui hodie *Ausſtattung* uocatur, atuliſſe. Morgengabae, a dote diuerſae, mentio fit in tabulis Eliſabetae, Friderici pulcri uxoris; itemque in pactis dotalibus Annae, Caroli IV coniugis. IVS PROVINC. ALAM. ap. Schannat. art. 67 regem pro lubitu morgengabam largiri poſſe, tradit.

§. XXVI-XXVIII. de donationibus inter Auguſtum & Auguſtam.

§. XXVI.

Quemadmodum donationes inter uirum et uxorem Germanis non erant inuiſae: ſic eo facilius nobis perſuademus, eas inter coniuges Auguſtas natas fuiſſe, quamquam leges Romanae iſtas ſingulari ſanctione approbare neceſſe habuerunt. Huiusmodi donationes uariis deinceps inſtrumentis explicabimus. Nonnullae res iure uſufructuario dabantur. Rarioris exempli ſunt literae inueſtiturae Margaretae, Ludouici IIII coniugis.

§. XXVII.

Donationes piae Auguſtarum.

Nullum tabularum Auguſtarum argumentum frequentius eſt donationibus piis. Nam pro anima redimenda nihil non erogatur. Largitas autem iſta religioſa uariam ſpeciem induit. Plerumque poſtulat preces atque ſacra anniuerſaria. Aliquando precariae pactum adnectitur, ut in tabulis Angilbergae, Richildis et Kunigundae. Interdum legati nomine, *des Selgeräts*, ſanctis coetibus nonnihil deſtinatur; nam hiſce potiſſimum liberalitatis documentis ueuſta Germanorum teſtamenta abſoluebantur.

Teſtamenta.

§. XXVIII.

Auguſtarum coronatio.

Talia ac plura negotia ab Imperatricibus geſta fuiſſe cernimus, a quibus nec aliae illuſtris propaginis feminae excluduntur. Videamus ea, quae ad Auguſtarum dignitatem paullo propius accedunt. Imperatoribus olim uariorum regnorum coronae imponebantur; has et Auguſtae accepiſſe dicuntur, quamquam non ſatis conſtat, an ulla Imperatrix Arelatenſi corona condecorata fuerit. Henrici VII uxoris Mediolanenſem coronationem memorat MVRATOR. de corona ferrea c. 10. Romae ſaepius Auguſtae conſecratae fuerunt, uid. SPENER. c. l. p. 226 ſq. MASCOV. de regali imperialique Auguſtorum Germaniae Auguſtarumque coronatione. c. 6. STRUV. in corpore iuris publ. c. 15 §. 8. Sed poſtquam Romana Imperatorum coronatio in deſuetudinem abiit, nec Imperatrix Romae inauguratur; ſola uiget conſecratio in Germania. Equidem Caeſares lege imperii ad coronationem Germanicam adſtringuntur; Imperatricibus tamen iſta corona opus non eſt, cum, quidquid iurium habent, ex connubio, non ex conſecratione, hodie nanciſcantur.

Digitized by Google

tur. Nec hodiernus uſus ea moratur, quae in diplomate Ottonis I, quo Adelheidi Abbatiam S. Maximini dotis lege tradit, legimus: *prout decet prouiſores, ſcil. Abbates ac miniſtros illius eccleſiae, per quam cuncti reges et Imperatores per uiciſſitudinem temporum cum ſuis coniugibus in regnum et imperium ſemper confirmabuntur.* Similia referunt Diplomata Henrici III et IIII. Qua propter Auguſtae non adeo ad coronationis caerimonias contendunt; penes maritum eſt arbitrium, an ſolennitatem iſtam uelit decernere; imperium non urget, nec diſſuadet tamen, nec Auguſtae maieſtati quidquam detrahitur, licet feſtiuo ritu non initietur. Omnium mentibus adhuc obuerſatur pompa conſecrationis Mariae Amaliae, Caroli VII Imp. uxoris, cuius acta memoriae ſempiternae mandata im vollſtändigen Diario von der Crönung der allerdurchleuchtigſten und Groſsmächtigſten Fürſtin und Frauen Frauen Maria Amalia etc. Si coronationum feſta inter ſe conferamus, nonnihil deprehendimus diſcriminis, quod latius exponere iam nihil attinet. Gladius Imperatrici non traditur, nec ab ipſa Sacramentum poſtulatur, nec equites in ipſius inauguratione creantur, nec cunctis muneribus ſuis archiminiſteriales ſolenniter funguntur. Singularis eſt opinio COCCEII in Iur. publ. prud. c. 8 §. 16, Fuldenſem coronationi adſiſtere non ut Archicancellarium reginae, ſed ut primarium eius epiſcopum. Nouiſſimae inaugurationi Imperatricis adfuere Abbas Fuldenſis, Auguſtae Archicancellarius, et Abbas Campidonenſis, Archimareſchallus; ſed cum Fuldenſi ius coronam ſimul imponendi ab excelſis electoribus, Colon. et Treuirenſ. in diſceptationem uocaretur; antiſtes iſte conteſtatione interpoſita iura ſua ſarta tecta ſeruare ſtudebat. Solennitatem coronationis Annae, Matthiae Imp. uxoris 1612 peractae, deſcribit GOLDAST. P. I der politiſchen Reichs-Händel c. 13 p. 105, et KHEVENHILLER in annal. Ferd. T. VII p. 472 ſq. Eleonorae Ferdinandi II coniugis KHEVENHILL. T. XI Annal. Ferdin. p. 1146; Mariae Ferdinandi III ſociae CARPZOV. de Lege reg. p. 774; Diuae Eleonorae Leopoldi M. conthoralis conſecrationis pompa a SIGISM. SCHMID. in eröffneten teutſchen Audienz-Saal p. 63 enarratur. Eiusd. Eleonorae et Mariae Amaliae, nunc Auguſtae uiduae, inaugurationum ſolennia et acta pleniſſimo exponit MOSER im Staats-Recht P. VII p. 160 ſqq.

§. XXVIII.

§. XXVIIII-XXX.

§. XXVIIII.

de iure aduocatiae imperatricis.

Dum Caeſar Auguſtus rempublicam Germanorum moderatur: maieſtatem ſolus ſuſtentat ac tuetur; interdum tamen ordines Imperii iure ſuo Atlanti humeros ſupponunt. Proinde alia Auguſti iura *reſeruata*, alia *communicata* dicuntur. Ius ſacrorum inter alia longe eminet, quippe quod Imperatorem caput conſtituit Chriſtiani populi, aduocatum ſiue defenſorem coetuum diuini cultus cauſſa congregatorum, praeſidem conciliorum, et reliqua. Iuris ſacrorum partes nonnullas eo facilius impetrarunt Auguſtae, quo crebrius a monachis et ſacerdotibus adibantur. Quum olim maior Imperatoris in praeſulibus eccleſiarum conſtituendis auctoritas eſſet: interuentu Auguſtarum haud pauci epiſcopi et abbates inſtituebantur. Quin etiam ipſa regina Mathildis coenobio Nordhuſano Abbatiſſam praepoſuiſſe perhibetur, apud AVCTOR. *uitae Mathild. c. 6: cum autem peragraſſet (Mathildis) ciuitates Saxoniae regionis, et quaeque neceſſaria ſingulis impendiſſet monaſteriis, iterum Northuſanenſem ciuitatem adiit, quam nimium dilexit, ut uideret Richburgam, quam nuper conſtituerat Abbatiſſam.* Ibid. p. 207. *Nouiſſime Richburg Abbatiſſa moeſta proceſſit, et genu flexo in terram pedes Reginae lacbrymando amplectitur, ita inquiens: Domina mihi cariſſima, cui relinquitis congregationem deſolatam: ſuper quam me indignam conſtituiſtis Abbatiſſam* etc. Imperatrices monaſteria in protectionem ſuam ſpecialem recepiſſe, documenta Gertrudis et Annae, Rudolphi I uxorum, et Eliſabetae Alberti I coniugis ſatis loquuntur. Margareta Henr. VII Regis ſocia eccleſiae Zvvetlenſi itidem protectionis et exemtionis priuilegium, haud ſecus ac Hippolytanae *ſaluam guardiam*, quam dicunt, indulgebat, ut taceamus, iam Theophaniam monaſterio S. Vincentii priuilegia cuncta roboraſſe.

§. XXX.

de iure primariarum precum Auguſtea.

Quae cum ita ſint, nemini mirum uidebitur, Auguſtas preces quoque primarias interpoſuiſſe, niſi omnem tabularum fidem infringere cupias. Hunc locum infra in diplomatica Eleonorae Friderici III coniugis accuratius excutiemus. Interim haud diffitemur, hodie totum ius primariarum precum ab Imperatore exerceri, nec

Impe-

Imperatricem illud affectare, etſi Imperator, ſi uiſum fuerit, Auguſtae facile partes aliquas moribus antiquis deferre poſſit. §. XXXI. XXXIII.

§. XXXI.

Te, lector optime, defatigarem, nec orationis exitum inuenirem, ſi cuncta negotia, quae interueniente Auguſta perfecta fuere, laborarem explicare. Neque enim ſolum innumerabiles fere Auguſtorum chartae usque ad Friderici I filiorum tempora hunc interuentum recordantur: ſed cum ſingulares etiam Auguſtarum tabulae confirmant. Quocirca inſigniter audax ſit, neceſſe eſt, qui Auguſtas a rebus imperii plane ſeiunctas fuiſſe ſtatuat. Haud ignoro, multas Imperatricum tabulas ad terras ipſorum proprias pertinere, quas tamen, dum ordinem et ſtilum curiae Imperatricis generatim exploro, omittere non potui, quamquam inſignis documentorum Auguſtalium cum rebus imperii connexorum copia ſuperſit. Etenim ex uariis inſtrumentis literarum perſpicimus, Auguſtas priuilegia noua indulſiſſe, uetera firmaſſe, ſaluum conductum tribuiſſe, mandata dediſſe. etc. Frequens Auguſtarum interuentus.

§. XXXII.

Tum uero maxime Auguſtarum auctoritas ſuſpiciebatur, cum tutelam regis et regni gerebant. Nota ſunt exempla tutelae Adelheidis, Theophaniae et Agnetis, quae muliebri dominatui Germanorum genium non adeo repugnaſſe oſtendunt. Nota ſunt diplomata ab hiſce regni tutricibus confecta. Equidem hodie regis minoris curam leges publicae Vicariis imperii committunt: ſed euenit nihilominus interdum, ut Imperatrices uiduae imperii tractent negotia. Haec nonnullae Eleonorae Magdal. Thereſia, D. Leopoldi uiduae, tabulae declarabunt. Tutela regis et regni olim Imperatricibus demandabatur.

§. XXXIII.

Noli credere, Auguſtas dicis tantum uel ſplendoris cauſſa ad regni gubernacula ſediſſe. Haud quaquam. Ipſas comitiis adfuiſſe, ipſas iudiciis praefuiſſe, ipſas cauſſas cognouiſſe, ipſas ſententias exſequendas curaſſe, ac poenas irrogaſſe perſpeximus. Proinde nec placita ſiue iudicata, ceu praecipua Auguſtarum poteſtatis ſpecimina Auguſtae ius dicebant.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

§. XXXIIII-XXXVI. cimina, praeterire potuimus; quippe quae potiſſimum ad rem mediae aetatis iudiciariam cognoſcendam ualeant.

§. XXXIIII.

Imperatricum epiſtolae.

Nec Auguſtarum epiſtolas plane negleximus, ut ut nobis non ſit incognitum, hoc inſtrumentorum genus omnium eſſe commune. Epiſtolis enim cum diplomata tum ipſarum Auguſtarum hiſtorias dilucidantibus carere non poſſumus. Quam ob rem iſtas etiam epiſtolas, quae ad Auguſtas ſcriptae ſunt, attulimus. Ad haec non nulli codicilli ſtatum publicum reſpiciunt omnino. Si quando Imperatrices puerperia nunciarunt: non cauſſam agebant priuatam, ſed ordinum imperii haec noſſe intererat ad laetitiam publicam. Imperatori enim iubila publica aeque ac luctus publicus, debentur. Hodie partus Auguſtae fauſtus conuentui imperii per principem commiſſarium Imperatoris Ordinibus ſignificatur. Vid. literas Caroli VI Imp. in LVNIG. Archiv. Imp. Part. gen. contin. II p. 686, quae Leopoldi Archiducis, itemque Mariae Thereſiae, Auguſtae hodiernae, natiuitatem notam faciunt.

§. XXXV.

Diplomata uariis clauſulis corroborantur.

Formulae reliquae, diplomatum Auguſtorum aemulae, uidentur. Praediorum acceſſiones ſiue appendiciae ſigillatim enumerantur. Traditiones uariis clauſulis ac ſymbolis adhibitis, aduocatisque interuenientibus peraguntur. Tabulae denique muniuntur inhibitionibus, minis, mulctis atque diris.

§. XXXVI.

Auguſtae ſubſcriptio.

Poſtremo charta innuit, reginam manu ſua omnia firmaſſe, ſuoque ſigno roboraſſe, aut roborari iuſſiſſe. Modo Auguſtae manus h. e. ſubſcriptio adeſt, modo deſideratur, quamquam apographa eam non ſatis accurate indicent. Ceterum Auguſtas nomen per monogramma repraeſentaſſe, nondum cognouimus. Id ſingulare eſt, Mathildem Henrici V uiduam in charta quadam mariti ſignum adhuc exſcribendum curaſſe.

§. XXXVII.

§. XXXVII.

§. XXXVII. Archicancellarii ſubſcriptio.

Variis hiſce tabularum munimentis accedit Cancellarii ſubſcriptio. At plurimae chartae iſta deſtituuntur, forſan deſcribentium negligentia. In paucis Imperatoris Archicancellarii manus occurrit. Aliae non ad legem curiae Imperatoriae, ſed ad formulas tantum notariorum compoſitae fuerunt. Recentioribus ſaeculis reginalibus chartis ſubiicitur clauſula: *commiſſio dominae Imperatricis propria*, ſiue *ad mandatum Dominae Imperatricis proprium.* Inter omnes conſtat, Abbatem Fuldenſem Auguſtae Archicancellarii dignitate fulgere. Nos diploma Caroli IV, quo Abbati honor iſte firmatur, munerisque partes latius exponuntur, infra reddemus. Scimus, hoc Fuldenſis ius praecipuum antiquiſſimum perhiberi, prouti cuique addiſcere licet ex MALLINKROT. libello in WENCKERI Collect. Archiv. p. 593 ſqq. item ex VLRICI et WALDSHMIDII diſſertat. de S. R. Imp. principis Abbatis Fuldenſis Archicancellariatu; PFEFFING. ad Vitriar. T. I. p. 1279 ſqq. Sed cum in tanta Imperatricum tabularum multitudine, quantum ad hoc argumentum attinet, nihil certi compertum habeamus, neque hodie Abbas princeps munere Archicancellarii fungatur: iudicium meum ſupprimere conuenit. Sane inde a Caroli IV temporibus in Imperatorum diplomatibus Abbas Archicancellarius Auguſtae dici coepit, quamuis nec ab aliis ita dictus fuerit, nec ſe ipſum Archicancellarium ante ſaecul. XVI appellet in codice probationum, quem SCHANNAT. hiſtoriae ſuae Fuldenſi ſubiecit. Quae VLRICH. cit. loc. pro uſu Archicancellariatus Fuldenſis hodierno ſtabiliendo attulit, argumenta, ea expendit et refellit MOSER im Staats-Recht Part. VII p. 216. Diua Auguſta huius aetatis, tot regnorum ac prouinciarum moderatrix, plures Cancellarios adhibere neceſſe habet: ſed rebus cum Imperatoria maieſtate coniunctis non praeſt peculiaris cancellarius. Namque huius generis negotia uel in curia Imperatoris uel per eum, qui Auguſtae a libellis ſecretis eſt (den Cabinet-Secretaire, quas partes hodie Ignatius nobilis de Koch ornat) expediuntur. Idem de Auguſta uidua teneas. Ex his patebit, qua ratione Imperatrix archiuum habere dicatur. Conf. MVLZ. de maieſtate Imperat. P. I c. 23 §. 6.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII-XXXVIIII Teſtes.

§. XXXVIII.

Teſtes chartis priuatis haud exiguum robur tribuunt; quin et Imperatores Sueuicae praeſertim periodi diplomatibus ſuis teſtium nubes apponi uoluerunt. At Imperatricum tabulas teſtes fugiunt. Haec norma eſto. Si qua charta Auguſtarum, ueluti Richildis, Kunigundae, Mariae utriusque et Philippi et Ottonis IV coniugum, Annae, Eliſabetae Alberti I uxoris teſtes appellat, ea extra curiam compoſita uidetur.

§. XXXVIIII.

Tempus et locus.

Inſignem authentias notam chartae a loco ac tempore, quo datae fuerunt, accipiunt. Auguſtarum tabulae antiquiores dies Romano more computant, et indictione aeraque chriſtiana utuntur. Poſt haec dies uel ordine naturali numeratos a menſibus uel a feriis diuinis ſanctorumue feſtis deſignant; nonnullae annos imperii Auguſtorum addunt. Et quamuis Auguſtae in imperium uere non adſcitae fuerint: annos tamen ſui imperii quaedam computare non dubitarunt. Exempla ſuppeditant tabulae Theophaniae, Annae et Eliſabetae, Caroli IV uxorum, Eleonorae, Friderici III et Blancae Mariae Maximil. I coniugis, quarum fides nullo ſane conatu poteſt labefactari.

CAP. II.

Digitized by Google

CAP. II.

DE DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM PERIODI CAROLINGICAE.

§. XL.

§. XL.

IAm Auguſtarum tabulas ſigillatim intueamur. Periodos, quas diuerſae Imperatorum familiae ſignare ſolent, nobis ſequi liceat, quamuis diſceptare nolimus, an iſta temporum interualla appoſite ad hiſtoriam Caeſarum addiſcendam adhibeantur. Interdum nobis aliquam diuagandi poteſtatem ſumſimus, ut Auguſtarum chartis ex aliis literarum documentis lux affunderetur. Imperatorum potiſſimum tabulas, quae uxorii argumenti uidentur, recitabimus, atque adeo exponemus abunde, quot regni negotiis interfuerit olim Regina. Ordiamur a Caroli M. thalami conſortibus.

Primas Caroli Regis, poſtea M. nuptias diſturbat Pontifex R.

Primum matris hortatu, filiam Deſiderii, regis Langobardorum, nomine Sibyllam duxit uxorem Carolus, teſte ALBERICO in Chronico ad a. 776. Penes reges liberum connubiorum arbitrium erat, neque iſti aliegenas Hymenaeos aſpernabantur. Si uerum eſt, Carolo iam aliam ſponſam fuiſſe, a Langobardae nuptiis rectius forſan ſe abſtinuerit: at Stephano Pontifici Romano uix condonandum eſt, quod rationibus admodum importunis iſtud coniugium damnauit. Ita uero praeſul ſupremus ad Carolum et Carolomannum, reges Francorum:

„Quae eſt enim, praecellentiſſimi filii, magni Reges, talis „ deſipientia, ut penitus, uel dici liceat, quod ueſtra praeclara „ Francorum gens, quae ſuper omnes gentes enitet, et tam ſplen- „ diflua ac nobiliſſima regalis ueſtrae potentiae proles, perfida, „ quod abſit, ac foetentiſſima Langobardorum gente pollua- „ tur, quae in numero gentium nequaquam computatur, de cuius „ natione et leproſorum genus oriri certum eſt? Nullus enim, „ qui mentem ſanam habet, hoc uel ſuſpicari poteſt, ut tales no-

§. XL-XLI. „ minatiſſimi Reges tanto deteſtabili atque abominabili contagio „ implicentur. *Quae enim ſocietas luci ad tenebras? aut quae pars „ fideli cum infidele?* Etenim, mitiſſimi, et a Deo inſtituti benigniſſi- „ mi Reges, iam Dei uoluntate et conſilio, coniugio legitimo ex „ praeceptione genitoris ueſtri copulati eſtis, accipientes, ſicut „ praeclari et nobiliſſimi Reges, de eadem ueſtra patria, ſcilicet ex „ ipſa nobiliſſima Francorum gente, pulcherrimas coniuges, et ea- „ rum uos oportet amori eſſe adnexos. - - Aduertite, quaeſo, „ quanti qualesque potentes per alienigena coniugia a praeceptis „ Dei declinantes et ſuarum ſequentes uxorum alienigenae gentis „ uoluntatem ualidis in exceſſibus immenſa pertulere diſcrimina. - - „ Abſit hoc a Vobis, qui perfecte eſtis Chriſtiani atque regale eſtis „ ſacerdotium, recordamini et conſiderate, quia oleo ſancto uncti „ per manus uicarii beati Petri coeleſti benedictione eſtis ſanctifi- „ cati - - - - et quomodo nunc contra animas ueſtras agere con- „ tenditis, et cum noſtris inimicis coniunctionem facere uultis? - - „ An neſcitis, quod non infelicitatem noſtram, ſed beatum Petrum, „ ſpernitis etc.„ In fine Pontifex diras ſpargit atrociſſimas; (uid. MVRATOR. rer. Ital. ſcriptor. t. III P. II p. 178.) quibus obiurgationibus Carolum eo perduxit, ut hanc uxorem peregrinam dimitteret.

§. XLI.

Hildegardae reginae donationis tabulae.

Tum alteras nuptias Carolus iniit cum Hildegarde, de gente Sueuorum, annalibus et chartis notiſſima regina. Ad rem noſtram pertinent tabulae ipſius, quibus partem dotalitii ſui Abbatiae S. Arnulphi donat ap. CALMET Hiſt. de Lorr. T. I preuv. p. 292: Hildegarda gratia Dei Francorum Regina. Quidquid enim locis ſanctorum uenerabilium ob amorem domini noſtri Ieſu Chriſti concedimus uel confirmamus, hoc nobis proculdubio ad mercedem animarum et ſalutem credimus peruenire corporum. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, praeſentium et futurorum, qualiter nos cum conſilio, uoluntate et permiſſu domni et glorioſi magni Imperatoris Caroli, ad baſilicam quae eſt constructa in honore ſancti Iacobi apoſtoli, uel caeterorum beatorum apoſtolorum, ubi ſcilicet Arnulphus pretioſus corpore requieſcit, partem dotalitii noſtri, ab ipſo piiſſimo imperatore nobis conceſſi, hoc eſt Vacarias et ſubtus curtem ſitam in ducatu Moslinge, in comitatu Metenſi,

Metenſi, una cum appendiciis et eccleſia in honore pretioſi Arnul- §. XLI.
phi in praedicta uilla Vacarias conſtructa, cum omni integritate, tam terris, domibus, aedificiis, accolabus, mancipiis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, omnia et ex omnibus, per hanc noſtram authoritatem concedimus et condonamus perpetualiter ad poſſidendum; quae omnia cum adiacentiis ſuis, ideo ſpecialiter in ipſo loco concedimus, quia ibi, Deo fauente, corpore quieſcere uolumus. Et quia ſcimus multa quae prius ſtudioſe fiunt, poſtea refrigeſcente charitate, in negligentiam deuenire, ideo interdicimus omnibus abbatibus, ſeu cuſtodibus eiusdem uenerabilis loci et per diuinum eos obteſtamur examen, ut iam dictas res nunquam praeſumant alicui beneficio tribuere, nec per precariam, ut fieri ſolet, praebere, nec ad nullum omnino iſtius ſaeculi uſum inflectere, ſed ſemper in eodem uenerabili loco ad uſus Deo ibi ſeruientium perpetuali iure ſubdita permaneant. Si quis autem ex abbatibus uenerandi illius loci hanc noſtram uoluntatem uiolare praeſumpſerit, aeternam non ualeat effugere damnationem et beatum aduerſum ſe Arnulphum, non adiutorem, ſed potius ſentiat accuſatorem. Omnes autem noſtros qui futuri ſunt, per Chriſtum Dei filium redemptorem omnium adiuramus et expoſcimus ſucceſſores, ſiue cuiuscumque ordinis iudices, ut nullus hoc quod ſtatuimus audeat irrumpere, et quolibet modo aliter quam uoluimus, immutare. Quod ſi quis eorum ſacere tentauerit, quidquid ipſe ſtatuerit, a ſuo ſentiat aduerſario conuelli et inſuper iudicium ſit habiturus nobiscum, coram iuſtiſſimo iudice. Et ut haec authoritas firmior habeatur, uel diuturnis temporibus melius conſeruetur, domnus noſter et piiſſimus Imperator Carolus noſtris libentiſſime annuens precibus, manu propria ſubter adnotauit et de anulo ſuo ſigillari iuſſit. Data tertio idus menſis Martii, anno quinto decimo domni et piiſſimi Imperatoris Caroli, ab incarnatione autem Domini noſtri Ieſu Chriſti anno ſeptingenteſimo octogeſimo tertio. Acta Metis in Dei nomine feliciter, indictione ſexta.

Inuocatio diuini nominis deeſt, niſi per negligentiam deſcribentium omiſſa fuerit. Deeſt etiam quam plurimis Caroli M. diplomatibus. Vid. COMMENT. noſt. de R. D. Imp. §. 46.

§. XLI. *gratia Dei*) Imitata eſt Auguſta coniugis formulam, qui, dum rex eſſet Francorum, ſcripſit *Carolus gratia Dei Rex Francorum uir inluſter.* Vid. COMMENT. noſtri §. 47.

Regina) Moriebatur, antequam Carolus ſolenni ritu Imperator renuntiaretur; ſed iam rex Langobardorum ac patricius Romanorum erat. Imperatorum Germanorum uxores diu reginarum nomine contentae erant, quamuis coniuges Imperatores Auguſti, ut in his tabulis, dicerentur. (XI, 2.)

de iure dotalitii. *Quicquid*) Formula exordii et promulgationis haud diſſidet a phraſi Carolina.

cum conſilio) inde coniicimus, Auguſtam inſcio Rege uel plane nullas dare potuiſſe literas, uel ſaltim res dotales haud libere diſtraxiſſe. Sequenti aeuo Auguſtae in bonis dotalibus nil fere, niſi uſumfructum, ſibi ſumere potuerant; at ex tabulis Ludouici II addiſcemus, Angilbergam Auguſtam ampliſſimo iure dotem tenuiſſe. Dotalitium a dote haud diuerſum fuiſſe uidetur.

Imperatoris uox ſuſpecta. *Imperatoris*) Hoc uocabulum chartam in offenſionem adducere poſſet. Data fuit a. 783, quo Carolus nondum Imperator in curia dicebatur, quamuis patricia dignitas ab imperatoria propior abeſſet. uid. COMMENTAR. noſt. §. LIII. n. 4.

Moslinge) Ducatus Moslinge forte haud diuerſus a pago Moſelgavvi, cuius mentio fit in charta Henrici III Imp. abbati S. Maximini conceſſa ap. LVNIG. Part. I arch. Imp. Contin. c. 2 p. 274; et in pluribus aliis diplomatibus in CHRON. GOTWIC. p. 694 ſq. indicatis. Igitur huic pago uilla Vacarias addenda eſt.

in comitatu Metenſi) dicitur etiam Metingovv ſiue pagus Metenſis. CHRON. GOTW. c. l. p. 682.

cum omni integritate) haec formula perinde ac ſequentes ſatis ſapiunt ſtilum Carolinum; aut certe ab eo non adeo recedunt, ut fides chartae uacillet.

quieſcere uolumus) itaque in medio relinquimus, an Hildegardis Campidonae quieſcat.

adnotavit) Non ipſa ſubſcribit Auguſta, nec ſigillo ſuo, ſi quod habuit, munit. Non ſubſcribit Cancellarius, multo minus peculiaris Auguſtae Archicancellarius. Neque Regina ſui regni annos computat.

Tertio

Tertio idus) Paullo poſt, pridie ſcil. Cal. Maii defuncta eſt Hildegardis. Mendum igitur in ANNAL. FRANCOR. FULDENS. latet, (quod iam LAMBEC. l. II commentar. de bibl. Caeſar. p. 1005 exagitauit) qui Hildegardae mortem ad a. 800 referunt, turbatis Hildegardae ac Luitgardae nominibus. §. XLI.

§. XLII.

Iam anno 773 Carolus et Hildegarda in uno inſtrumento monaſterio Turonenſi S. Martini praedia quaedam conceſſerunt. Hildegarda uero chartam nec manu ſua nec ſigillo roborauit. Id memoratu dignum, reginam praediorum ad palatium uel fiſcum pertinentium donationem ſuo quoque calculo probaſſe. Tabulae, quas diximus, fundorum limites et appendicias ſtudioſe enarrant; proinde illas ex MARTEN. ueter. ſcriptor. et moniment. T. I p. 37 ſq. recenſebimus: Carolus et Hildegarda monaſterio S. Martini Turon. bona fiſci largiuntur.

CAROLVS gratia Dei rex Francorum et Langobardorum, ac patricius Romanorum. Si enim ex his quae diuina pietas nobis affluenter tribuit pro opportunitate ſeruorum Dei locis uenerabilibus concedimus, hoc nobis ad mercedis augmentum uel ſtabilitatem regni noſtri pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, qualiter nos et coniunx noſtra HILDEGARD regina ob amorem Dei, et noſtrae commune mercedis augmentum, donamus ad ſacroſanctam eccleſiam beatiſſimi confeſſoris S. Martini et patroni noſtri Turonicae ciuitatis conſtructam, ubi ipſe pretioſus domnus corpore requieſcit, et uir uenerabilis GVLFARDVS abba praeeſſe uidetur, donatumque in perpetuum ad eumdem ſanctum locum, uel eiusdem congregationi cauſa ueſtimentorum eſſe uolumus: hoc eſt Inſula cum caſtello Sermionenſe, quae eſt ſita in lacu Minciadae, et curtem piſcariam, ac Lionam cum omnibus finibus et eius terminis, ſicut in publico et ad palatium uiſum eſt pertinuiſſe, et in antea intro fiſco noſtro exciderit, tam infra ipſo termino, quam et a foris ibidem integrum pertinentia, id eſt curtis, eccleſiis, villis, manſis, mancipiis, maſſariis, aedificiis, uineis, oliuetis, campis, ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus et immobilibus, omnia et ex omnibus etiam et monaſteriolo illo infra ipſo caſtro, quem Anſa nouo opere conſtruxit, quod eſt in honore ſancti Saluatoris, cum omni eius ſoliditate. Donamus etiam ad praefatum locum uallem

§. XLII. illam quae uocatur Camonia, cum ſalto et caudino, uel uſque Iudalanias, cum montibus et alpibus a fine Treantina, qui uocatur Thonale uſque in finem Brixiacinſe, ſeu in giro Bergamaſci, quicquid infra ipſos fines, uel ab ipſa ualle et longo tempore et modo aſpicere uel pertinere uidetur, ſicut in publico et ad palatium uiſa eſt reddidiſſe, aut in antea infra fiſco noſtro ceciderit. Simili modo cum integritate, ſicut de termino Sermionenſi conſcripſimus: ita et iſta omnia tradidimus. Inſuper adiungimus ad praefatum ſanctum locum ſinodochium illum inter Padum et Ticinum, quod eſt in honore S. Mariae conſtructum prope Papiam ciuitatem, in locum Wahan, cum uilla Solario, uel omnibus appendiciis eorum, et caſella una infra Papiam, id eſt una cum terris, domibus, eccleſiis, aedificiis, accolabus, mancipiis, maſſariis, uineis, ſiluis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſibus, mobilibus et immobilibus, omnia et ex omnibus. Haec uero omnia ſuperius nominata cum terminis et finibus uel appendiciis ſuis a die praeſenti in perpetuum ad praefatam baſilicam S. Martini, uel eius rectores conceſſimus, ac pleniſſima uoluntate indulſimus. Propterea hanc praeceptionem auctoritatis noſtrae conſcribere iuſſimus, ut ea quae ſupra dicta ſunt pars memoratae baſilicae S. Martini eiusque rectoris ab hac die habeant, teneant, atque poſſideant, et ad ipſam caſam Dei pro mercedis noſtrae eleemoſyna in augmentis proficiat, ut nullus ex iudiciaria poteſtate aut qualibet perſona memorato GVLFARDO abbati ſuisque ſucceſſoribus, aut agentes de ſe praedictis rebus inquietare aut contra rationis ordinem uel calumniam generare quoquo tempore praeſumat. Sed hoc noſtrae auctoritatis donum iure ibi permaneat firmiſſimo. Et ut haec noſtra auctoritas firmior habeatur, uel noſtris et futuris temporibus melius conſeruetur, manu propria ſubter eam decreuimus roborare.

Signum CAROLI glorioſiſſimi regis.

HITHERIVS recognoui.

Data XVII calendas Auguſti, anno VI et primo regni noſtri.

Actum Papia ciuitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

§. XLIII.

§. XLIII.

§. XLIII. Hildegardis Campidonenſe coenobium exſtruxiſſe fertur.

Coenobium Campidonenſe S. Hildegardem fundatricem colit, eiusque effigiem in inſignibus ac nummis, quorum exemplum, iubente Reuerendiſſ. principe Abbate, Ruperto a. 1694 cuſum, n. 8 conſpicies, repraeſentat; uid. KOELERI Munzbeluſt. P. IV n. 13. Rem in medio relinquemus, ſed tabularum Caroli M. ob *ſupplicem rogatum* Hildegardis Campidonenſibus monachis conceſſarum fidem merito labefactauimus in COMMENT. §. 67. n. 3; iam antehac errores detexerant Acta Sanctor. Menſ. April. T. III. p. 792 in Vita b. Hildegardis. PFEFFING. ad Vitriar. T. I p. 1284. Inde forſan euenit, ut Abbati Campidonenſi Auguſtae Archimareſchalli honos tribueretur. Sane Rupertus Abbas olim archiofficium ſuum inſignibus Abbatiae indicari putauit. LVNIG. I. Contin. III Fortſez. p. 179. Ceterum beata Hildegardis praeſertim apud Campidonenſes miraculis clara fuit; quamobrem et inter Sanctas colitur, teſte CRVSIO Annal. Sueuic. P. I p. 330: *Cuius pietatis inſigne adhuc in Campidonenſi Coenobio indicium eſſe, commemoratur: quod ſingulis ſeptimanis in memoriam eius, die Lunae et Veneris (feria 2 et 6) ducenti homines, panibus diſtributis, paſcuntur. Ait uetus M. S. liber, pridie Calend. Maii (quo die ipſa obiit) ferias ei celebrari ſolitas eſſe a Sangallenſibus: quod miracula ibi feciſſe, et contra peſtilentiam protectrix eſſe, credita ſit. Ideo in eodem libro, ad uerbum perſcripta ſunt haec: Ob die ſeelig Hiltgart nit canoniſirt iſt: ſoll doch niemand an ihrer Heyligkeit zweifflen. Wan es ſpricht S. Auguſtinus: daſs die Chriſtenlich Kirch vil hab: die ſie für Heylig hält mit ſingen, unnd mit leſen: unnd doch ihrer Seelen in der Helle ſind. Auch vil ſind, die ſie nit ehret mit ſingen vnd leſen, deren Seelen im Himmel ſind.* Reginae huius ſanctitatis famam multum augebat fabula amoris Talandi cuiusdam turpiter intentati, quam dudum exploſam me reuocare pudet. Ex Diplomate quodam Ludouici Pii, quod MABILL. in ueteribus analectis p. 448 recitat, certius monſtrari poteſt, Hildegardem in Monaſterium Campidonenſe beneficam fuiſſe: *quia conceſſimus monaſterio, quod dicitur Campidona, quod eſt conſtructum in honore S. Mariae ſemper uirginis et Sanctorum Gordiani et Epimachi martyrum, quos bonae memoriae Hildegarda mater noſtra ad eundem locum pro diuinis officiis adhibendis collocauit* (dat libertatem eligendi Abbatem) *quatenus ipſos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis*

a. Beatarum mentium concilio adſcripta pia ueneratione colitur.

et

pliſſimum monaſterium Eriſtein ſupra Argentinam, quod Lotharius I Imperat. filius, et eius uxor etiam Hermingardis multis opibus cumularunt, et nobilitate tantum conſpicuis ſanctimonialibus incoli, et habitari uoluerunt. In quarum gratiam multas etiam Sanctorum reliquias eo transmiſit Leo Pontifex, praecipue ſanctorum Martyrum Sixti Pontificis, Felicis et Adaucti. Sunt qui utramque Auguſtam in eodem monaſterio ſepultam uolunt. Poſteriorem crediderim. Nam priorem ſepultam ſcribit Ioannes Tillius Andegaui an. DCCCXVIII. V. Non. Octobris. Iunior defuncta eſt anno DCCCLI, teſte Rheginone. conf. illuſtr. BVNAV. hiſt. Imper. P. III p. 267.

§. LIIII.

Luculentius benignitatis documentum in Auguſtam contulit Lotharius in MVRATOR. Antiquitatibus Ital. T. I p. 53: *quia dilecta coniux noſtra Hirmingardis deprecata eſt nos pro duobus aduocatis ſuis, qui curam rerum monaſterii ſui, quod eſt in Alina, in nomine domini Saluatoris conſtructum habetur ſeu totidem Cancellariis ac duodecim liberis hominibus, ut eos ab exercitali expeditione ſeu publicarum rerum functione immunes eſſe promitteremus.* Aduocati eccleſiis dabantur monaſteriis, urbibus etc. Reginae quoque eorum opera utebantur. Praeterea coenobiis opus erat Cancellariis ſiue notariis, de quibus uid. MABILL. de re diplomat. L. II cap. XIII §. 1. Du FRESNE in Gloſſar. uoc. Cancellarii monaſteriorum.

Eiusdem Auguſtae aduocatis, et cancellariis et liberis hominibus quibusdam immunitas indulgetur.

§. LV.

Ad illuſtrandam rem pactorum non nihil ualet Charta apud MVRATORIVM in Script. rer. Ital. T. II P. II p. 926, qua Ermengardae reginae fundus uenditur duabus bullis h. e. ornamentis aureis uel argenteis et equo cum ſella argentea. Porrigamus documentum, uariis clauſulis memorabile, ſed non extra ſuſpicionem poſitum. Obiit Hermingardis a. 851. Res certa; qui fieri, quaeſo, potuit, ut haec Regina a. 856, quo a. VII imperii Ludouici II decurrebat, curtes acquireret? Si error numeros non turbauit, animi pendeo cum MVRATORIO in hiſtor. Ital. P. V ad a. 851.

Hermingarda curtes cum appendicibus emit.

F De

§. LV. De Curte Sancti Deſiderii, et Breliano, et Linari comparatis ab Hermengarda Auguſta MCC ſolidis, Anno 856.

In nomine Domini noſtri Iheſu Chriſti Ludouicus Diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus, anno Imperii eius in Dei nomine VII, ſeu temporibus Ildeberti Comitis anno Comitatus eius XIII, menſe Iunio per Indictionem quartam. Ideo conſtat Nos Liutardus Diaconus, et Cunradus germani, conſentiente Liuprando genitore noſtro, Nos unanimiter bona et ex ſpontanea noſtra uoluntate uendidimus, atque a die praeſenti tradidimus tibi Domnae Hermengardae Reginae Curtes noſtras de Sancto Deſiderio, et de Breliano, et de Lenari cum Cartulatis, uel colonis cum colonicis ſuis, uel omnia et in omnibus, quicquid nos ad ipſas Curtes a ſingulis hominibus paratum uel conquiſitum habemus. Id eſt cum caſis, terris, uineis, pratis, paſcuis, ſiluis, et ſalectis, omnia et in omnibus, quicquid in ipſis Caſalibus de rebus proprietatis noſtrae habere uiſi ſumus. Vnde de omnibus noſtris rebus in ſupradictis Caſalibus nobis nihil reſeruauimus, et uendidimus tibi Hermengardae Reginae omnes noſtras res mobiles, uel immobiles, et omnes noſtras cartulas, uel alia ſcripta, quae Nos de ſupra ſcriptis rebus habemus, et uendidimus tibi omnes noſtros ſeruos, uel ancillas, uel omnia et in omnibus, quicquid Nos paratum habemus. Vnde de omnibus noſtris rebus nobis nihil reſeruauimus. Et ut licentiam habeatis tu Hermengarda Regina, uel tui heredes cum ipſis cartulis uel iudicatis omnes ſupraſcriptas res anteſtare, cauſare, et defendere ad placitum, uel ubicumque uobis opportunum fuerit, ad tuam et tuorum heredum proprietatem cum omnibus ſupradictis rebus et caſis infra ſe habentes in integrum. Et Eccleſiam noſtram de Sancto Deſiderio, quam uendidimus tibi Hermengardae Reginae cum oratoriis, et dotis, cellis, terris, uineis, pratis, ſiluis, et ſalectis, omnia et in omnibus. Vnde de ipſa Eccleſia nobis nihil reſeruauimus, cum omnibus ipſam Eccleſiam infra ſe habentibus in integrum. Vnde recepimus nos ſupra ſcripti uenditores pretium a te Hermengarda bullas duas, et caballum unum cum una ſella argentea, totum inſimul ualens ſolidos mille ducentos in pretium definitum, quod apud nos habere teſtamur. In tali uero tenore expondimus nos ſupraſcriptos uenditores una cum noſtris heredibus, ut ſi de ſupra ſcripta uenditione contra te Hermengarda Regina, uel

Res cum appendiciis deſcribitur.

Pretium.

Euictionis praeſtatio.

uel ceteros tuos heredes cauſare praeſumpſerimus, aut ſi ab alio ho- §. LVI.
mine anteſtare et defendere non potuerimus, repromittimus nos
ſupra ſcriptos uenditores, uel noſtros heredes tibi Domnae Hermengardae
Reginae, uel tuis heredibus melioratam ſupraſcriptam
uenditionem de proprio noſtro in duplum reſtaurare. Vnde pro **Poena**
firmitate tua Liutardus Diaconus et Notarius manibus meis hanc **conuentionalis.**
Cartulam ſcripſi rogatus a ſupraſcriptis. Actum in Pinne menſe, et
Indictione ſupra ſcripta.

Signum manus Liuprandi, qui hanc Cartulam fieri rogaui, et conſenſi.

Ego Cunradus in hac Carta a me facta propria manu ſubſcripſi.

Ego Coruinus rogatus aſtans propria manu ſubſcripſi.

Ego Lupo rogatus aſtans propria manu ſubſcripſi.

Ego Adelgiſi rogatus aſtans propria manu ſubſcripſi.

Signum uero Liutardi Diaconi ſupraſcripti, qui hanc Cartulam ſcripſi, et compleui.

§. LVI.

Nec poſſumus Libellos alios, qui Hirmingardin obliuioni eripiunt, praetermittere. **Hirmengardae uaria recordantur diplomata.**

PVRICELL. monim. Ambroſ. p. 90: *Quia dilecta coniux noſtra Hirmingardis - - pro emolumento mercedis noſtrae et remedio animae fratris ſui puerili aetate ab hac luce delati.*

Hortatu et rogatu atque fauore uoluntario dilectiſſimae coniugis imperatricis Auguſtae Hirmengardis. HERRGOTT. hiſt. Habsp. Vol. II p. 26, GVILLIMANN. de epiſc. Argentor. p. 29.

MARTENE T. I Vet. Monim. p. 98 et 136: *pro nobis et coniuge ſeu liberis noſtris nec non pro regni noſtri ſtabilitate et augmento largiter domini noſtri miſericordiam implorare* etc.

In diplomate Lotharii Iunioris apud HEDAM c. l. p. 57: *ob emolumentum etiam ac remedium animae aui noſtri Ludouici et piae memoriae genitoris noſtri Lotharii quondam Auguſtorum nec non genitricis noſtrae Hermingardae ſeu pro ſalute noſtra regni ſtabilitate libentiſſimum praebentes aſſenſum - - monaſterium Bergk tradimus.*

MARTEN. T. I uet. moniment. p. 179 in charta Caroli Calui: *in pago Sueſſionico in uilla quae uocatur Vasliacus quam uillam nos eidem monaſterio ſub praecepto noſtro tradidimus pro commutatione quarundam*

 rerum eiuſdem monaſterii, quas Hirmengardi uenerabili reginae uxori fratris noſtri Hlotarii in proprium donauimus.

§. LVII.

Lotharii Imp. concubinae.

Lotharius Imperator, defuncta ante biennium Ermengarda, Chriſtianiſſima Regina, duas ſibi ancillas ex uilla Regia copulauit, ex quarum altera, Doda uocabulo, filium genuerat, quem Karolomannum uocari iubet. Ita ANNALES BERTINIANI ad an. 853. Doda libertinae conditionis fuit, atque adeo in legitimum Caeſaris matrimonium aſſumi non potuit. uid. MARTEN. T. I uet. mon. p. 126: *quod nos pro mercedis noſtrae augmento in procerum noſtrorum praeſentia ancillam noſtram nomine Dodonem manu propria excutientes a manu eius denarium ſecundum legem Salicam liberatam fecimus et ab omni iugo ſeruitutis abſoluimus.* Ib. p. 138 iterum illius fit mentio: *quia dilectiſſima ac familiariſſima femina noſtra Doda ad noſtram accedens maieſtatem deprecata eſt.*

§. LVIII.

Angilbergae Auguſtae pacta dotalia.

Angilberga, Ludouici Germanici filia, conſobrino ſuo Ludouico II Imperatori nupſit; imperioſa domina, ringentibus Italis. Ipſa aduerſus Adalgiſum, Ducem Beneuentanum exercitum ducebat. ANNAL. MET. ad a. 873. MVRAT. hiſt. Ital. P. V ad a. 872. Si qua Auguſta chartis aliisque literarum monimentis nota eſt, Angilberga certe notiſſima cernitur. Documenta plurima ſingularem mariti produnt indulgentiam. Euoluamus pacta dotalia in MVRATOR. Antiq. Ital. T. II p. 117, e quibus cognoſcimus: 1) nec Imperatores iuſtas nuptias ſine dote celebrare uoluiſſe; 2) dotem conſentientibus optimatibus, et 3) a marito ex lege Francorum oblatam fuiſſe; 4) uxorem Auguſtalem dignitatem obtinuiſſe; ac denique 5) Auguſtam iure pleniſſimo dotem accepiſſe. Legas ſis tabulas ipſas:

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hludouicus gratia Dei Imperator Auguſtus. Conſtat itaque mundanorum Nobilium ordo, et marium inſignium ritus, ut quisquis ſibi legitimo tramite uxorem maluerit ſociari, et nubendi copulam honeſto decore ſortiri, mores ueterum ſequens, talibus ſe erga gratioſiſſimos nuptiarum affectus ornet munificentiis, ut ea, quae egerit,

et Deo placita et futura per tempora humano iuri ſolide rata ſtabilitate conſiſtant. Quod ius adeo ſuis decentiis incrementum ſumpſit, ut non ſolum nobilitas magnorum Virorum, ſed etiam Regum et Imperatorum ſublimitas huiuscemodi uſibus atque negotiis effectum praebere non ſpreuerit. Quapropter omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum, comperiat induſtria, quia nos diuino tacti amore, moremque anteceſſorum noſtrorum piiſſimorum Imperatorum ſequentes, una per conſenſum, et uoluntatem noſtrorum optimatum, hanc dilectiſſimam *Sponſam noſtram Angilbergam* nomine iuxta Legem Francorum dotamus, et eam Domino auxiliante, ad Culmen noſtrae ſublimitatis uxorem praeſentialiter usque perducere diſponimus. Cuius dotalicium ſubter in huius noſtrae Imperialis dignitatis Praecepti pagina ſcribere iuſſimus, et futuris temporibus firmum et ſtabile decreuimus manere. Damus igitur tibi amantiſſimae Sponſae noſtrae Angilbergae dotalicii nomine Curtem iuris noſtri, quae dicitur Campomiliacio, cum omnibus adiacentiis ſuis et pertinentiis, ſeruis et ancillis utriusque ſexus, nec non et Curtem, quae dicitur Curtis noua, cum omnibus ſimiliter ſuis pertinentiis et adiacentiis, cum ſeruis et ancillis utriusque ſexus, cultum et incultum - - - - - in integrum, et de noſtro iure et dominatione in ius et dominationem tuam cedimus atque transfundimus, ut ab hodierna die et deinceps habeas, teneas, et poſſideas, et quidquid inde facere tibi libuerit, liberam et firmiſſimam poteſtatem faciendi potiaris, tam de ſupra dictis Curtibus, Campo uidelicet Miliacio, quae ſita eſt in Comitatu Motinenſi, et Curte Noua, quae eſt in territorio Regenſi, quamque et de Capellis ad easdem Curtes pertinentibus. Porro ut haec noſtra Imperialis ceſſio et dotalitii promulgatio noſtris futuriſque temporibus firmior habeatur, et diligentius obſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, et de Bulla noſtra roborari iuſſimus. §. LVIII.

Signum Domni Imperatoris Hludouici Auguſti.

Adalbertus Cancellarius ad uicem Remigii ſcripſi et ſubſcripſi.

Data III Nonas Octobres anno Chriſto propitio Imperii Domni Hludouici piiſſimi Auguſti II., Indictione XIV.

Actum Maringo Curte Regia in Dei nomine feliciter. Amen.

§.LVIIII.

§. LVIIII.

Angilbergae ſuae maritus donat curtem Wardiſtallam.

Poſt haec Ludouicus uxorem curte Wardiſtallae donauit, cuius in poſſeſſionem illa a miſſo Imperatoris immittebatur. Breue recordationis, ſeu (ut noſtro more loquamur) protocollum ſatis barbare conſcriptum docet, iſtud negotium multis accitis teſtibus peractum fuiſſe; Imperatricis nomine Petrus famulus ipſius et miniſter (alias aduocatus intererat) inueſtituram h. e. traditionem per columnam domus ſuſcepit. Inſtrumentum apud MVRAT. c. l. t. II p. 241 ita habet:

In nomine Domini, Imperante Dominus noſtro Hlodohvvicus magnus Imperator Anno Quinto decimo, die de Menſe Nouembris, Indictione Tercia decima, feliciter. Breue recordationis, qualiter Walpertus Motinenſe Eccleſie Epiſcopus, et Miſſus Domni Imperatoris ueniens Wardeſtalla, habens exemplar Precepti Domni Imperatoris, quem ob multimode dilectionis Auguſte Inghelbergae, iure proprietario Domno Imperator predicta Cortem cum Capella et dote ſua, cum omnibus ſeruis et ancillis, ac dominius, agris, uineis, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, cunctisque in integrum ab eandem Curtem aſpicientibus, ſeo omnibus muuilibus et immouilibus juxte et legaliter ab eandem pertinentibus perpetualiter habendum conceſſerat: quod exempla relectum eorum preſentia, quorum nomina ſubto leguntur, id eſt Tanchredus Capellanus et Conſiliarius Domni Imperatoris Giſelbertus, Adulfus, Deuſdedit, Ragimbertus, Adebbertus, Teudericus, Petro, Atrepaldo, Amicho ex genere Franchorum, Teuperto ex genere Francorum, Fulcherius ex genere Alamanorum, Ioanace Presbiter, Vitale Presbiter, Auſtrevertio Presbiter, Germano, Presbiteri ex genere Francorum, Raperto Presbiter, Hadebald Diacono ex genere Francorum, Ildeberto Diacono, Raperto Diacono, Vrſo Langobardo, Vrſo Presbiter, Luvegiſo ex genere Francorum, Adreverto ex genere Francorum, Grinebertus Notarius, Inglericus ex genere Alamannorum. In iſtorum omnium ſupraſcriptorum preſentia poſt relectum exemplar iam dictus Walpertus Epiſcopus ex iuſſionem Domni Impera oris a parte Domne Ingeberghe Auguſte, Petrum iuris eius famulum et miniſtrum uicem eiusdem Auguſte per columnam de domo eiusdem Curtis iam factum Petrum reueſtiuit iure proprietario, ſicut in eamdem contenebatur exemplar.

Actum

Actum eſt haec in predictam Curtem Wardeſtalla die IV Kalendas December, feliciter. §. LVIIII.

✝ Ego Walpertus Epiſcopus et Miſſus Doni Imperatoris poſt acta traditione ſubſcripſi.
Ego Vrſo Presbiter ſupra nominatus interſui.
Ego Iohennatius Presbiter ſupra nominatus interſui.
Ego Roperto Presbiter ſupra nominatus interſuit.
Ego Germanus Presbiter ſupra nominatus interſui.
Ego Ildepertus Diaconus ſupra nominatus interſuit.
Signum manus Anteberti interſuit.
Ego Teudebertus ſupra nominatus interſui.
Ego Giſeverto interſui.
Ego Ropertus ſupra nominatus interſui.
Ego Ragimfrido interſui.
Signum manus Atrapaldi qui interſui.
Signum Inglerixi qui interſui.

Haec munificentia nouo trium curtium dono cumulabatur. Literae, quas MVRATOR. c. l. p. 119 depromit, omni clauſularum robore muniuntur, atque Angilbergae dominium plenum tribuunt: 2. ac praedia plura in alio praecepto.

In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti. Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Vniuerſorum ſanctae Dei Eccleſiae fidelium tam praeſentium quamque et futurorum nouerit ſolertia, nos per hoc noſtrae munificentiae Imperiale Praeceptum conceſſiſſe ac aeternaliter confirmaſſe ſub perpetua dominatione dilectae coniugi noſtrae, cariſſimae ſcilicet Auguſtae Angilbergae Sextum cortem noſtram in Comitatu Cremonenſi, ſed et cortem noſtram Leocarni in Comitatu Stationenſi, ſimulque Atticianum Cortem noſtram in Comitatu Dianenſi. Ipſas cortes, Sextum uidelicet, Leocarni, et Atticianum cum omnibus appendiciis et pertinentiis earum, cum familia diuerſi ſexus et aetatis, cum uniuerſis rebus intrinſecus et extrinſecus tam mobilibus integriter quamque et immobilibus ad easdem cortes reſpicientibus, Maſſariciis, Aldionaticiis, Libellariis, Iudiciariis, Conditionariis, Vicarialibus, Alpibus, Piſcariis ubicumque et quantumcunque ex antiquo earumdem dominio conſuetudinario more pertinuiſſe dinoſcitur, omnia

et

§ LVIIII. et in omnibus iam dictae Auguſtae amabili coniugi noſtrae ex hoc nunc et in poſterum mancipamus ac ſtabilimus iure proprietario habendas, tenendas, poſſidendas, et fruendas ac dominandas, et quicquid exinde elegerit et uoluerit, ſibique placuerit in uita et poſt mortem, in omnibus perpetuam habeat poteſtatem faciendi. Si quis uero, quod non credimus, huic noſtrae Imperiali praeceptioni contraire, aut in aliquo moleſtari temtauerit, primitus Dei omnipotentis incurrat iram. Deinde ſancimus, ut componere cogatur centum libras auri probatiſſimi ei, cui moleſtari non erubuit. Et haec noſtra praeſens conceſſio, ſicuti conſtituimus, inuiolata permaneat. Vnicuique uero noſtrorum ſucceſſorum, qui per tempora fuerint, interdicimus, et ſub diuina inuocatione adiuramus et atteſtamur, ut noſtrae deliberationis facta, ut a nobis edita ſunt, ita ſinant rata irrefragabiliter, ſempiternaliterque permanere. Si uero, quod non credimus, noſtrum irruperint, ſentiant in praeſenti ſeueritatem aeterni Iudicis, et in futuro cum Iuda ueritatis proditore ſempiternam luant combuſtionem. Et ut pleniorem haec noſtra praeſens donatio atque conceſſio obtineat uigorem, ueriusque ac firmius ab uniuerſis credatur et obſeruetur, manu propria ſubter eam firmauimus, et Bullis noſtris roborari praecepimus.

Signum Domni Hludouici ſereniſſimi Auguſti.

Ego Gauginus iuſſu piiſſimi Auguſti Domni Hludovvici ſcripſi et ſubſcripſi.

Actum Capua Ciuitate IV. Nonas Iulii.

Data Anno, Chriſto propitio, Sereniſſimi Auguſti Domni Hludovvici XXVIII. Indictione III. in Dei nomine feliciter. Amen.

§. Accedit aliud donationis inſtrumentum

Similibus formulis huic Auguſtae nonnullae curtes iure proprietario a. 869 concedebantur in MVRATOR. c. l. t. VI p. 28:

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hlodovvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Etſi ceteris noſtrae ditioni ſubiectis, benignitatis munificentiam exhibere oportet, maxime tamen ei, quae ſpeciali priuilegio interueniente Chriſti gratia, nobis in Imperio eſt adſcita. Igitur omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum comperiat

periat induſtria, amantiſſimam Coniugem noſtram Angilbergam Im- §.LVIIII.
peratricem Auguſtam, noſtram petiiſſe a Deo conſeruandam pietatem, quatenus iure proprietario concederemus illi Cortem Segillam in Toreſiano comitatu, cum Vara et Laucillo, inde pertinentibus; et alias quatuor cortes, id eſt Doveno in Terdonenſi, Palmata in Aibigauno, Vaccarigas, et Civiſi in Aſtenſi Comitatibus, cum omnibus uidelicet ad ipſas cortes reſpicientibus, id eſt utriusque ſexus mancipiis, Villis, Capellis, caſis, caſaritiis, uineis, pratis, paſcuis, ſyluis, cultis ſiue incultis, arboribus pomiferis, ſiue non pomiferis, aquis aquarumque decurſibus, uectigalibus, ſeu redditibus cunctis, ſub omni integritate et diſtrictis iudicialibus. Quapropter eiusdem dulciſſimae coniugis noſtrae petitione Serenitatis aurem libentiſſime accommodantes, praeſcriptas res, ſicut ſuperius continetur, iure proprietario illi conceſſimus, et per hoc liberalitatis noſtrae apices inconuulſe transfundimus, ut ab hodierno die ac deinceps, quidquid ex praeſcriptis rebus ſeu mancipiis facere delegerit, ſcilicet aut pro ſuae mercedis retributione alicui uenerandae - - - - - Eccleſiae, aut per mortalium perſonas hominum commutandi, donandi, uel etiam tradendi, liberam ac firmiſſimam habeat poteſtatem, ſicut de proprietatis ſuae rebus nullo contradicente uel reſiſtente, ſed omni remota uel damnata ſeu ſequatium noſtrorum, uel quorumlibet hominum moleſtia, ſeu repetitione de praelibatis rebus, ſicut ſupra praefinitum eſt, quicquid ipſi placuerit facere pleniſſimam omnibus habeat poteſtatem. Et uti haec noſtrae auctoritatis largitio certius credatur, et futuris temporibus inuiolabiliter in Dei nomine obſeruetur, manu propria roborauimus, et de Bulla noſtra ſubter inſigniri praecepimus.

Signum Domini Hludovvici Sereniſſimi Auguſti.

Leodoinus Sacerdos iuſſu Imperatoris ad uicem Faremundi recognoui et ſubſcripſi.

Datum VIII Kalendas Iunii, anno Chriſto propitio Imperii Domni Hludovvici piiſſimi Imperatoris XX. Indictione II.

Actum Venuſiae, in Dei nomine feliter. Amen.

Iam §. LII annotauimus, monaſterium S. Saluatoris Brixianum 4. Ludouicus
Imperatricibus iure fructuario conceſſum fuiſſe. Quare Ludoui- Angilbergae mona-

G cus

§.LVIIII. ſterium S. Saluatoris Brixianum iure uſufructuario tradit.

cus II morem auitum ſecutus Angſlbergae quoque coniugi ſuae ac poſt eius mortem Hermengardae filiae a. 868 tradidit idem monaſterium. MVRATOR. c. l. p. 343.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni Hludovvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si aliorum noſtrorum fidelium utilitatibus pio conſulimus affectu, eorumque profectus aequo ſtabilimus libramine, decentiſſimum ante omnia et ſuper omnia eſt ipſius ſpecialiter pre ceteris omnibus onorem et utilitatem futuris manentem temporibus pro eius incomparabili amore premeditando atque preuidendo ſtabilire quae conſors et adiutrix Regni pariter a Deo nobis commiſſi extat; quatinus cuius prouidentia nobis iuncta eſt, eius et gubernatione onorifice degere queat; unde illum, quicumque fuerit, noſtrum ſucceſſorem per ineffabilem Sancte et indiuidue Trinitatis maieſtatem adiuramus et obteſtamur, ut ſicut ſua uoluerit ſtabilia permanere, ita noſtra irrefragabiliter ſinat ſecundum noſtram diſtributionem perdurare. Qua de re comperiat uniuerſorum Sancte Dei Eccleſie fidelium tam preſentium uidelicet quam futurorum ſolertia, nos una cum fidelium noſtrorum conſultu conceſſiſſe dilectiſſimae coniugi noſtrae, clariſſimae ſcilicet Auguſtae Angilbergae cunctis diebus uitae ſuae, Monaſterium Domini Saluatoris intra menia ciuitatis Brixiae conſtructum, quod dicitur Nouum, cum omnibus ſuis appendiciis tam mobilibus quamque et immobilibus, cum omnibus uidelicet Monaſteriis et Xenodochiis, ſeu cortibus ad ipſam aſpicientibus: hoc eſt, Alinam, Campora, Sextano; Monaſterium in Luca, quod Aldo Dux edificauit, et Monaſterium in Papia, quod uocatur Regine, et Xenodochium Sanctae Mariae, cum Hoſpitali Sancti Benedicti in Montelongo: nec non et Monaſterium ſitum in Sirmione, ſeu Xenodochium Sanctae Mariae in Papia ſitum, quod dicitur Sancta Maria Britonum, cum omnibus eorum appendiciis intus et foris, ſeu familia utriusque ſexus, ubilibet commanentibus. Ad poſſidendum, regendum, gubernandum, diſponendum, ordinandum, fruendum, et quicquid elegerit intus et foris, prout ſibi uiſum fuerit, faciendum. Si uero noſtra dilectiſſima coniux clariſſima Auguſta Angilberga ante Filiam cariſſimam noſtram Hermengardam diuina obierit uocatione, tunc uolumus, ut ei ſuccedat ipſa Filia noſtra in eandem poteſtatem cunctis diebus uitae ſuae, ad poſſidendum, ſicut taxauimus, prefatum Mona-

Monaſterium integriter regendum, gubernandum, diſponendum, §. LX.
ordinandum, atque fruendum, et quicquid ei libuerit, faciendum. Iterum unicuique noſtrorum interdicentes Succeſſorum, et ſub diuina inuocatione conteſtantes, ut nihil ex his, quae hoc continentur ſcripto, minuere uel auferre moliatur. Quod ſi fecerit, optamus, atque omnimodis imprecamur, ut huius rei rationem Deo uniuerſorum Iudici, rectorumque rectori et Domino Dominorum pleniſſime reddat, et inſuper componat, cui iniuriam intulit, centum libras auri probatiſſimi: et preſens noſtra inſtitutio, ſicut prefiximus, immutabiliter permaneat. Et ut pleniorem in Dei nomine obtineat uigorem, manibus propriis ſubter eam firmauimus, et bullis noſtris inſigniri precepimus.

Signum Domni Hludovvici ſereniſſimi Auguſti.

Ego Gauginus Sacerdos iuſſu Sereniſſimi Auguſti Domini Hludovvici ſcripſi et ſubſcripſi.

Acta Venuſii.

Data IIII Kalendas Maii, Anno Chriſto propitio Domni Hludovvici piiſſimi Auguſti XVIII. Indictione I. in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LX.

Etſi Ludouicus in chartis, quas attulimus Angilbergae rerum ſuarum poteſtatem ampliſſimam conceſſit: nihilo tamen ſecius eidem facultatem de rebus ſuis libere diſponendi ſingulari priuilegio, diras et mulctas ſpirante, firmauit. Rurſus adeamus MVRATOR. T. I pag. 933.

Ludouicus Imp. Angilbergae Auguſtae liberam des rebus ſui diſponendi facultatem concedit;

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni: Hludovvicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Omnium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium, praeſentium uindelicet ac ſequentium comperiat induſtria, eo quod nos ob diuinum amorem, et mutuae dilectionis affectum, Angilbergae dilectiſſimae coniugi noſtrae, ac conſorti noſtri Imperii, per praeſentem munificentiae noſtrae paginam concedimus et largimur de ſuis propriis rebus tam noſtra ſibi liberalitate donatis, quam alio quolibet contractu iuſte ac legaliter adquiſitis, quomodocunque et qualitercumque diſponendi et ordinandi liberam facultatem, absque ullo cuiuslibet Principis uel Ducis, qui in tempore fuerit impedimento; et cuicum-

§. LX. que ipſa dederit, ratum et ſtabilitum modis omnibus eſſe uolumus. Si quis autem, quod non credimus ex proheredibus, ſucceſſoribusque Imperii noſtri aliquam contra ipſius liberam diſpoſitionem, ſeu ſpontaneam definitionem moleſtiam inferre praeſumpſerit, tamquam ſceleſtus et impius diuinarum temerator ſanctionum, aeterno iudicio condempnatus partem in futuro habeat cum Principe tenebrarum infernale ignis aeterni et ſulphuris; et in praeſenti ſupradictae Coniugi noſtrae inquietudinem inferre contra noſtri ſtatuta Praecepti non metuens, centum libras auri obrizi componere compellatur, medietatem Imperiali Camerae, et medietatem ſupra taxatae Angilbergae, cui iniuriae naeuum intuliſſe probatur. Et ut hoc noſtrae ceſſionis ac piae largitionis pagina inconuulſa permaneat, manus noſtrae adſcriptione inſignita et Bulla noſtra ſubter adnotata eſt.

Signum manus Domni Hludovvici ſereniſſimi Imperatoris.

Giſelbertus Presbyter et Notarius ſcripſi ex iuſſu Imperiali, et ſubſcripſi.

Locus ✝ Sigilli.

Data IV Idus Octubris, Indictione VIII.

Actum Olonna Curte Imperiali, Anno Imperii Domni Hludovvici glorioſiſſimi Imperatoris, Deo propitio XXV. feliciter. Amen.

a. Similia priuilegia eidem alio diplomate tribuit maritus;

Aliam chartam eiusdem argumenti deprehendimus cit. loc. Tom. VI p. 27 ſqq.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hludovvicus diuina ordinante prouincia Imperator Auguſtus. Si liberalitatis Imperialis munificentiam Fidelibus quibusque noſtris benigne concedimus, quanto potius dilectae nobis coniugi, quam diuinitus in adiutorium commiſſi nobis Imperii percepimus ſociam, cunctae dapſilitatis commoda conferre nos conuenit? Qua propter omnium fidelium Chriſti, ſanctaeque ipſius Eccleſiae comperiat generalitas, quoniam cum tractatu et conſilio atque unanimitate Imperii noſtri Primorum, Angilbergae ſereniſſimae Auguſtae et Imperatrici, atque deſiderabiliſſimae Coniugi noſtrae, per huius auctoritatis noſtrae Praeceptum confirmamus, et roboramus omnes res tam moviles

quam

quam immoviles, ſeſeque mouentes, nec non et familias utriusque §. LX.
ſexus, una cum acquiſitis rebus earum, quas ſiue per largitionis noſtrae diuerſo tempore emiſſa Praecepta, ſiue per collata ſibi ab aliis monumenta chartarum, donationum ſcilicet uel uenditionum, ſiue per quemcumque alium modum acquiſiſſe ſiue poſſediſſe dinoſcitur, uel a nunc acquirere potuerit, omnia haec in perpetuum ſtabilientes, et ut praediximus roborantes: Similiter autem donamus ei a praeſenti die, atque concedimus in perpetuum quaecumque ex ſuperius comprehenſis et annexis rebus uel familiis per quaecumque Legum iura ad nos pertinere uel competere comprobantur, ſiue deinceps pertinere noſcentur, ita ut haec cum illis praeſenti Imperiali munificentia et auctoritate munita perpetualiter potiatur, et ſuo ſemper iuri uindicet atque defendat: ad poſſidendum uidelicet et utendum omnibus his in perpetuum, atque donandum et relinquendum, cui noluerit, et de his omnibus agendum, quod ſibi placuerit. Quisquis autem Succeſſorum noſtrorum Imperatorum, uel alterius cuiusque dignitatis aut conditionis hominum contra huius Imperialis Praecepti ſeriem in toto uel in parte agere temptauerit, uel de his omnibus quicquam auferre uel minuere, aut ab aliquo ſibi quocumque modo dandum poſtulare praeſumpſerit, ſibique uſurpare uel uindicare quolibet ingenio conatus extiterit, aut illi ſuper his omnibus, uel eis, quibus ipſa horum aliquid contulerit, moleſtiam aliquam inferre praeſumpſerit, primo quidem niſus eius nullas uires habeat; deinde uero pro ſolo praeſumptuoſo conamine auri obrizi duo milia librarum exſoluere conpellatur, quorum dimidia pars praefatae Auguſtae tribuatur, dimidia uero a Principe, qui per tempus fuerit, exigatur. Atque ut haec noſtrae confirmationis auctoritas firmior habeatur, et in futura tempora inuiolabiliter conſeruetur, manu propria ſubter ſignauimus, et de Bulla noſtra inſigniri praecepimus.

Signum Hludovvici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Ego Leudoinus Archipresbiter Palatinus iuſſu Imperatoris ad uicem Frimundi recognoui et ſubſcripſi.

Data Anno Domini Hludovvici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti XXI. Indictione III. Tertio Nonas Iunii.

Actum Ciuitate Venuſia in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LXI.

§. LXI.

eiusque inſtitutum monaſterii intra muros Placentinae urbis exſtruendi perquam liberaliter adiuuat.

Sed nondum ſatis eſt largitatis. Imperator etiam ratum habuit, quidquid uxor permutationis titulo adquiſiuit, perinde ac ſi iure hereditario adquiſitum fuiſſet. Praeterea Imperator coniugi donat locum in urbe Placentina monaſterii exſtruendi cauſſa, itemque uallum muri illius ciuitatis et macerias lapidesque; ac permittit, ut antiquos aquaeductus reparet, mutet, nouos conſtruat. Cuncta, quae certe non ſunt uulgaria, indulget charta in MVRATOR. c. l. T. II p. 453 ſq.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hludovvicus diuina ordinante clementia Imperator Auguſtus. Omnibus ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrisque fidelibus praeſentibus atque futuris cognitum fieri uolumus, eo quod Angilberga dilectiſſima coniux noſtra, et conſors Imperii noſtrae humiliter ſuggeſſit Maieſtati, ſe per diuinum auxilium infra muros Placentinae Vrbis in Dei nomine atque amore Monaſterium conſtruere uelle. Qua de cauſſa ad continuandam amplitudinem loci quasdam cum Parte Publica de rebus ſuis commutationes feciſſe, quas ſibi petiit noſtra authoritate ſtabiliri. Nos, quia fas aliter non fuit, deuotis ipſius precibus aſſenſum dedimus, confirmantes ipſi, et per hanc noſtrae ſublimitatis paginam roborantes non ſolum illa, quae in publico commutaſſe probabiliter comprobatur, uerum etiam ea omnia quaecumque cum alio quolibet hucusque iuſte ac legaliter commutauit, aut in antea Deo propitio commutatura erit, ut habeat illa ac retineat quiete ac pacifice, tanquam haereditario iure acquiſita absque ulla partis publicae repetitione, uel cuiuslibet hominis contradictione. Super haec concedimus illi, donamus ac ſtabilimus, ubicumque uoluerit, infra ipſam Vrbem Placentinam, uel circum publicas ſtratas ad ſui Monaſterii fines dilatandos atque muniendos immutare: adiungentes ipſi ex noſtro, et in perpetuum largientes omnem muri ipſius Ciuitatis intrinſecus et extrinſecus uallum a fundamentis usque ad pinnas murorum, quantum protendit a Porta Mediolanenſi usque ad Poſterulam ſubſequentem: ſed uniuerſas in circuitu murorum et antemuralium, Turrium quoque, et Portarum, ac Poſterularum macerias: omnesque petras et caementa, quantacumque per eumdem Comitatum Placentinum noſtro iuri ex publico inuenta fuerint pertinere

largitur partem muri ciuitatis, cum maceriis et caementis;

tinere in cunctis agris et uillis, praeter Palatia, et principales Cortes §. LXII.
Pontem uero Nuri, ut ſupra, ad ſupplementum eius operis perficere uolumus, ita, ut quantum futuri Monaſterii ſtructura exegerit, libere ac poteſtatiue de quibus praediximus auferre liceat, quatenus extructo per Dei auxilium iuxta eius deſiderium ſacrato cenobio, ad noſtrae ſimul et illius animae proficiat in aeterna uita remedium, confirmamus inſuper et in eius poteſtatem dominiumque transfundimus antiquos aquaeductus in eodem Comitatu Placentino, quos, ſi uoluerit, in priſtinum ſtatum reformet, aut certe in alteram partem transmutet, uel certe nouellos inſtituendi ubicumque in publico ſolo uoluerit, poteſtatem habeat, et quos dirigere maluerit, ſint omnimodis rati ac ſtabiliti auctoritate noſtra, omni Partis Publicae contradictione uel inquietudine funditus remota. Si quis autem haec noſtra ſtatuta infringere quaeſierit, Dei omnipotentis iram incurrat, et inſuper multam, quod eſt poenam, duodecim auri obrizi librarum componat, medietatem Camerae noſtrae, et medietatem ſaepe dicendae Coniugi noſtrae, cui iniuriam inferre non timuit. Et ut haec donationis ac ceſſionis auctoritas maiorem in poſterum roborem optineat, manus noſtrae monogrammate auguſtaliter inſignitam et Bulla noſtra ſubter eam iuſſimus adnotari.

item antiquos aquaeductus.

Signum manus Domini Hludovici ſereniſſimi Imperatoris.

Locus ✝ Sigilli.

Gauginus ex iuſſu Imperiali ſcripſi et ſubſcripſi.

Data III Idus Octobris, Indictione VIII. Anno Imperii Domni Hludovici XXV.

Actum Olonna Curte Imperiali, in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LXII.

A Rudolpho comite et Abbate Monaſterii S. Mauricii Agaunenſi uillam libellario uel praeſtariae pacto accepit. Conuentionis huius conditiones ac ſtilus dignitatis imperatoriae haudquaquam rationem habere uidentur. Perlegas inſtrumentum, quod ſuggeritur c. l. T. III p. 155 ſq.

Angilberga cum Rudolpho comite et Abbate libellarium contractum init.

Priſcarum legum auctoritates conceſſerunt, ut qualiscumque perſona res Eccleſiaſticas ſub uſu beneficii in ſuis neceſſitatibus procurandis uel adſequendis adquirere uoluerit, ſub ipſius munificentia,

§. LXII. tia, qui capud Eccleſiae praeeſſe dinoſcitur, in nomine Praeſtariae ſiue Libelli, eas tenere ſub cenſo decem et nouem annis debeat, atque his expletis aut ipſum Libellum renouare ſtudeat, aut Rector Eccleſiae ipſas res in ſuo iure ac dominatione recipiat. Quapropter ego in Dei nomine Rodulfus humilis Comes, nec non et Monaſterii Sancti Mauricii Agaunenſis Abba, dum non eſt incognitum, quod in Regno Tuſciae Villam nuncupatam Paterno et Aciano cum appendiciis ſuis Rectores iam fati Monaſterii ſemper tenuerunt, et nos adhuc tenere dinoſcimur, et poſtea uos, Illuſtriſſima Ingelberga Auguſta, a nobis expetiſtis, ut ipſam Villam cum omnibus ad ſe appendiciis pertinentibus in nomine Libelli, ſiue Praeſtariae uobis concedere debemus; quod ita in Dei nomine et fecimus una cum conſenſu omnium Fratrum in praefato Monaſterio Domino militantium. Igitur, ſicut ſuperius diximus, peticionem ueſtram libenti animo conſencientes has litteras Libelli nos in uobis conſcribere placuit, eo uidelicet tenore, ut iam dictam Villam cum omnibus appendiciis uel adiacenciis, diebus uitae ueſtrae ad meliorandum uel excolendum in beneficium habere debeatis, et annis ſingulis ad praefatum Monaſterium, ſeu etiam ipſius Monaſterii Rectoribus, ſolidos quindecim in cenſum perſoluere debeatis. Si uero, quod abſit, ex ipſo cenſo negligens fueritis aut reddere recuſaueritis, uel, quod non credimus, ipſas res pegeraueritis, auro libras XXV ad ipſum Monaſterium, eiusque Rectoribus perſoluere debeatis: et alicubi ipſas res nec dare nec uendere nec alienare, nec naufragare Pontificium, non habeatis. Et quamuis longeua ſit ueſtra poſſeſſio, nullum praeiudicium contra nos, nec contra partem praedicti Monaſterii generare non debeatis, ſed poſt ueſtrum diſceſſum, quandoquidem Deus uoluerit, ipſas res cum omni re melioratas aut ſuprapoſitas, nos, aut gentes ipſius Monaſterii absque ulla iudiciaria poteſtate, uel cuiuscumque contradictione, recipere debeamus. Et quod ſupra inferere debuimus, nunc emendantes, annis ſingulis in luminaribus Sancti Mauricii pro ſalute animae ueſtrae ad ſupra memoratum placitum oleo modium unum dare ſtudeatis; et inſuper huius Libelli conſcripcio ueſtro in tempore, Chriſto propicio, inuiolabilem obtineat firmitatem cum ſtipulatione ſubnixa.

Signum Rhodulfi Comitis, qui huius Libelli paginam firmaui, atque Canonicis Monaſterii noſtri firmare rogaui.

Erifredus Diaconus atque Praepoſitus conſenſi et ſubſcripſi.

§. LXIII.

petamus literas ex DU CHESNE Tom. II ſcriptor. Francicor. p. 187. §. XLV.
BALVZ. T. I Capitular. p. 255.

Karolus gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum, ac Patricius Romanorum, dilectae nobis et ualde amabili coniugi noſtrae Faſtradae Reginæ.

Salutem amabilem tibi in Domino per hos apices mittere ſtuduimus, et per te dulciſſimis filiabus noſtris tecum manentibus. Scientem te enim facimus, quià, gratias Deo, ſani et ſalui ſumus. Miſſus quidem dilecti filii noſtri Pippini, nomine ill. nobis nuntiauit de eius ſanitate ac Domni Apoſtolici, uel de ſaluatione confinium noſtrorum illis partibus poſitorum, unde ualde laetificati extitimus. Et inſuper retulit nobis, qualiter illae ſcarae, quas prius de Italia iuſſimus pergere AVARIAE in ill. confinia, reſidendum, perrexerunt infra fines ipſorum X Kal. Septembris, et inierunt pugnam cum eis. Et dedit eis Deus omnipotens pro ſua miſericordia uictoriam, et multitudinem de ipſis AVARIS interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod in multis diebus maior ſtrages de ipſis AVARIS facta non fuit. Et exſpoliauerunt ipſum uallum, et ſederunt ibidem ipſa nocte uel in craſtina, usque hora diei tertia. Et acceptis ſpoliis reuerſi ſunt in pace: et centum quinquaginta de ipſis AVARIS uiuos comprehenderunt, quos reſeruauerunt, ut noſtra fiat iuſſio, qualiter exinde agere debeant. Fideles Dei ac noſtri, qui hoc egerunt, fuerunt ille Epiſcopus, ille Dux, ille et ille Comites. Ille Dux de Hiſtria, ut dictum eſt nobis, ibidem bene fecit cum ſuis hominibus. Vaſſi uero noſtri fuerunt illi. Nos autem Domino adiuuante tribus diebus Litaniam fecimus, id eſt: Nonis Septembris, quod fuit Lunis die; incipientes, et Martis et Mercoris, Dei miſericordiam deprecantes, ut nobis pacem et ſanitatem atque uictoriam, et proſperum iter tribuere dignetur, et ut in ſua miſericordia et pietate nobis adiutor et conſiliator, atque defenſor in omnibus anguſtiis noſtris exiſtat. Et a uino et carne ordinauerunt ſacerdotes noſtri, qui propter infirmitatem aut ſenectudinem aut iuuentudinem abſtinere poterant, ut abſtinuiſſent, et qui redimere uoluiſſet, quod uinum licentiam habuiſſet bibendi ipſis tribus diebus, ditiores et potentiores in unaquaque die ſolidum unum dediſſent: minus potentes iuxta poſſibilitatem ipſorum: et qui amplius dare non poterat, et uinum bibere uolebat, ſaltem uel unum denarium donaſſet. Eleemoſynam uero unus quisque ſecundum propriam atque bonam uoluntatem,

de litaniis et ieiuniis inſtituendis.

§. XLVI. tatem, uel iuxta poſſibilitatem feciſſet. Et ſacerdos unusquisque Miſſam ſpecialem feciſſet, niſi infirmitas impediſſet. Et clerici, qui Pſalmos ſciebant, unusquisque quinquaginta cantaſſet. Et interim, quod ipſas Litanias faciebant, diſcalceati ambulaſſent. Sic conſiderauerunt Sacerdotes noſtri, et nos omnes ita aptificauimus, et Domino adiuuante compleuimus. Vnde uolumus, ut tu cum ill. et ill. uel caeteris fidelibus noſtris conſiderare debeas, qualiter ipſae Litaniae ibidem factae fiant. Tu autem, iuxta quod tua infirmitas permittit, in tuo committimus arbitrio. Et mirum nobis fuit, quia ueſter Miſſus, nec Epiſtola, poſtquam de Reganisburgo, ad nos non uenit. Vnde uolumus, ut ſaepius nobis de tua ſanitate, uel de aliud, quod placuerit, ſignificare debeas. Iterumque ſalutamus te multum in Domino.

§. XLVI.

Faſtradae epitaphium et commemoratio. Faſtrada moritur a. 794. Theodulphus, epiſcopus Aurelianenſis, eam epitaphio dignam iudicat lib. II Carmin. n. 11. p. 39 T. XIV Bibliothecae maximae patrum, et in DU CHESNE ſcript. rer. franc. T. II p. 648. Addamus etiam teſtimonium ex Ioannis Laton. Catalog. Archiepiſcop. Mogunt. apud MENCKE T. III ſcript. rer. Germ. p. 455: *Fuit hic* (in monaſterio S. Albani) *quoque condita Faſtradana Caroli uxor, cum hac inſcriptione, Anno 794 Francofurti defuncta: Faſtradana pia Caroli coniux uocitata, Chriſto dilecta, iacet hoc ſub marmore tecta. Anno ſeptingenteſimo nonageſimo quarto, quem numerum metro claudere Muſa negat, Rex pie, quae geſſit* (uirgo, licet) *corpus hic cinereſcit. Spiritus haeres ſit patriae, quae triſtia neſcit.* Monimentum hoc latius deſcribitur apud CRVS. c. l. p. 334. Interuentus illius mentio fit apud LEVCKFELD Antiq. Poeldenſ. p. 248 in Dipl. Ottonis III Imp. A. 993: *Poſtea uero cum idem Burckhardus Zacharia et Bonifacio Archiepiſcopo ordinantibus Wirzburgenſi Eccleſiae praeficeretur Epiſcopus, apud Dominum ſuum Carolum Regem rogatu Faſtradae coniugis ſuae Reginae p. e'criptique Bonifacii Archipraeſulis impetrauit, ut eadem loca cum omnibus appenditiis ſuis ſancto Kiliano Martyri ad integrum ſubderentur et traderentur a ſe ſuisque ſucceſſoribus perpetualiter tenenda, et ſecundum monaſticam uitam ordinanda.* Chartam Caroli M. ad hanc rem pertinentem prodit LVNIG. in Spicil. Eccleſ. Charta II pag. 933.

e. Carolus cum Irene A. 802 Carolus nuptias cum Irene

§. XLVII-XLVIII. matrimonium inire tentat.

Irene Imperatrice orientis meditatus eſt aut forte ſimulauit. Teſtimonia conquiſita repenes in ROVSSET ſupplement au corps uniuerſel diplomatique T. I P. II p. 345 ſq.

de reliquis Caroli M. uxoribus.

Quartam Caroli uxorem Luitgardem non tam tabulae quam annales celebrant. Generatim aut certe haud nominatim uxorum recordatur Carolus in CHRON. S. Vincent. de Vulturn. p. 679 c. I: *quatenus eis melius delectet pro nobis uxoribusque noſtris ac liberis uel cuncto populo noſtro miſericordiam Dei attentius exorare.*

SCHANNAT. hiſtor. Fuldenſ. cod. prob. p. 83: *quatenus ipſa congregatio pro nobis uxoreque etiam et prole domini miſericordiam attentius deprecari delectet.*

MIR. T. I p. 496: *quatenus melius delectet ibidem Deo ſeruientes pro nobis atque prolibus noſtris et uxore et pro animabus parentum quondam noſtrorum domini miſericordiam deprecari.*

§. XLVII.

Hirmingardis, Ludouici P. uxor prior.

Ludouici pii prima thalami ſocia celebratur Hirmingardis, Ingrami comitis filia. Huius memoriam recolere uidetur Ludouicus in diplomate apud MABILL. in Act. Sanct. Ord. Bened. Saec. IIII part. I pag. 212: *et locum qui dicitur Auraria cum omni integritate, ſicut olim a bonae memoriae Ermengarde regina praedicto monaſterio traditum eſt.* Haec Auguſta cum marito Remis ſolenniter inaugurabatur. FLODOARD. hiſt. Rem. l. II c. 19.

§. XLVIII.

Iudithae uituperatio et elogium.

Altera uero coniux Iuditha, Welfi ducis filia, non ſolum regni, ſed et aerumnarum particeps erat, quamquam ipſa perniciem Imperatoris capiti intulerit, ſi AGOBARDO credere fas eſt, in Apologetico pro filiis Ludouici Pii aduerſus patrem: *igitur cum praedictus Domnus et Imperator*, inquit, *quietus eſſet in domo, et florens in palatio ſuo, cum adbuc iuuenem coniugem ſub ſui reuerentia cuſtodiret, et ſecundum Apoſtolum, uxorium debitum illi perſolueret, in proceſſu uero dierum cum coepiſſent baec primum tepeſcere, deinde frigeſcere, ac per boc et mulier reſolui in laſciuiam, ceſſantibus licitis conuerſa immo aduerſa ad inlicita, adſciuit ſibimet aptas perſonas ad perpetranda turpia, et primum latentes, deinde imprudentes. Cognouerunt autem boc initio pauci, deinde*

§. XLVIIII. *plures, ad poſtremum autem multitudo Palatii, et regni, ac finium terrae. quam rem irridebant minores, dolebant maiores, omnes autem clari uiri intolerandum iudicantes. Concitati itaque ſunt ſpiritus filiorum Imperatoris rationabili Zelo, uidentes maculatum ſtatum paternum, ſordidum Palatium, confuſum regnum, et obſcuratum nomen Francorum, quod hactenus clarum fuerat in toto orbe. Et ſurgentes ſinguli uno et pio conſenſu in emendatione ſcelerum, conuenerunt ſimul, et aliis comprehenſis, aliis effugatis, autrice uero malorum excluſa a palatio, incluſa cuſtodiae, mutato habitu regali, induto habitu ſanctimoniali, reddiderunt patrem qieti et aliquantulae honeſtati. Cumque per nimiam filiorum remiſſionem bene acta diſſoluerentur, per carnalium blandimenta et cupidorum ſceleſtos fauores, atque indecoras adulationes, iterum mulier, tanquam legitima Domina, reuocata eſt in Palatium, et praelata conſiliis et Conſiliariis, cuius inſtigationibus mutata eſt mens rectoris, et coepit duris cornibus uentilare filios et conturbare populos.* At quis dubitet, pulcrae Iudithae defenſores haud defuiſſe? Vid. GEBAVERI Iudithae Auguſtae Francicae elogium hiſtoricum. Cauſſam Iudithae etiam orat NATAL. ALEXANDER Saec. IX hiſt. eccleſ. diſſ. II §. 9 ſq. conf. GVNDLINGIANA P. VII. Illius uitam effigiemque tradit BVCELIN. in hiſtoria Agilolfing. p. 370. Pro ea, qua ducebatur, regnandi libidine, Iuditha chartas quoque fieri curaſſe uidetur, licet in promtu habeamus nullam.

§. XLVIIII.

Iudithae monaſterium Brixienſe in beneficium datum.

Iam ſupra Cap. I §. XI, 3 diximus, Iuditham placito cuidam interfuiſſe, ſuaque manu chartam roboraſſe; inde imperatricem in Curiis imperialibus, abſente marito, primam ut alias proximam ab Imperatore ſedem habuiſſe, argumentatur SCHILTER. in Inſtitut. iur. publ. L. I tit. 16 p. 175; ſed quae Iudithae danda ſunt, ea ad alias Auguſtas haud temere trahantur. Quantopere uxori addictus fuerit Ludouicus, rerum geſtarum commentarii uix ſatis poſſunt enarrare. Miſſis iſtis tabulas, in medium has proferre liceat, quas MARGARIN. in bullario Caſin. t. II p. 33 ſq. perperam Ludouico Balbo adſcripſit. Ex iisdem perſpicimus, Iuditham monaſterium iure beneficiario h. e. uſufructuario (feudum enim non innui uidetur) a marito accepiſſe:

In

In nomine Domini Dei, et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Hludouicus, diuina ordinante prouidentia, Imperator Auguſtus. Si erga loca diuinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eiusque in eisdem locis ſibi famulantibus, beneficia oportuna largimur, praemium nobis apud Dominum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus Sanctae Dei Eccleſiae, et noſtris, praeſentibus ſcilicet, et futuris, quia dilecta coniux noſtra Iudit, quae monaſterium Domini, et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quod ſitum eſt infra muros Ciuitatis Brixiae, a noſtra liberalitate in beneficium habet, oſtendit nobis quandam auctoritatem immunitatis Domini, Genitoris noſtri Caroli bonae memoriae praeſtantiſſimi Imperatoris, in qua continebatur inſertum qualiter ille ob amorem Dei, tranquillitatemque ancillarum ibidem conſiſtentium, praedictum Monaſterium ſemper ſub pleniſſima defenſione, et immunitatis tuitione habuiſſet; ſcilicet pro firmitatis ſtudio poſtulauit a nobis, ut paternae auctoritati, noſtram quoque ſuper adderemus auctoritatem. Cuius petitioni libenter adſenſum ita in omnibus conceſſimus, atque per hoc praeceptum noſtrum confirmauimus.

§. L - LI.

§. L.

Memoriam cum Iudithae tum coniugum generatim cuſtodiunt libelli plures. conf. MARTEN. T. I uet. monim. p 86: *dilecta coniux noſtra Iudith auguſta nobis ſuggeſſit per priuilegium patris noſtri.* add. MABILL. R. D. p. 521. MIR. T. I p. 247. SAMMARTH. Gall. Chriſt. T. V p. 463: *dilectiſſima coniux noſtra ſemper auguſta offerri fecit obtutibus maieſtatis noſtrae quamdam auctoritatis praeceptionem, quam domnus et genitor noſter Karolus piiſſimus imperator* etc. BALVZ. T. II Capit. p. 1405: *Quatenus ipſis ſeruis Dei, qui ibidem Deo famulari uidentur, pro nobis et coniuge proleque noſtra et ſtabilitate totius imperii noſtri a Deo nobis conceſſi atque conſeruandi iugiter Domini miſericordiam exorare delectet.*

Vxorum Ludouici P. commemoratio.

§. LI.

Lotharius Imperator a. 821 magnum Francorum conuentum apud Theodonis uillam celebrans Hirmingardim, Hugonis comitis filiam, ſolemni more duxit uxorem, teſtibus ANNAL. LAVRIS-

Hirmingardis, Lotharii Imp. uxor in Abbatiam S. Stephani Argent. munifica.

§. LII. HAM. ad d. a. Haec abbatiam S. Stephani Argent. donatione pia locupletauit, docente charta Wernheri epiſcopi apud HERRGOTT. Vol. II p. 100. ad an. 1005 et GVILLIMANN. de Epiſcop. Argent. p. 48. *Hermingardis quoque Imperatrix per manum propriam et manum eiusdem Imperatoris Lotharii dedit Minſniga cum ſua Imperiali integritate.*

§. LII.

Lotharius itidem uxori Hermingardae monaſterium Brix. S. Saluatoris iure uſufructuario concedit, collaudante filio Ludouico Imp.

Quemadmodum §. XLVIIII oſtendimus, Ludouicum monaſterium S. Saluatoris Brixienſe Iudithae coniugi in beneficium conceſſiſſe: ita Lotharius filius patris inſtitutum imitatus eſt, perinde quaſi monaſterium iſtud Auguſtis dotalitium praebere deberet. Euoluatur MARGARINI Bullarium Caſinenſe T. II, p. 24.

CONSTITVTIO XXIX.

SVMMARIVM.

Anno Chriſti 838, Aprilis 16.

LOTHARIVS I IMPERATOR

Monaſterii SS. Saluatoris, et Iuliae Brixienſis Adminiſtrationem Hermingardae ſuae coniugi, et poſt eius deceſſum Giſlae item filiae committit.

Ex Archiu. Monaſt. S. Iuliae Brixienn.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hlotharius, diuina ordinante prouidentia, Imperator Auguſtus. Etſi fidelium noſtrorum precibus, ut deuotiores in noſtra exiſtant fidelitate adquieſcere oportet; multo magis dilectiſſimae, atque amantiſſimae coniugi noſtrae Hermingardae uoluntati obtemperare oportet, quae iugali uinculo nobis ſociata eſt, conſorſque Imperii noſtri effecta. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium uidelicet, et futurorum nouerit induſtria, quia dulciſſima coniux noſtra Hermingardis deprecata eſt pietatem noſtram, ut ei, filiaeque noſtrae Giſlae confirmaremus Edictum manſuetudinis noſtrae, Monaſterium conſtructum in honore Dei, et Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti infra muros urbis Brixiae taliter, ut ſaepe dicta coniux noſtra dum aduiueret, eumdem firmiter uſufructuario uſu, remota cuiuslibet contrarietate ordinaret, atque diſponeret locum. Poſt eius quoque diſceſſum, praefata filia noſtra Giſla eumdem ſimiliter diſponeret, atque gubernaret locum regulariter

Digitized by Google

riter, et ſecundum Monaſticam diſciplinam. Cuius precibus deuotiſſime adquieſcentes, hos manſuetudinis noſtrae apices fieri rogauimus, per quod ſaepe fatum Monaſterium predictae amantiſſimae Coniugi noſtrae, filiaeque antea nominatae, cum omnibus ad eum pertinentibus, uel aſpicientibus in uita earum modis omnibus confirmamus, taliter, ut dum aduixerint, remota omnium contradictione, uel inquietudine eumdem teneant locum, habeant, atque poſſideant, et ſecundum regularem inſtitutionem diſponant, longe remota alicuius inquietudine, uel contrarietate. Et, ut haec noſtrae confirmationis auctoritas pleniorem inde obtineat uigorem, manu propria ſubter eam firmauimus, et anuli noſtri impreſſione adſignari praecepimus. §. LII.

Signum ✝ Hlotharii ſereniſſimi Auguſti.

Signum ✝ Hludouici glorioſiſſimi Auguſti.

Remigius Notarius, ad uicem Hilduini recognoui.

Data XVII Kalend. Aprilis Anno, Chriſto propitio, Imperii Domini Hlotharii Pii Imperatoris in Italia XX, et in Francia IX. Indictione I.

Actum Aquisgrani Palatio, in Dei nomine, feliciter. Amen.

IBIDEM pag. 26.

CONSTITVTIO XXXI.

SVMMARIVM.

Anno Chriſti 841. Septembris 8.

LOTHARIVS I. ET LVDOVICVS II. IMPERATORES.

Adminiſtrationem Monaſterii SS. Saluatoris, et Iuliae Brixienſis confirmant Giſlae filiae eiusdem Lotharii.

Ex Archiu. Monaſt. S. Iuliae Brixienn.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei aeterni. Hlotharius, et Hludouicus, diuina ordinante prouidentia, Imperatores Auguſti. Dignum eſt, ut imperialis celſitudo, cum omnium fidelium ſuorum utilitatibus conſulit, maxime eorum conuenienter, et ſtudioſe praeuideat, et curam gerat honoribus, qui ſibi uinculo conſanguinitatis adſtricti arctius fore cernuntur. Igitur omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, ac noſtrorum praeſentium, futurorumque nouerit ſolertia, quia quondam amantiſſima Coniux noſtra, praedicti Hludouici Auguſti Genetrix Hermingardis, dum aduiueret, noſtram petiit celſitudinem, ut ei, et filiae noſtrae Giſlae in uita earum confirma-

§. LXIII.

§. LXIII. An Angilberga Ludouici Germanici filia fuerit?

Ludouico Imperatore uitam exuente, Angilberga ad Ludouici patris, Regis Germaniae, fidem confugiebat, teſtante priuilegio a MVRATOR. c. l. T. VI diſſ. LXXI edito, in quo Ludouicus Auguſtam *dilectam ac ſpiritalem filiam ſuam* appellat. Quare MVRATORIVS eam filiam tantum luſtricam Ludouici fuiſſe exiſtimat; CAMPIVM in hiſt. Placent. ad a. 874 errare, cum Angilbergam filiam Ludouici naturalem perhibet; proſapiam ipſius incertam eſſe, quamquam BOVCHETO Ducis Spoletani, et SAMMARTHANIS Ethiconis Guelphi, Ducis Alamanniae filia, fuiſſe uideatur. At nos nondum poenitet, eam §. LVIII Ludouici Germanici filiam dixiſſe. Sententiam noſtram roborabunt Carolomanni et Caroli Craſſi tabulae, quas mox dabimus. cf. MABILLON. Muſ. Ital. T. I, P. I p. 210. *Spiritualem* filiam ideo uocatam fuiſſe cenſemus Angilbergam, quod, mortuo marito, uitam monaſticam ſectata erat. An matrimonia inter conſobrinos, quae non damnat ius diuinum, iſto aeuo, maxime apud Francos, ne diſpenſationis quidem beneficio, ut MVRATORIVS arbitratur, iniri potuerint, quaeſtio nondum expedita. Cel. ECCARDO in commentariis de reb. Franc. T. II p. 480 etiam Ludouici et Angilbergae neceſſitudo ſcrupulum iniecit, quem tamen ita euellere conatur: *ſolum ſupereſt, ut ſtatuas, Hemmam, antequam Ludouico regi nuberet, alium maritum habuiſſe, ex quo Angilberga nata. Si ea ſoror Caroli Craſſi (ita enim ipſe eam nominat) nulla tamen inter ipſam et Ludouicum Imp. maritum cognatio fuiſſet.* Interim tabulas Ludouici Germanici inſpiciamus:

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis. Hludovvicus diuina fauente gratia Rex. Notum ſit igitur omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, noſtriſque, praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter dilecta ac ſpiritalis filia noſtra Engilperga Miſſos ſuos ad noſtram direxit Celſitudinem, Giſalpertum uidelicet uenerabilem Abbatem, et Hamadeonem fidelem Vaſallum ſuum, obnixe flagitans, ut tam ea, quae illi Nepos noſter amantiſſimus ad uſufruendum per largitionis ſuae diſpenſationem clementi, ut decebat, animo condonauit, quamque ea, quae ipſa ſibi qualicumque contractu iuſtè et legaliter adquiſiuit, per hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum ſimili modo habere et poſſidere, aut etiam uenerandis locis, ſeu amicorum ſuorum uſibus pro commemoratione aeterna praeſcripti Senio-

§LXIIII. ris ſui et ſua tradere, liberam absque alicuius infeſtatione poteſtatem haberet. Nos uero libenti animo et legationem ipſam audiuimus, et uoluntatem ipſius in hoc adimplere ſtuduimus. Quapropter uolumus, ut omnes Epiſcopi et Comites, ceterique fideles, in ſancta Dei Eccleſia conſiſtentes, ſinceriter cognoſcant, quia nos ob amorem Dei, nec non et memorati aequiuoci noſtri glorioſi Imperatoris dilectionem, ſimiliter ei conceſſimus et confirmauimus uniuerſa ea ad uſufruendum et ordinandum, ſeu etiam proprietario nomine habendum et poſſidendum, quemadmodum ipſe per ſuorum Praeceptorum paginam conceſſiſſe et confirmaſſe dinoſcitur, et de his, quae ipſa ſibi qualicumque contractu iuſte et legaliter adquiſiuit, et in poſterum adquiſitura eſt, firmam pro Dei amore habeat poteſtatem in elemoſina Senioris ſui, nec non et ſua Sanctis locis, ſeu quibuscumque ei placuerit tradere absque alicuius contradictione. Et ut haec auctoritas confirmationis noſtrae firmior habeatur, et per futura tempora a cunctis fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrisque uerius credatur, et diligentius conſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam confirmauimus, et anuli noſtri impreſſione ſubter eam aſſignari iuſſimus.

Signum Hludovvici ſereniſſimi Regis.

Eberhardus Cancellarius ad uicem Liutberti Archicapellani recognoui et ſubſcripſi.

Data XIII Kalendas Auguſti Anno XXXVIII. Regni Domni Hludovvici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnante, Indictione VIIII.

Actum ad Ingilinheim in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LXIIII.

Carolomannus Sorori Angilbergae terram aliquam concedit;

Adhaec Angilberga uidua fratrum ſuorum Carolomanni et Caroli Craſſi, qui in Italia rerum potiebantur, humanitatem ſolicitabat. Carolomannus ipſi fundos aliquos ad utilitatem Monaſterii S. Reſurrectionis, quod Auguſta exſtruxerat, accommodandos addixit, fide literarum c. l. obuiarum T. I p. 930 ſq.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Karlomannus diuina fauente gratia Rex. Habentes prae oculis ſemper diuinum ſupremi Iudicii examen, profuturum nobis in aeternitatis uita non dubitamus, ſi de commiſſis ad regendum, et ab omnipotente terrarum

rum collatis poſſeſſionibus, ad honorem et cultum praeſentis uitae §.LXIIII.
decurſu famulantibus ipſi aliquid conferimus. Quapropter notum ſit omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, noſtris praeſentibus, ſcilicet et futuris quia Angilberga ſoror noſtra amantiſſima, humiliter noſtram petiit clementiam, quatenus terram iuris publici de Comitatu Placentino habentem iuges tredecim ſecus uiam publicam, quae ab Vrbe Placentia ad Placentinum Portum ducit, quaeque coheret ex parte Orientali conferto pomorum Monaſterii Sanctae Reſurrectionis, quod eadem Angilberga Auguſta noſtra a fundamentis conſtruxit, atque molendinum unum iuxta Baſelicam Sanctae Brigidae cum ſolo et decurſu aquae a uia fluentis usque in Foſſam Auguſtam, ſimulque cum terra iuxta eundem molendinum ſita et de praedicto Comitatu attinentem, habente ſcilicet per menſuram tabulas quadringenta, cui ab Oriente terra eiusdem Comitatus adiacet, ab Aquilone murus praeſcriptae Ciuitatis adhaeret, ab Occidente uero et meridie uiae publicae cohaerent, cauſa aeternae mercedis eidem Coenobio beatae Reſurrectionis propter ſui commoditatem concederemus. Cuius deprecationi aurem clementiae noſtrae inclinantes, praeſcriptam terram usque ad iuges tredecim, nec non etiam praenominatum molendinum ſimul cum terra ſibi coherente, ſicut per menſuram et fines atque coherentias habente tabulas quadringenta, uidelicet usque ad terram eiusdem Comitatus, et murum ipſius Ciuitatis, atque uias publicas decernitur, una cum ripa et alueo riui a uia decurrentis usque in iam dictam Foſſam Auguſtam, ſaepe dictum Monaſterium iure proprietario habendum concedimus, ac perpetuo aeternae remunerationis gratia confirmamus, ita, ut nullus deinceps reipublicae procurator, uel quilibet temerator inuadere uel contradicere praeſumat. Quod ſi fecerit, triginta libras auri ſe nouerit multandum. Et ut uerius credatur, diligentiusque ab omnibus obſeruetur, manu propria ſubter confirmauimus, et anuli noſtri impreſſione inſigniri praecepimus.

Signum Karlomanni inuictiſſimi Regis.

Madalvvinus Notarius ad uicem Theotmari recognoui et ſubſcripſi.

Locus Sigilli † cerei deperditi.

Data II. Nonas Octobris, Anno III Regni Karlomanni inuictiſſimi Regis in Bavvaria, et in Italia II. Indictione XII.

Actum in Bavvaria ad Hohbaërahah, Curte Regie, in Dei nomine feliciter. Amen.

§.LXIIII. 2. itemque cellulam cum eccleſia.

Alio diplomate Carolomannus Angilbergae ad utilitatem dicti monaſterii Cellam cum Eccleſia a. 877 concedit. Ibid. T. V p. 501:

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Karlomannus diuina fauente clementia Rex. Omnibus Sancte Dei Eccleſie, noſtrisque fidelibus, preſentibus uidelicet ac futuris, cognitum fieri uolumus, Angilbergam diue memorie Hludovvici piiſſimi Imperatoris fratris noſtri et conſobrini noſtri coniugem Auguſtam, dilectam Sororem noſtram, quoddam nouiter coenobium Ancillarum Dei ad laudem et gloriam Dominice Reſurrectionis infra muros Vrbis Placentinae in ſolo proprio pia deuotione fundaſſe. Ad cuius operis ſuplementum nos quoque ob honorem Dei, et eiusdem Fratris et Conſobrini noſtri amorem et noſtrae mercedis aumentum, Cellulam quamdam haud procul ab eadem urbe Placentina ſitam loco, qui caput Trebie uocatur, in qua et Eccleſia Apoſtolorum Principis honori dicata conſiſtit, et ut fertur, Monaſticis quondam habitationibus adtributa, cum omni integritate ſua ad famularum Chriſti uſus praefato Monaſterio clementi liberalitate conferimus, donamus atque largimur, et per hanc noſtre auctoritatis paginam in ius et poteſtatem praenominati loci ſollemniter transfundimus, confirmamus, roboramus, ſtabilimus cum uniuerſis intrinſecis et extrinſecis, appendiciis, caſis, et rebus mobilibus et immobilibus, ac promiſcui ſexus familiis ad ipſam Cellulam reſpicientibus, ut habeant illam famule Chriſti inibi militantes, et hoc nunc et deinceps, et poſſideant iure quieto ac pacifico absque ullius in poſterum repetitione uel ſubtractione, altiſſimum Dominum iugiter exorantes tam pro noſtre anime ſalute, quam et pro diue memorie genitoris, fratris, ac conſobrini noſtri piiſſimorum Principum eterna requie. Si quis autem, quod non credimus, ex heredibus uel ſucceſſoribus noſtris hanc noſtram in diuino famulatu donationem atque munificentiam infringere aut uiolare temptauerit, centum libras auri probatiſſimi componere compellatur, medietatem Palatio noſtro, et medietatem ſupra taxato uenerabili loco, et quod repetit, irritum ſit. Vt autem hoc noſtre auctoritatis atque largitatis preceptum pleniori robore cumuletur, manus proprie adnotatione inſignitum anulo noſtro ſigillari precepimus.

Signum Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis.

Baldo

Baldo Cancellarius ad uicem Theotmari Archiepiſcopi ſummique Capellani recognoui et ſubſcripſi. §. LXV.

Data XIII Kalendas Nouembris, anno, Chriſto propitio, Primo Regni Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis in Italia.

Actum in Curte Sancti Ambroſii, que uocitatur Caſſianum iuxta Attuam fluuium, Indictione XI. in nomine feliciter Dei.

§. LXV.

Carolus Craſſus Angilbergae ſororis iura et poſſeſſiones omnes confirmat,

Deinceps Carolus Craſſus Imperator non ſolum, quidquid Angilberga ex patris, mariti et fratris Carlomanni munificentia hauſerat, id omne ratum eſſe iuſſit, nouisque tabulis roborauit: ſed et, cum nonnulli poſſeſſiones Auguſtae turbare auderent, ſeuerius praeceptum dedit. Vtraque charta exhibetur c. l. T. I p. 559 ſq. et p. 565. Ad formulas prioris chartae, mutatis paucis, in margine notatis, alia compoſita reperitur t. VI p. 33 ſq.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Karolus diuina fauente clementia *Rex*. Nouerit igitur omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet et futurorum induſtria, Angilbergam *dignae* recordationis Hludovvici excellentiſſimi Imperatoris Conſobrini noſtri Coniugem Auguſtam, dilectam ſororem noſtram, manſuetudinis noſtrae *petiiſſe* cenſuram, ut qualiter idem Auguſtus Domnus et uir ſuus per ſuorum praeceptorum paginas contulit, conceſſit atque donauit *, qualiterque noſter Genitor diuae memoriae clementiſſimus Rex, ſui erga Nepotem inſtinctu amoris, ſuam adiungens auctoritatem ſimili, ut ille, modo confirmauit ei uniuerſa, ** quae Karlomannus Frater noſter glorioſus Rex per auctoritatis ſuae praecepta eidem contulerat; taliter etiam nos piam eorumdem imitantes munificentiam erga praefatam Auguſtam agere debeamus, ea, quae ſibi ex dono et largitate tam Patris et Conſobrini, quamque et Fratris noſtri competunt, noſtra auctoritate *** roborantes et *ſolidantes* pariter, ſcilicet cum his omnibus, quae a reliquis Progenitori-

Imperator diuinae postulaſſe ** quae habebat, ac ſtabiliuit, nec non et omnia, *** concedentes et omiſſ.

* quasdam uidelicet Curtes, Guard'ſtallam, Lucianiam, Littora Paludana, Campum Miliacinum, Sextum, Inuernc, Maſſini, atque Leocarni, cum omnibus eorum pertinentibus, et familiis utriusque ſexus, ſeu quondam Abbaciam, in honore Sancti Petri Apoſtolorum Principis conſecratam, et non longe a Piacentina Vrbe fundatam in loco, qui nominatur Caput Trebie,

§. LXV. toribus et propinquis noſtris propriae uirtutis a Deo cenſura ſibi
quoquo modo uidentur conceſſa uel confirmata. Nos igitur
eius precibus, quia non iniuſtae uiſae ſunt, adſenſum dedimus, de-
cernentes clementer, et per hoc noſtrae ſublimitatis praeceptum
ei tribuentes ac confirmantes, omnimodis *ſantientes*, ut uniuerſa, quae ille magnificus quondam Hlu-
dovvicus ſaepe nominatus Imperator Conſobrinus noſter, Senior
et Vir eius, ipſi qualicumque modo contuliſſe atque conceſſiſſe pro-
batur, eodem ordine atque tenore, irrefragabiliter habeat, retineat,
atque dominetur, quaedam uidelicet, quoad uixerit, uſufruendo,
et poteſtatiue ordinando; quaedam uero perpetualiter poſſidendo,
et cui uoluerit dimittendo absque ullius contradictione uel dimino-
ratione, ſeu iniuſta moleſtatione. Non ſolum autem de his,
quae a ſuo Viro cariſſimo conſobrino noſtro, atque Fratre opti-
agere nuit, de quibus illa iuxta quod conſtitutum eſt, *atque* per omnia
* uel in antea acquirere potuerit, uolumus, atque concedimus, uerum etiam et de illis, quae ipſa
ſibi quocumque ingenio iuſte ac legaliter, ut praetulimus, unde-
cumque, uel a quibuscumque adquiſiuit *, liberam ei in cun-
concedimus atque firmamus ctis *tribuimus* facultatem, tam pro ſua et Senioris ſui anima per
loca uenerabilia donandi, quam et quibuscumque aut qualiter-
* uoluerit cumque * diſtribuendi, quemadmodum, ut praefati ſumus, ſan-
ctae memoriae genitor noſter per ſui praecepti formulam con-
firmaſſe illi et decreuiſſe dinoſcitur. Quicumque uero haec Patris
et Conſobrini ac Fratris noſtri, noſtraque ſtatuta uiolauerit, aut im-
mutauerit, et, quod non putamus, ſupra dictam Auguſtam amabi-
lem Sororem noſtram de his, quae ſibi tam ab ipſis, quam a nobis
conceſſa et confirmata ſunt, iuxta uotum proprium agere non per-
miſerit, aut eius factum in aliquo irritum fecerit, ſciat ſe in futuro
aeterni Iudicii ſententia puniendum, et in praeſenti per hanc no-
ſtram auctoritatem centum Libras auri probati poena mulctandum:
quarum medietas Fiſco noſtro exigetur, et medietas ei, cui iniuſta
moleſtia fuerit facta, perſoluetur. Et ut haec noſtrae largitatis con-
* et confirmatio ceſſio * pleniorem in Dei nomine optineat firmitatem, hoc noſtrae
auctoritatis praeceptum inde conſcribi mandauimus, propriaque
manu confirmauimus, et anuli noſtri impreſſione adſignari prae-
cepimus.

Imperatoris Signum Karoli ſereniſſimi *Regis*.

Her-

Hernuſtus Subdiaconus ad uicem Liuthvvardi recognoui et ſubſcripſi. §. LXV.

Data * X Kalend. Aprilis Anno incarnationis Domini DCCCLXXX. Indictione XIII. Anno Regni Regis Karoli in Italia primo.

IBIDEM T. I p. 565:

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Karolus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Oportet Imperialem dignitatem curam omnium gerere ſubiectorum, maxime uero ſecundum Apoſtolum, domeſticorum atque propinquorum. Idcirco cunctorum fidelium ſanctae Dei eccleſiae, noſtrorumque tam praeſentium, quam et futurorum nouerit ſolertia, quia cum dilectiſſima et amantiſſima Soror noſtra Angilberga Imperatrix quondam Auguſta, Giſulfum uenerabilem Abbatem et Medicum ad noſtram direxiſſet perſpicuitatem, et per eum nobis ſignificaſſet, quod quidam homines illi adhuc contradicerent partem ex rebus ſuis, quas a ſuo Domno et Coniuge diuae memoriae Hludovvico Conſobrino noſtro adquiſiuit, nec non et a Genitore, Patruo quoque, et a germano noſtro Karlomanno glorioſiſſimo Rege, et a nobis illi conceſſa et confirmata ſunt, et etiam ex his, quae per inſtrumenta Cartarum adquiſierat. Ideoque noſtrae complacuit benignitati, ſecundum quod illi conceſſa et confirmata ſunt, inrefragabiliter redintegrando, hoc noſtro praecepto rurſum confirmare: eo uidelicet ordine, quae proprietario iure illi corroborata ſunt, perpetualiter poſſideat, faciatque ex ipſis libere quidquid elegerit tam in diuinis cultibus, quam in humanis commoditatibus. Et quae ei iure beneficiario collata ſunt, ſecundum ſuorum ſeriem Praeceptorum, absque alicuius refragatione, uel diminoratione quiete poſſideat. Et ſi quis ulterius quolibet argumento contra hoc noſtrae confirmationis Edictum agere temptauerit, ſcilicet inuadendo aut retinendo absque eiusdem permiſſione quicquam ex praedictis rebus, ducentas Libras auri optimi cogatur perſoluere, medietatem Palatio noſtro, et medietatem eidem dilectae ſorori noſtrae. Et ut haec certius ueriusque credatur, ac ob omnibus diligenter obſeruetur, manu pro-

a. et aduerſus perturbatores ſeuerius tuetur.

* Datum XV Kalendas Maii, Incarnationis Domini Anno DCCCLXXXII. Anno uero Imperii Domni Karoli in Italia ſecundo, Indictione XV. Actum Papie in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LXV. propria ea ſubter firmauimus, et Bullae noſtrae impreſſione inſigniri iuſſimus.

Signum Domni Karoli Imperatoris Auguſti.

Fredeboldus Cancellarius ad uicem Liutberti Archicancellarii recognoui et ſubſcripſi.

Data III Idus Auguſti Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVII. Indictione V. Anno Regni eius XII. Imperii autem VI.

Actum Luſtunoa Curte Regia in Dei nomine feliciter. Amen.

§. Berengarius I Angilbergae confirmat poſſeſſionem monaſterii S. Petri.

Angilberga ſecuritati ſuae ſolicite proſpiciens amicis quibusdam deprecantibus impetrauit etiam, ut Berengarius I Rex Italiae ipſi monaſterium ſancti Petri et Curtes quasdam et cetera ad monaſterium Placentinum S. Sixti ſpectantia a. 888 confirmaret. IBID. t. VI p. 337 ſq.

In nomine Dei aeterni. Berengarius Rex. Omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, noſtrisque praeſentibus ſcilicet et futuris, notum eſſe uolumus, qualiter Adelardus et Antonius uenerabiles Epiſcopi, atque Walfredus illuſter Marchio, noſtri dilectiſſimi fideles noſtram humiliter poſtulauerunt clementiam, quatenus Angilbergae sereniſſimae Imperatrici concedere et confirmare noſtrae auctoritatis praecepto dignaremur quandam Abbatiam in honore Apoſtolorum Principis dicatam, et non longe ab Vrbe Placentina fundatam, in loco nuncupato Caput Trebiae, ſeu quasdam cortes, Vardiſtallam uidelicet, Luciariam, Littora Paludiana, Campum Miliacium, Sextum, Overne, Maſſini, atque Leocarni, quemadmodum Domnus Hludovvicus glorioſus olim Imperator, Auunculus et Senior noſter, eidem Imperatrici per ſuorum Praeceptorum paginas conceſſit atque perdonauit. Quorum precibus inflexi, praenominatam Abbatiam, atque praeſcriptas Cortes, cum omnibus earum rebus mobilibus et immobilibus, atque familiis utriusque ſexus, ſeu etiam quae dici aut nominari poſſunt, per diverſa noſtri Regni loca, ad praetaxatam Abbatiam uel ad easdem cortes pertinentibus in integrum, ueluti praelibatus ſereniſſimus Imperator Hludovvicus, et quondam noſter Auunculus, noſterque cariſſimus Senior, Karolus uidelicet inuictiſſimus Imperator, per Praeceptorum ſuorum authoritatem iam ſaepe nominatae Angilbergae glorioſae Imperatrici tribuerunt ac confirmauerunt. Nec non et omnia, quae in aliis Praeceptis tam ſibi quam

quam Monaſterio, in honore Sancti Sixti dicato, et ab infra ciuitatem Placentinam conſtructo, ab aliis noſtris Anteceſſoribus donata et corroborata fuiſſe noſcuntur, nos ob Dei amorem, tam ad utilitatem ipſius Angilbergae Imperatricis, quamque ad uſum et alimenta Monachorum, quae pro tempore in eodem Monaſterio Chriſto Domino ſeruierint, de noſtro iure et dominio in ipſius Angilbergae excellentiſſimae Imperatricis, et Monaſterii ius et dominium, usque in perpetuum, iure proprietario concedimus ac perdonamus, modisque omnibus confirmamus et corroboramus per hanc noſtrae inſcriptionis paginam, una cum caſis - - - - - - uineis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, ſalectis, ſationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſeruis et ancillis, Aldionibus et Aldianis, montibus, uallibus, planiciebus, coltis et incoltis, diuiſis et indiuiſis, rupis, rupinis, uectigalibus, diſtrictionibus, redhibitionibus, uniuerſisque ad praedictam Abbatiam uel iam nominatas cortes pertinentibus uel aſpicientibus ex integro, quatenus ipſa, quoad uixerit, eandem Abbatiam, et praetaxatas Cortes, poteſtatiue teneat, ac poſſideat, ac ordinet, totius poteſtatis contradictione remota. Quicumque ergo hoc noſtrae conceſſionis & confirmationis Praeceptum refringere uel uiolare quandoque temptauerit, ſciat, ſe compoſiturum auri obtimi Libras centum ſexaginta, medietatem Palacii noſtri Camerae, et medietatem cui iniuſte facta fuerit moleſtia. Quod autem ut uerius credatur, et diligentius ab omnibus perpetualiter obſeruetur, manu propria roborantes, de anulo noſtro ſubter inſigniri iuſſimus. §. LXV.

Signum Domni Berengarii ſereniſſimi Regis.

Petrus Cancellarius ad uicem Adelardi Epiſcopi et Archicancellarii recognoui et ſubſcripſi.

Datum VIII Idus Maii, anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVIII. Domini uero Berengarii glorioſiſſimi Regis Primo, Indictione VI.

Actum Papiae, in Dei nomine feliciter. Amen.

Lotharius, Rex Lotharingiae, Ludouico II Imp. fratri uillam Hibernam cum rebus aliis concedit, ea ratione, (ut in diplomate Lotharii c. 1. p. 31 legimus) *ut ipſe demum eas clariſſimae Imperatrici Ingelbergae tradat cum omni integritate.* 4. Lotharii, regis Lotharingiae, et

I Apud

§. LXVI. Conradi I. Imp. chartae Angilbergam reſpicientes.

Apud eumdem MVRATOR. c. I. T. I p. 562 Conradus Imp. Parthenoni Sancti Sixti in urbe Placentina ſito omnia priuilegia et iura confirmat, ac reſpicit praeteritum tempus his uerbis: *quod noſtri anteceſſores Imperatores uidelicet Karlomannus et Ludouicus precibus et interuentu Angilbergae eiusdem Karlomanni ſororis et Ludouici uxoris eidem Placentino coenobio fecerunt etc.*

§. LXVI.

Angilbergae memoria diplomatica.

Ingens ſane Ludouici II tabularum copia argumento eſt, Angilbergam in cuncta fere regni negotia ſe inſinuaſſe; quam ob rem haud perperam uocabatur *conſors imperii*. Afferre liceat aliqua teſtimonia:

PVRICELL. mon. Ambr. p. 102: *eo quod Angilberga dilectiſſima coniux noſtra et conſors imperii ſuggeſſit maieſtati noſtrae.*

GATTVLA acceſſ. hiſt. Caſin. T. I p. 38: *nec non conſultu et interuentu Ingelbergae dilectiſſimae coniugis noſtrae.*

MVRATOR. T. I antiq. p. 569: *qualiter Andelberga dilectiſſima coniux et conſors imperii noſtri expetiuit clementiam noſtram etc.* p. 935: *quoniam amantiſſima coniux noſtra Angilberga Imperatrix Auguſta* etc.

IDEM c. I. p. 935: *Proinde notum ſit omnibus fidelibus - - - quoniam amantiſſima coniux noſtra Angilberga Imperatrix Auguſta noſtram deprecata eſt clementiam* etc.

VGHELL. T. VIII p. 44: *pro Dei et S. Michaelis amore noſtraeque dilectiſſimae coniugis Angilbergae ac prolis omnisque parentelae noſtrae nec non pro noſtri ſtatu imperii omniumque noſtrorum ſoſpitate ac proſperitate conceſſimus*, et poſtea: *pro nobis noſtraque dilectiſſima coniuge - - miſſa canatur et die noctuque ſemper per ſingulas officiorum horas ter cum propria oratione dicatur Kyrie eleiſon et in matutinorum expletione Deus miſereatur noſtri ac horae tertiae Deus in adiutorium meum intende ſeu completorium de profundis, ubi aeternaliter decantentur.*

MVRATOR. Antiq. Ital. T. II p. 41 ex Rodulphi Italiae Regis diplomate pro monaſterio monialium Sancti Sixti Placentini, A. 924: *per noſtri praecepti paginam quoddam monaſterium infra ciuitatem Placentinam, a beatae uidelicet memoriae Angilberga Imperatrice conſtructum* etc.

IDEM

IDEM c. l. p. 205 in Diplomate Ludouici III Italiae Regis: §. LXVII. *concederemus Monaſterio in bonore ſanctæ Reſurrectionis et beatorum martyrum Bartholomei - - ab auia noſtra Angelberga quondam Imperatrice a fundamentis conſtructum* etc.

§. LXVII.

Ac pontifex denique Romanus Iohannes VIII Angelbergae auctoritatem et fidem implorare uidetur, cum querelam de factione Rauennatis archiepiſcopi ad ipſum deferret in BALVZ. L. V Miſcell. p. 489: *Iohannes epiſcopus Angelbertae Imperatrici inter cetera. Ad hoc usque malum creuit et incraſſatum eſt, ut factione Rauennatis Archiepiſcopi Maurinus cum ſuis complicibus, qui excommunicati et anathematizati a nobis iam ſunt, Rauennam ingrederetur, et fidelium noſtrorum res cum eis funditus raperet ac deuaſtaret, adeo ut claues ciuitatis Rauennae a Veſtarario noſtro uiolenter ſubtraheret et pro libitu ſuo, neſcimus cuius auctoritate ipſi archiepiſcopo, quod nunquam factum fuiſſe recolitur, poteſtatiue concederet.* Johannis VIII Pontif. epiſtolae ad Angilbergam.

Plures epiſtolas Johannis VIII Pontif. ad Angilbergam ſcriptas ſuppeditat DV CHESNE ſcript. rer. Franc. Tom. 3 p. 877.

XVI.

Ioannes Epiſcopus dilectae filiae Engilbergae Chriſto dicatae. Eo nos, filia cariſſima, nec alio circa dilectionem ueſtram flagrare affectu noveris, quo fuimus, quo etiam olim perſiſtere propoſuimus: neſcit enim dilectio uiciſſitudinum obumbrationem, nec defectum patitur, cum ſecundum Apoſtolum nunquam excidat. Huius rei gratia conſolatoriis his et exhortatoriis prudentiam ueſtram litteris commonemus, ne deficiatis in tribulationibus; ſcientes docente Apoſtolo, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero ſpem: ſpes autem non confundit, omnia enim quae uidentur aeterna. In his ergo configi, in his debes totis radicibus inhaerere cariſſima: unde ſapientia ueſtra, ſanctos, qui patientiae in mundo claritate quaſi luminaria refulſerunt, prae oculis habeat, et ita in offenſis ad palmam ſupernae uocationis greſſibus tendat, quam uidelicet habituri ſunt illi, qui oraculo Dominico imbuti, in patientia ſua ponunt animas ſuas. Nihil enim inimica mors, uel manus abſtulit, quod uita quae Chriſtus eſt, et ipſius prouida dextra in melius non tranſtulit atque reſtituit. Abſtulit mortalem illa maritum, ſed iſta ſe ipſam aeternum contulit ſponſum, un-

 de

§.LXVII. de quae terreni uocabimini uxor, patris caeleſtis iam regis multo praeſtantius dicemini coniux. Ademptum eſt corruptibile diadema, ſed praeparatur incorrupta corona. Remota ſunt decoramenta, quae ueteraſcunt. Sed repoſita ſunt nobis ornamenta quae non marceſcunt, et quid plura? prae aerumnoſo et phantaſtico regno, percipietis felix, et uerum imperium. Et re uera haec eſt immutatio dextrae excelſi! uerum cum ſapienti uobis et quae noſtris de paucis plura penſare pauca ſufficiant; his ita praelibatis, dilectionem ueſtram merito commonemus, ut ſpirituali filio noſtro Carolo piiſſimo Imperatori, purae fidei ac ſincerae deuotionis exhibens ſemper integritatem omnes ad eius manſuetudinem attrahat, et ſalubribus monitis inuiolabilem ei fidem ſeruare demonſtret. Non enim eſt poteſtas ut Apoſtolus ait, niſi a Deo, et qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtit. Nos autem, quia illum diuinitus (ut credimus) acti ſemel elegimus, perpetuo tanquam filium cariſſimum omni conatu diligimus, ita ut ipſius amicos, inimicos noſtros, amicos et inimicos exiſtere teneamus: Si qua uero ſint uobis ab eius clementia impetranda, per uos credimus, ſi uobis libuerit indifficulter obtinere ualebitis. Quod et uos libentiſſime pro memoria priſcae benignitatis ueſtrae geremus, et idem pius Auguſtus pro Dei, ſanctorumque Apoſtolorum, ſed et noſtri dilectione, animo gratanti concedet. Optamus dilectionem ueſtram bene in Chriſto ualere dilectiſſima filia.

Data VI Kalend. Aprilis. Indictione decima.

XXIV. p. 882.

Dilectae ac ſpirituali filiae Angelbergae, Eximperatrici Deo dicatae. Quia multum deuotione, et mentis alacritate, dominum et ſeniorem diuae memoriae Ludouicum quondam Chriſtianiſſimum Imperatorem, ſpiritualem filium noſtrum dileximus; nullatenus praetermittimus eius memoriam in ſacris orationibus noſtris apud Dominum quotidie facere; et quamdiu uixerimus, facturos eſſe ſcitote, ueſtrique memores dilectiſſima filia ſimiliter ſumus. Nam Deo teſte ueſtram proſperitatem et ſalutem ſemper cupimus uigere incolumem et audire: Et ſuper tot et tantis aduerſitatibus, quas a filiis huius ſaeculi uos ſuſtinuiſſe cognoſcimus, ingenti uobis dolore compatimur, et condolemus; quoniam quidem paterno uos diligentes affectu, moerorem ueſtrum noſtrum putamus, et tranquillitatem ui-

tae

tae ueſtrae, noſtram eſſe gaudemus: quia et uos pro talibus nefandis, ut inauditis malis, quae nulla ueterum ſcriptura decantat, nulla hiſtoria narrat B. Petri Apoſtolorum principis Vicarium a quolibet Imperatore uel rege unquam ſuſtinuiſſe: nos his diebus a Lamberto Spoletano Comite pati audientes, ſimile eſſe maerore afflictam incunctanter agnoſcimus; unde ueſtram hortamur dilectionem, ut circa nos pium mentis affectum conſeruantes, ea quae utilitati noſtrae congrua uel neceſſaria eſſe perſpicitis, pro uiribus agere non praetermittatis. Quia et nos, Deo propitio, ſecundum datam nobis diuinitus poteſtatem uobis auxilium et optatam in nobis conſolationem conferre auide cupimus, et ſub B. Petri Apoſtoli uos, ſi opus fuerit, tuitione protegere, et illaeſam, ceu filiam cariſſimam, conſeruare ſtudebimus; ſi ad ipſius Apoſtolorum principis limina uobis uenire contigerit. Interim confortare in Domino, qui conſolatur uos in omnibus, nec patietur uos tentari ſupra id, quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere. De caetero autem ea, quae mandaſtis multis impedimentis occupati, quae praefatus Comes cum multiplicibus inſidiis nobis praeparat, cupitque inferre quotidie perficere requiuimus: at Deo tranquillitatem, uitamque praebente, cuncta, quae ueſtrae uoluntati utilia ſunt, lubenti animo perficiemus, quibus ueſter honor, et gloriae uigor incunctanter appareat integer: Dextra Domini uos in omnibus illaeſam conſeruare dignetur. §.LXVII.

Datum ut ſupra.

XXIX. p. 886.

Dilectae filiae Angelbergae Imperatrici diuae memoriae quondam Domini Ludouici piiſſimi imperatoris coniugi. Quia intimaſti Pontificio noſtro anniuerſalem magnae recordationis Domini Ludouici Imperatoris fieri, et ut pro eo proprias orationes celebraremus rogaſtis; gaudemus et impigre ſuo pro merito modis omnibus faciemus. Caeterum rogamus, ut (ceu hactenus in noſtris fuiſtis ſollicitae) haud ſecus et nunc, et perpetuo eſſe, prout credimus non differatis: quatenus ueſtro labore, ueſtroque conſulto cito ad propriam ſedem ut congruit, cum gaudio per merita Apoſtolorum principum reuerti mereamur: porro uos ſcite cupimus, quia apud Trecas in Calendis Auguſti una cum Rege Ludouico Imperatoris Caroli filio, et cum uniuerſis Galliae Epiſcopis Synodum uniuerſalem ce-

§. LXVII. lebrabimus: dehinc Carolomannum Regem ſuosque germanos alloquemur, ut pari omnium conſilio conſolationem noſtrae Eccleſiae reperiamus.

XXX. p. 887.

Dilectiſſimae filiae Dominae Angelbergae Imperatrici piae memoriae Domini Ludouici inuictiſſimi Imperatoris, coniugi ſereniſſimae Auguſtae. Cum erga Romana Eccleſiae priuilegia immenſa uelle, immenſo et opere decus Imperii ueſtri decertare, et ad perfectum ducere ſemper adhauſimus, et amemus, Chriſto fauente, perpetuo magnitudinem tantae ueſtrae deuotionis ſcire cupimus: Ecce Arelatem regni delitiarum ueſtrarum ſani intrauimus, ſummo arbitre permittente, per interceſſionem Apoſtolorum principum: illicque Boſonem principem generum ueſtrum communem, et filiam dominam Hermengardam alloquentes, omnia proſpera, et iugiter deſiderata inuenimus, et pro amore ueſtro, ueſtri nuper et piiſſimi coniugis, illos tanquam filios amplectentes, per eorum conſulto illorum cum honore cuncta faciemus, quoniam ceu per uos, haud ſecus per iſtos conſolationem et defenſionem S. R. E. quaerimus, eosdemque, permiſſu Dei ad maiores, excelſioresque gradus modis omnibus, ſaluo, noſtro honore, permouere nihilominus deſideramus. Quapropter monentes hortamur, ut tanto labori faueatis, eiusque perfectionem, priſco ueſtro conſilio perfruentes, certis litteris per ſingula orbis, et illis ſine mora intimare minime differatis. Caeterum rogamus, ut Ioanni Archiepiſcopo Rauennati mittatis epiſtolas ex noſtra parte conſolatorias, incitantes, ut pro nobis orationes faciat, et contra Dei inimicos, ſe praeparare nequaquam formidet, et noſtris fidelibus Romae Legatos conſolando transmittat, et uos, ſi fas eſt, aut mihi apud uos impetrandi facultas Leoni Epiſcopo miſſo et Apocriſiario noſtro, et Petro, ſuper iſta, caeterisque fidelibus litteras ueſtras mittite confortantes ipſos, ut ſcitis et uultis.

§. LXVIII.

Angilberga, marito mortuo, procerum Italiae conuentui, in quo de nouo Imperatore eligendo conſultabatur, adſuit; deinceps uero ſe in coenobium ſuum Placentinum S. Sixti abdidit. Ill. BVNAV. c. l. p. 454.

Quando hoc monaſterium exſtructum fuerit, colligi poteſt ex chartis Ludouici II Imp. in MVRAT. antiq. Ital. diſſ. VII p. 367 et diſſ.

diſſ. XXVI p. 453 (ſupr. §. LXI.) add. EIVSD. hiſtor. Ital. ad a. 874. Angilberga a. 877 teſtamentum condidit, quo monaſterio ſuo ingentem poſſeſſionum copiam legat, et, ut ſi Ermengarda unica ipſius filia religioſam ueſtem induerit, ea loco prouideat, uult ac decernit. In aliis Ludouici II Imp. chartis aliam filiam, Giſelam, reperimus, quam his temporibus iam fato ceſſiſſe, haud obſcure teſtamenti tabulae innuunt. Dignas iſtas reputamus, quas ex CAMPI hiſtor. Placent. l. VII p. 461 recitemus: §. LXVIII.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, Angilberga Domini Hludouici diuae memoriae piiſſimi Imperatoris olim coniux, et Imperatrix Auguſta * p^s. p^s. dixit: Quanto amplius diuinis nos obſequiis humiliter ſubiicimus, et largitori et retributori bonorum de his, quae nobis miſericorditer contulit, deuotae mentis donaria praeparamus; tanto amplius ſupernum circa nos fauorem conciliandum credimus: et ſic ad repromiſſa perennis uitae praemia concito curſu pertingere nos poſſe ipſo auxiliante confidimus. Et ideo ego, quae ſupra, Angilberga manifeſte profiteor, eo quod idem excellentiſſimus Imperator, dominus et uir meus per ſuum imperiale praeceptum concedere dignatus eſt mihi liberam facultatem ordinandi, diſtribuendi et poteſtatiue faciendi de omnibus rebus meis qualitercunque et in quemcunque mihi placuiſſet: quod etiam glorioſus rex aequiuocus, et auunculus ſimiliter conſentiendo confirmaſſe dinoſcitur. Quodque ſimili modo Apoſtolicae ſedis pontifices et uniuerſales Papae Adrianus et Ioannes ſuis priuilegiis roborarunt, et contradicentes aut interrumpere uolentes perpetuo Anathemate ligauerunt. Vnde nunc ut credo, inſpirante Deo, Imperiali et Apoſtolica authoritate ſubfulta deliberaui una cum conſenſu propinquorum et parentum meorum aedificare Eccleſia infra * murum urbis Placentinae ad nomen et gloriam Dominicae reſurrectionis et beatorum Apoſtolorum, et Martyrum Bartholomei, Siſti, et Fabiani honorem: ubi uolo, ut ſit inſtituente et gubernante Domino Ieſu Chriſto Monaſterium unum ſacrarum puellarum; ſimiliter etiam unum Xenodochium debilium, et aduentantium peregrinorum, pro remedio et mercede animae eiusdem clementiſſimi Imperatoris, domini, et ſenio-

In Archiuo Monaſt. S. Xyſti Placen. et etiam Monaſt. S. Clarae Placen.

* muros

* p^s. p^s. id eſt praeſentibus praeſens ſm. F. Caeleſtin. hiſt. Bergom. p. 2. vol. 2. lib. 18. ſub an. 1072. uel propter ſalutem ut apud Carol. Baſil. Pet. de Eccl. Nouar. lib. 2. ad an. 840.

§. LXVIII. niores mei, et meae, ſeu utriusque prolis noſtrae nec non etiam in commune parentum noſtrorum. Statuto igitur ut habeat ſupra nominatum Coenobium preſenti die et hora, curtes meas, domo coltiles in finibus Placentinis una cum uniuerſis caſis, et rebus meis infra uel extra urbem Placentinam quantumcunque mihi nunc inibi legibus pertinet, aut in antea Deo propitio acquirere potuero. Id ſunt inprimis corte mea infra ipſam ciuitatem, et aream, in qua ipſum coenobium fundatum eſt, ſed et cortes meas in Flabiano in Duliaria, in Fabrica et alias omnes caſas, et res meas, tam de domo coltiles, quam maſſaritias in eodem comitatu Placentino, una cum cella, quae uocatur Monaſteriolo, conſtructa in loco, et fundo qui uocatur caput Trebiae, conſecrata in honore beati Petri Apoſtolorum Principis, cum omnibus caſis et rebus ſeu familiis pro ſingulis locis et uocabulis ab ea pertinentibus et aſpicientibus cum integritate ſua. Dono inſuper eidem ſancto loco omnes res meas in finibus Laudenſibus, id ſunt, curtes meas in prata ſeu in Montemallo, ſiue etiam curte quae appellantur Mediolanenſe: res etiam meas in finibus Cremonenſibus; id ſunt curtes meas Sexto et Tentaria. Dono etiam et * offero ad ipſum ſanctum locum curtes meas, quae mihi in dotis nomine aduenerunt de eodem domino et uiro meo; id ſunt Campomilliatio in finibus Mutinenſibus et Curtenoua, et Pignugnania, ſeu et alias curtes meas Feline, quae uocantur Quardaſtalla, et curte mea Luciaria in finibus Regienſibus, cum omnibus caſis et rebus ſeu familiis tam per ſingulis locis pertinentibus ab eis, quamque et de ſingulis hominibus in noſtrum ius dominiumque acquiſitis. Inſuper offero, et confirmo curtes meas in comitatu Stationenſe, id ſunt Cabrog, et Maſini, ad uſum et perpetuam poſſeſſionem eiusdem uenerabilis loci habendas; eo uidelicet ordine, ut in praedicto loco Maſini ad eccleſiam Sanctae Dei Genitricis Mariae foris portae conſtructam decem Monaci uel Canonici excubere debeant, et exorare iugiter pro remedio animae ſaepe dicti glorioſiſſimi Imperatoris, domini, et ſenioris mei, et mercede mea: et dentur eis ab Abbatiſſa quae pro tempore fuerit per annum conuenientia ſubſidia in alimentis et ueſtibus ſeu reliquis corporis neceſſitatibus. Similiter etiam confirmo habendas iam dicto uenerabili Sanctuario curtes meas in comitatu Burgarenſe, id ſunt Brunago et Trecate, uerum etiam et curtem meam in Pſalmatam, quae

* confero

eſt in

Digitized by Google

C. LXVIII.

eſt in maritimis locis, et curtem meam Villulam, quae eſt in comitatu Mantuano; ſed et ſalinas meas, quae ſunt in graculo Padi, quae mihi legibus pertinere debent: quas ſupradictas curtes, et praenominatas curtes in praenominatis finibus locis et comitatibus, cum omni integritate et poſſeſſione earum, cunctiſque adiacentiis et pertinentiis earum in rebus mobilibus, et immobilibus ſeu utriusque ſexus et diuerſae conditionis familiis, ubicunque mihi lege ac ratione competit, uel in poſterum legibus competere poterit, ſiue per Imperatoria praecepta, ſiue per emptionum, et donationum cartulas, ſiue per cuiuscunque generis contractuum ſeries. Vniuerſa uolo atque delibero ut ſint in ſubſidium et perennem utilitatem ancillarum Chriſti in praedicto Monaſterio degentium, et diuino cultui ſub regulari diſciplina iugiter famulantium pro anima ut praedixi dignae recordationis magnifici Imperatoris, domini, et ſenioris mei, et mercede mea, quamque et parentum in commune noſtrorum. Ad Xenodochium autem ipſum quod ſupra inſtitui, uolo ut reſpiciat curtis mea, in Octauo cum omni pertinentia ſua, quae modo eſt, aut in antea Deo propitio eſſe poterit. Inſuper etiam omnis mearum rerum decimatio quam praedicto Monaſterio contuli, aut collatura ſum, toto tempore ad praedictum Xenodochium deueniat pro recreatione debilium, et receptione aduenientium peregrinorum. In eodem uero Monaſterio uolo, ut ſint Monachae ſecundum regulam S. Benedicti uiuentes, usque ad numerum quadraginta, et Abbatiſſa ſuper ipſas ſit, quam ibi ex communi conſenſu elegerint, ueluti modo per earum, quae nunc ibi Deo uocante collectae ſunt, electionem, et noſtram ordinationem Cunigunda uenerabilis Abbatiſſa in ipſo loco ordinata uidetur: illo uidelicet ordine atque tenore ut dum ego aduixero, ordinatio, uel diſpoſitio Monaſterii quam Xenodochii ipſius in mea ſit poteſtate. Poſt meum uero obitum uolo atque decerno, ut, ſi Emengarda unica mea filia religioſa ueſte induerit, ipſa prouiſionem eiusdem loci mea uice ſuſcipiat, atque ad retinendum ſanctae regulae ſtatum, pariter cum Abbatiſſa, quae tunc fuerit, omnem inibi ſollicitudinem gerat: ita tamen ut a mea hac ordinatione, uel diſpoſitione nullo modo recedens ſacrato Coenobio, uel Xenodochio nullum impedimentum inferat. Quod ſi illa me de hac uita tranſeunte, religionis ueſte induta non fuerit, uolo, atque inſtituo, ut de ipſo Monaſterio

§. LXVIII. atque Xenodochio, rebus ipſorum, ſiue et de his, quae in ornatum ipſius eccleſiae contulerimus, nullam deminorationem faciat, ſed tantummodo ſi neceſſitas exegerit ad defenſionem, uel prouiſionem ipſius loci aduеniat, cui aduenienti tale ſubſidium miniſtretur, unde ancillae Dei neceſſaria diſpendia non * admittant, quouſque ut praediximus ipſa ſanctae religionis habitum aſſumat. Poſt ipſius autem Emengardae tranſitum, filia eius ſi fuerit in ipſo Monaſterio regulariter educata, quae ad paſtorale miniſterium utilis et idonea inueniatur, decedente Abbatiſſa, quae pro tempore fuerit ipſa ſuccedat, et ſimiliter de aliis quae de ipſa linea filiae meae in antea ſucceſſerint, et ſancto habitu indutae et nutritae fuerint, fieri uolumus. Quodſi de ipſa linea filiae meae inuentae nullae fuerint ad huiusmodi miniſterium aptae, uolumus ut de Paterna ſucceſſione noſtra talis eligatur, qualem ſupra aſſignauimus: et ſi de paterna non fuerit de materna fiat, ut ſuperius determinatum eſt. Si uero ex utraque parte defecerit, tunc congregatio ipſius loci de ſuo numero talem ſibi eligat, qualem ſancta regula inſtituit ordinandam.

* amittant.

Quoniam uero ipſum ſanctum Coenobium abſque epiſcopali prouidentia competenti, et congruenti eſſe non debet; decernimus, ut ſi filia noſtra, uel quiſquam de parentibus noſtris, ſeu aliquis ſaecularis poteſtas, aut quaelibet potens perſona aliquam uiolentiam, aut contrarietatem ſiue ſubtractionem eidem ſacro loco intulerit, Abbatiſſa quae tunc fuerit, praeſidium apoſtolicae ſedis pariter et iudicium petat ad cuſtodiam ſui, et perpetuum huius noſtrae ordinationis munimen. Quodſi talis controuerſia inibi orta fuerit, quae ſine ſacerdotali prouiſione determinari nequeat, Pontifex Mediolanenſis, qui per electionem canonice factam in ea ſede inuentus fuerit, per ammonitionem Abbatiſſae, aut Monacharum loci ipſius adueniens, cauſam ipſam inter eas iuſta regulare decernat iudicium. Quae etiam ſi neceſſitas ita popoſcerit, pro illata famulabus Dei graui uiolentia, ſucceſſiue cum illarum miſſo ad ſedem Apoſtolicam legatum dirigant. Per eundem quoque Mediolanenſem Antiſtitem conſecrationem Abbatiſſae, uel deuotarum Virginum inibi fieri uolumus: eique propter praedictas cauſas aduenienti uſque ad tertiam diem de ipſo Monaſterio ſtipendia miniſtrentur; id eſt totum inſimul * Faſchingas ſex, pullos duodecim, frumentum modia tria, uinum modia ſex; annona cauallorum ſex modia foenum,

* friſingas.

num, uel herbas carettas tres, et pro benedictione ipſius ſancti loci §. LXVIII.
ueſtitos ſiricos duos: ſuper hac nihil omnino praeſumat, aut exigat,
aut poteſtatiue agat. Quodſi ille canonice non uenerit in praedi-
ctam ſedem, aut aliquam * interpoſitam perſonam ſuper ſacro loco, *ſuperimpoſitam.
uel his, quae ad ipſum pertinent intulerit; tunc Aquileienſis Antiſtes
in eius uicem aduocetur: et ſi ille ſimiliter in hoc negotio inuentus
fuerit reprehenſibilis, famulae Dei alium ſibi quemcunque uoluerint,
noſtra licentia eligant prouiſorem, qui haec ſtatuta intemerate de-
beat obſeruare.

Inter haec uolumus atque inſtituimus, ut pro requie iam dicti Domini, et Senioris mei, et mea, quotidie in ipſo Monaſterio Miſſa celebretur, et ad omne diurnum et nocturnum officium ſinguli Pſalmi in commune cantentur. In annuale uero ſupranominati Domini, et Senioris mei, uolo, ut ſingulis annis trecentos pauperes paſcant ſufficienter: ſimiliter in meo annuale faciant. Statuo etiam ut in Domini caena uingintiquatuor pauperes paſcant et ueſtiant, duodecim pro anima eiusdem ſenioris mei, et duodecim pro mea. Et in ipſo Xenodochio ſint quotidie uiginti quatuor lecti ad uſum pauperum praeparati, et in ipſo recipiantur, et recreentur tam ipſi uiginti quatuor, quam alii aduenientes peregrini, in quantum Deus poſſibilitatem dederit, ut nobis proficiat ad gaudium ſempiternum: Familias uero meas de omnibus ſupradictis Curtibus meis, quas in hac iudicati pagina deſignaui, in mea reſeruo poteſtate quales, aut quantas uoluero libertatem donandi, aut cui uoluero diſtribuendi: reliquas autem, quas nominate non dedero, uel deliberauero, in iamdicto Monaſterio, uel Xenodochio deſeruire ſtatuo, pro mercede ſaepe nominati Senioris mei, uel mea. Super haec ſtatuo, et decerno, ut quidquid in rebus mobilibus, et immobilibus, ſeu familiis, ſiue in eccleſiaſticis ordinationibus a me in poſterum collatum fuerit, et ex introitu ancillarum Dei, uel oblatione aut donatione quorumlibet fidelium Chriſti in eodem ſacrato Coenobio a praeſenti die, et deinceps datum fuerit, uel acquiſitum, in honore ipſius eccleſiae permaneat, et in uſum atque ſubſidium Ancillarum Dei, ſeu ſupranominato Xenodochio proficiat poteſtatiue faciendi ex eo, quod ſecundum Deum melius prouiderint.

De quibus omnibus ſupra determinatis, et a me diſpoſitis, per immortalem Deum qui iudicaturus eſt uiuos et mortuos, et ſaeculum

§. LXVIII. lum per ignem, et reddet unicuique ſecundum opera ſua, adiuro uos omnes Principes terrae, et uniuerſos quicunque fuerint de parentela mea, omnes qui poſt me uenturi ſunt, ut hanc meam ordinationem, inſtitutionem atque deliberationem illibatam, atque inuiolatam perpetuis temporibus manere permittant, ſi ego ea aliter non remutauero. Etſi quae uero Eccleſiaſtica, uel ſaecularis perſona hac teſtamenti pagina ſciens, contra eam temere uenire tentauerit, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei, et Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat. Alioquin quicumque hanc meam diſpoſitionem in poſterum irrumpere aut uiolare quaeſierit, in extremo iudicio ante tribunal tremendi iudicis mecum inde iudicium habeant, et diſtrictae ultioni ſubiaceant, et cum Iuda traditore ſit eis pars in gehenna ignis aeterni. Cunctis autem eidem loco iuſta ſeruantibus ſit eis pax domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Quam paginam teſtamenti mei Amelpertum Notarium ſcribere rogaui, et teſtibus obtuli roborandam, anno Imperii Domni Caroli hic in Italia ſecundo, et regni eius in Francia.

Actum Brixiae in Monaſterio nouo S. Iuliae in Dei nomine feliciter Amen, anno incarnationis Dom. 877. menſe Martio, indictione decima.

Signum ſſſ. manuum Domnae Angilbergae Auguſtae, quae hanc ordinationem teſtamenti ſui fieri rogauit ad omnia ſupraſcripta, et ei relicta eſt.

Ego Anſpertus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Signum ſſſ. manuum Vgonis Abbatis, et miſſi Imperialis teſtis.

Signum ſſſ. manuum Richardi Comitis, et miſſi Imperialis teſtis.

Ego Antonius Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Vuiboldus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Anſermus Diaconus, et Vicedominus teſtis ſubſcripſi.

Signum ſſſ. manuum Sigifredi Comitis, qui ad omnia ſupraſcripta conſenſit, et ad confirmandum manum poſuit.

Signum ſſſ. manuum Supponi Comitis qui ad omnia ſupraſcripta conſenſit, et ad confirmandum manum poſuit.

Suppo Comes ſubſcripſi.

Ego Rainerius ſubſcripſi.

E qui

E qui ſeguono altre uenticinque ſoſcrittioni, che ſono di due altri Veſcoui, Giouanni (ſecondo me, di Pauia e di Bodone e d'Acqui) di due altri Conti, Vualfredo, ed Aribaldo; di due Giudici dell' Imperadore, cioi Pietro, ed Vſaperto; di due Notari Giſolfo, e Gioſeffo, ed altri; e dopo tutte ſi ſottoſcriſſe il Notario, che ne fu rogato in queſta guiſa: §. LXVIII.

Ego qui ſupra, Amelpertus Notarius hanc paginam teſtamenti, iudicati, atque diſpoſitionis rogatus ſubſcripſi, et poſtquam a teſtibus fuit roborata, et ad ſupradicta Domnae Angilbergae tradita compleui, et dedi.

IBID. p. 463 Angilberga ultimam ſuam uoluntatem per Iohannem VIII Pont. confirmandam curauit:

Ioannes Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Angilbergae dilectae filiae Imperatrici Auguſtae, et per te tuo Venerabili Monaſterio Placentiae nouiter conſtructo in perpetuum. Omnibus quidem iuſta petentibus Apoſtolica ſollicitudine, praecipiente Domino, fauere debemus, praecipue tamen deuotioni tuae, dulciſſima, ac ſpiritualis filia noſtra Angilberga, olim Imperatrix Auguſta, quam merito honore atque reuerentia ſancta Mater noſtra Romana Eccleſia, ut dilectiſſimam et principalem prolem amplectitur ſemper, et reſouet. Quapropter Monaſterium, et Xenodochium, quod ad honorem Dominicae reſurrectionis et BB. Apoſtolorum, et Martyrum Bartolomaei, Sixti et Fabiani prudenti prouiſione a fundamentis nuper Placentiae adificare uoluiſti, laudabili complectimur deſiderio, paternoque affectu - - - - Apoſtolica illud auctoritate ratum, ac ſtabilitum perenniter inſtituentes, et ut ab omni impulſione, atque inquietudine quorumlibet infeſtantium Beatiſſimi Petri tuitione illaeſum ſemper, et inconcuſſum domino protegente permaneat, hoc etiam omnimodo prouidemus et ſtabiliter decernimus, ut uniuerſa quae ibidem in rebus mobilibus et immobilibus, intus, foriſque in familiis utriuſque ſexus, cunctoque ornatu Eccleſiaſtico, atque omni ſuppelectili ſemel Domino a uobis diſtributa ſunt futuris temporibus inconuulſa in eodem ſacrato loco perſiſtant omnium penitus diminutione, uel inuaſione ſopita; in eis etiam familiis, quas ob redemptionem animae ueſtrae prudenti reſpectu libertati donaſtis, uel in reliquum donaueritis, ſimili modo nos uobis fauemus, aſpiramus, et Apoſtolicum praebemus aſſenſum, quatenus et illi ſicura libertate potiti,

In Archiu. Cathed. Placen.

§. LXVIII. potiti, et gratia Dei Duce ſempiternae ſuſcipiant gaudia uitae. Conſecrationem porro Abbatiſſae loci ipſius, ut, filia deuota, petiſti, Mediolanenſium Archiepiſcopo concedimus, uel Aquileienſi, qui ſecundum uocem Euangelii per oſtium, et canonice ingreſſus fuerit, cuique etiam reformandae pacis ſtudium delegamus cum moderamine diſciplinae, ſi (quod abſit) humano more obortum fuerit ibidem diſcordiae malum. Et ſi aliqua pro tempore neceſſitate malignantium grauedo impulerit, licenter hoc ad ſedem Apoſtolicam referre mandamus, ut quod rectius et praeſtantius fuerit iudicii ſui libramine diffiniat, ſopiatque opprimere ſuprafatum uenerabilem locum.

Inter haec Paulo uenerabili Epiſcopo, qui eiusdem urbis Placentinae praeſulatum gerit, praebente conſenſum, ut Clerici cuiuscunque ordinis ad numerum duodecim, in eodem ſancto loco iugiter deſeruiant, Miſſarum ſolennia celebrantes, ſeruato dumtaxat in eos Epiſcopi proprii regulari reſpectu, uocatione ſcilicet ſynodica, et ordinatione conſecrationis, ita tamen ut in dicto Coenobio et Xenodochio, rebus ipſorum nullum ſe nouerit a modo, et deinceps ius poteſtatis habere, neque etiam ad Miſſas celebrandas iuxta patrum inſtituta niſi inuitatus adueniat. Decimas uero iuris ueſtri, quas propter Dei amorem, ueſtrumque bonorum recordationem, deuoti atque libenter iam dictus Epiſcopus, ſupra taxato Venerabili loco largitus eſt; uolumus, ut absque refractione tam ipſius quam et ſucceſſorum eius, uelut ipſa inſtituiſti, ſacro Xenodochio perpetualiter habeantur. Inſuper ſtatuimus uobis, et Auctoritate Apoſtolica ſtabilimus, ut iuxta quod noſtri praeceſſores ſuis tibi priuilegiis conceſſiſſe et roboraſſe uidentur; uniuerſa, quae olim diuae memoriae Hludouicus ſereniſſimus Imperator, et uir tuus per ſuam munificentiam Auguſtalibus apicibus, tibi, dum aduiueret, contuliſſe probatur, ſeu etiam et ea, quae ipſa poſtmodum Imperialibus largitionibus, uel etiam quibuslibet iuſtis acquiſitionibus, emptionibus, uel commutationibus in proprios, ſiue iam dicti Monaſterii tui uſus acquiſiſti, ſeu in poſterum acquiſitura es; ſimulque et ea quae ad ſupplementum eiusdem ſacrati loci, et tam regum quam aliorum quorumlibet fidelium donatione, uel liberalitate nunc uel poſthac addita fuiſſe comprobantur: eodem tenore et ordine, quo tibi uel tuo praenominato Coenobio aduenerunt, illibata et inuiolata, atque incon-

inconcuſſa permaneant, et ſecundum tuae ordinationis ſtatuta perſiſtant. Etſi quis quod non optamus contra haec ſtatuta in Dei omnipotentis oblata, uel conceſſa ſeruitium agere tentauerit, uel quippiam horum infringere temerario auſu uoluerit; excommunicationi ſubmiſſus omni eccleſiaſtico conſortio careat, et niſi ſe continuo a tali nequitia corrigat et reſcipiſcat, S. Petro, noſtrique Apoſtolatus auctoritate anathematis uinculo innodatus reus in futuro iudicio permaneat, et pro exceſſu ſuae tantae transgreſſionis cum Iuda traditore infrunitus atque rebellis ſancti ſpiritus ſententia, qui ſemper fictum et mendacem effugit, nouerit ſe habiturum portionem in gehenna ignis aeterni. Scriptum per manum Leonis Notarii regionarii, et Scriniarii Sanctae R. E. in menſe Auguſto, indictione decima. Bene ualete Kalendis Auguſti per manum Ioannis Epiſcopi, miſſi, et Apocriſarii Sanctae ſedis Apoſtolicae, imperante Domno noſtro Carolo, a Deo coronato, Magno Imperatore ſecundo, et poſt conſ. eius anno ſecundo, indictione 10. §. LXVIIII.

Quum Angilberga Boſoni, Regi Prouinciae ac Burgundiae nimis fauere uideretur, Carolus Craſſus eam a. 881 Monaſterium relinquere et in Alamanniam migrare iuſſit, ſed, interueniente Iohanne Pontifice, ipſam anno ſequenti Romam remiſit. MVRATOR. hiſt. Ital. ad a. 881 et 882.

§. LXVIIII.

Carolus Caluus Hirmentrudem, Vdonis et Ingeltrudis filiam et neptem Adelardi coniugem elegit, teſtante NITHARDO L. IV de diſſenſ. fil. Ludouici p. 108. Ritus conſecrationis huius reginae deſcribitur in DV CHESNE T. II rer. Franc. p. 446. Saepius iſtam in chartis ſuis commemorat Carolus, notasque temporum addit utiliter. MENETRIER. hiſt. de Lyon p. 33 ex charta a. 855: *eo etiam pacto ut in anniuerſario domini et patris noſtri excellentiſſimi imperatoris Hludouici et glorioſae dominae matris enim Imperatricis Iudith et ualde nobis amabilis coniugis Irmintrudis IV Non. Octob. et in die natiuitatis noſtrae Idus Iunii et unctionis ſimiliter et in die natiuitatis Richildis dulciſſimae nobis coniugis et Auguſtae ſaltem etiam et in die coniunctionis noſtrae IV Id. Octobr. praeſens rector atque futurus fratribus eiusdem eccleſiae refectionem ipſis placabilem pro hoc praeſenti dono uel ceteris beneficiis quae eidem eccleſiae contulimus amabiliter exhibeat.* Hirmentrudis, Caroli Calui uxoris, memoria diplomatica.

MABILL.

4.
LXVIIII. MABILL. rei diplom. p. 537: *nec non et in Idib. Dec. quando Deus me dilectam coniugem Hirmentrudem uxoreo uinculo copulauit, uerum et quinto Kal. Oct. quando ipſa dilectiſſima nobis coniux nata fuit, quae commemoratio conuertatur in depoſitionis eius diem, quando diuina uocatione ab hac mortalitate migrauerit, refectiones praeparentur.*

BALVZ. T. II p. 1464, ubi permutationem inter Hirmentrudim reginam et Abbatem Foſſat. confirmat Carolus: *quia dulciſſima nobis coniux noſtra Hirmintrudis regina ad noſtram accedens ſublimitatem* etc. et p. 1473.

MABILL. T. III Ann. Bened. p. 120. BAL. c. l. p. 1475: *ad deprecationem ſiue ſuggeſtionem cariſſimae coniugis noſtrae Hirmintrudis.*

MARTEN. T. I uet. moniment. p. 179: *quas res quondam tradideramus cuidam nomine Diſoni uaſallo dulciſſimae coniugis noſtrae Hirmentrudis et ipſe eas uendidit fiſcali noſtro Fulconi Abbati.*

MABILL. Ann. Bened. T. III app. p. 675: *hortatu ſalubri dilectae nobis coniugis Hirmindrudis.*

In diplomate Ludouici Balbi apud MABILL. R. D. p. 547: *pro remedio animae - - genitricis noſtrae glorioſae Reginae Irmintrudis.*

BALDVINVS, Caroli Calui filia Iuditha rapta, Pontificem Romanum Nicolaum interpellabat, ut ſuis precibus conciliaret ſibi Carolum. Praeſtitit Nicolaus, narrante BARONIO in annal. eccleſiaſt. ad a. 862, miſericordis patris officium, prodigi filii peccatis ſuis in deterius prolabentis commiſeratus literas ad Carolum regem dedit; ad reginam autem, Iudithae matrem, eodem argumento ſcripſit:

Nicolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Hermentrudae Reginae.

Fidelium uniuerſitas gentium ex uariis mundi partibus, cuiusque ſint ordinis uel aetatis, ſi quae forte criminis noxa uel ſeniorum ſuorum formidine detinentur, ad hanc ſanctam omnium terrarum matrem Eccleſiam Romanam, ut ſalutare percipiant remedium, recurrunt; et ab ea non ſolum animae, ſed et corporis ſaluationem (ut omnibus patet) humili prece ſuſcipere precantur. Quibus multis diuinitus fulta auctoritatibus, et ſanctorum Patrum roborata documentis, materno amore ſolamina ſubminiſtrat et ſugenda ubera conſolationis compatiendo inferre minime recuſat. Et quia hic Balduinus, qui chariſſimam filiam ueſtram contra diuinarum legum

ſanctio-

ſanctiones rapuit, de his ſe eſſe recognouit: Liminibus ſanctorum Apoſtolorum lacrymoſis et moeſtis precibus lugubriter ſe obtulit, ut pro tanto crimine Apoſtolicam opem acciperet, noſtroque Apoſtolatui nihilominus flendo ſe praeſentare quaeſiuit. Cuius cum lamentabilem, et tanto ſcelere plenam cognouiſſemus petitionem, ad mentem rediit, quod per Prophetam Dominus dicit: Miſericordiam uolo, et non ſacrificium: miſerti fuimus, et hos ueſtrae in Chriſto dilectae induſtriae, Apoſtolicae ſolicitudinis apices fieri ſtatuimus, Miſſosque etiam Rodoaldum et Ioannem reuerentiſſimos et ſanctiſſimos Epiſcopos, délicioſos noſtros pro eo ueſtrae charitati direximus, per quos obnixius deprecamur, ut praedictus Balduinus, qui ueſtram per Apoſtolorum interceſſiones deſiderat beneficientiam obtinere, pro Dei amore gratiam percipere ualeat, et de ſui affectione noſtri Praeſulatus oraculis conſolationem reſumat, quatenus ut qui ſe per infelicem culpam a norma aequitatis declinaſſe non ambigit, medelam Apoſtolorum agnoſcat, et apud ueſtrum Seniorem uenialem, nobis iuuantibus, uigorem obtineat. Dextera uos ſupernae protegat Maieſtatis, et ab omnibus ſemper aduerſitatibus, maculisque cuſtodire dignetur. Data octauo Kal. Decembris, Indictione undecima. §. LXX.

§. LXX.

Richildis, Bouini comitis filia, Boſonis ſoror, ex concubina Caroli Calui coniux facta non ſolum chartas *ambaſciauit* h. e. interuentu ſuo conſcribendas curauit; uid. COMMENTAR. NOSTR. §. 150, ſed et ipſa uidua diploma Abbatiae Gorzienſi dedit apud CALMET. in hiſtor. Lotharing. T. I, p. 333. Liceat iſtud huc tranſcribere. Richildis Reginae tabulae precariae.

Si quis de rebus propriis, locis diuinis cultibus mancipatis aliquid augmentando contulerit, hoc ſibi ad ſalutem animae profuturum confidit. Idcirco ego in Dei nomine Richildis quondam Regina, cogitans pro Dei intuitu et animae meae ſalute, ut ueniam facinorum meorum in futuro aſſequi merear, dono ad partem eccleſiae S. Petri ſeu ſancti Gorgonii Gorzienſis monaſterii, cui dominus Robertus ſanctae Metenſis eccleſiae archiepiſcopus praeeſſe uidetur, quaſdam proprietatis meae res, donatumque in perpetuum eſſe uolo, et promptiſſima uoluntate confirmo; hoc eſt in pago

 Ger-

§. LXX. Gerbercurſe in Longeuilla manſum indominicatum cum aedificiis ſuperpoſitis, et de terris arabilibus indominicatis, ubi poſſunt ſeminari de annona modii X. inter utrasque ſationes, de pratis uero ad carrandum XX. de uineis ad colligendum de uino modios C. de ſylua ad ſaginandum porcos DCC et alios manſos et ſortes XII et mancipia XL. quorum haec ſunt nomina; Zeutbaldus, et uxor eius. Giroſina, et filius eorum unus; Continus et uxor eius Perſendis, cum duobus infantibus eorum. Erlinus et uxor eius Galia, et infantes eorum III. Girbertus, Angilbertus, Bernomus; Biliardus, et infantes eius duo; Odelrinus et uxor eius Benardia; Gozenblitgildis, Madelgardis, Piada, et filius eius Adelboldus, et uxor eius Mannia, et filii eorum duo; Ebbo et uxor eius Rabergia, et infantes eorum quatuor, Adelgidus, Rataidis, et infantes eius duo, Adebergia, ut quicquid in praedicta Longe-uilla, uel quod ad eam aſpicit uiſum fuit habetur in manſis, mancipiis, aedificiis, uineis, campis, pratis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, totum per omnia ad integrum patribus (Partibus) memorati monaſterii dono, trado atque transfundo in Dei nomine, et perpetualiter ad poſſidendum: ita tamen, ut in recompenſatione earumdem rerum, et aliarum, quae ſunt in comitatu Virdunenſi, in manſiola uocata Viller, quae ſimiliter, et aliam chartam ad ipſum locum dedi, tam ipſas res quas ego dedi, quam et de ratione ſancti Petri ſeu ſancti Gorgonii monaſterii, in honore eiusdem ſancti Gorgonii dicatum in pago Caluomontenſi, in Warangeſi-uilla ſitum, ſolum cum ſuis appendiciis, et manſos et ſortes ibidem adſpicientes LXII. cum mancipiis illic commanentibus; et in alio loco in pago Scarponenſe ſuper flumen Mozellam, in Waſalico nuncupata uilla manſos, et ſortes V. et quicquid ad eos adſpicit; ut quicquid ad omnes ſupradictos manſos adſpicere dignoſcitur, cum manſis eccleſiaſticis, aliisque aedificiis, mancipiis utriusque ſexus, uineis, campis, pratis, ſyluis, aquis, aquarumue decurſibus, totum ad integrum de parte praedictae eccleſiae per rekirium memorati praeſulis domni Roberti, ſeu ſucceſſorum eius, quandiu uixero, iure precario quieto ordine ualeant (ualeam) habere et excolere iureque legitimo uti, et proinde annis ſingulis in feſtiuitate ſancti Gorgonii, quae eſt V. idus Septembris, ad partem ipſius monaſterii ad altare ſancti Petri, de argento in cenſum ſolidos VI perſoluere debeam; poſt meum autem diſceſſum, quando quidem Deus uoluerit, omnes ſupradictae res ad partem

tem praefati monaſterii abſque ullius contradictione uel iudicis aſſigna- §. LXX. tione omnimodis reuertantur, et ſit in futuro pars ipſius eccleſiae, illas habeat, teneat, atque poſſideat, uel quicquid exinde rectores ipſius ſancti loci facere decreuerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio, ſtipulatione ſubnixa.

Actum Metis publice anno ab incarnatione Domini DCCCCX, indict. XIII. epact. VII. concurr. VII. anno XI. Lodouici Regis.

Signum domnae Richildis Reginae, cuius iuſſione haec charta facta eſt.

Signum Hetmanni aduocati eius, qui hanc chartam a terra leuaui, et ſcribi ac firmari rogaui.

S. Hanoni. S. Blidulphi. S. Rodulphi. S. Bozonis. S. Huodonis. S. Frumenti. S. Gelonis. S. Angelberti. S. Hiſonardi. S. Hildebrandi Scabini. S. Hülranni Scabini. S. Grobaldi Scabini. S. Ioannis Scabini ✝ Louderi. S. Boetbrandi. S. Reprobaddoni.

Ego Harduinus cancellarius ſcripſi.

Charta, ut omnibus patet, precariam continet, inuentum eccleſiis perquam familiare et fructuoſum. Vid. GOTTLOB von WERTHORN Diſp. de Iure praecariae. Loquitur Richildis nonnulla ſingularia; ſed cum tanta tabularum huius Auguſtae copia non ſuppetat, αὐθεντίαν documenti in medio relinquimus, quod regina uidua ſcribi iuſſit. Non in regis curia, nec ſtilo conſueto exaratum fuit, ſed propius ad priuatarum chartarum ſimilitudinem accedit.

in pago Gerbercurſe) Gerberticurtis in Chronico GOTWICENSI inter pagos non recenſetur. Spectauit ſine dubio ad tractum Metenſem. Ex hac charta Geographia mediae aetatis nonnihil amplificari poteſt.

Longeuilla) forſan Lunaris uilla.

ſtipulatione ſubnixa) Stipulatio uel Romano more intelligenda, uel non niſi ſubſcriptionem ſignificat. DV FRESNE in gloſſario hac uoc.

Actum) Tales notae chronicae tabulis regiis non adeo familiares, etſi nonnulli hiſtoriarum auctores iisdem delectentur.

Ludouici Regis) Ludouicus, cuius annus XI regni anno Domini 910 currebat, haud alius eſſe poteſt, quam Arnolphi filius, Ludo-

§. LXX. uicus infans; nam, caeſo Zuentipoldo, Lotharingi ſe Ludouico ſubiecere; quam ob rem et Richildis huius regis annos computaſſe uidetur.

de aduocato reginae; *Aduocati*) Regina aduocatum ſumebat, qui negotiis ipſius proſpiceret. Huius etiam erat contractus ſancire. Nec reginae tantum, ſed et aliae mulieres aduocatis, haud ſecus ac hodie curatoribus uel adſiſtentibus, indigebant, ſi quando de re alicuius momenti paciſcerentur. Dilucidabimus haec literis, ex MEICHELBECKII hiſtor. Friſing. T. I p. 513 depromtis, quae, quod rarum, archiaduocatos

item de archiaduocato. ſiſtunt: *Tradidit itaque praedicta nobilis mulier manu Aduocati ſui nomine Othonis ſuae proprietatis praedium ad Eperolteſtein ſitum hobam unam, et dimidiam eidem praenominatae feminae nomine Diotrath ſuoque Archiaduocato nomine Otheni ſine ulla contradictione in proprietatem habendum. E contra Diotrath, et praedictus Archi Aduocatus tradiderunt nobili mulieri in reconpenſatione ſuae proprietatis praedium ad Richartes bouun ſitum hobam unam, et dimidiam abſque omni contradictione. Hoc concambium praecepto Heimrici Imperatoris, et Nitkeri Epiſcopi teſtibus fidelibus inter ſe ſtabilierunt.*

ritus chartam a terra leuandi. *a terra leuaui*) Hunc ritum illuſtrat Charta apud MARTEN. uet. monum. T. I p. 347 ad an. 993. *Huco in dei nōie marchio lege uiuente Salica et uxor mea Iulitta quae ſecundum lege mea Salica - - pinna et pergamena manibus meis de terra leuauit et Petrus Notarius et iudex domni imperatoris per Waſonem teſtem et feſtucum nodatum ſeu ramum arborum atque per cultellum et wantonem ſeu uandilagine et ſi per hanc cartam iuxta lege mea Salica pro animae meae remedium offero tibi Deo et glorioſum Domini ſepulcrum - -* Itemque Charta apud PEZIVM Tom. VI Theſauri Anecdotor. P. I pag. 79, quam confecit Epiſcopus Patauinus circa annum 870: *Et manifeſtus ſum ego Rorius ep. quia pagina et calamo cum pinna de terra leuaui et Vlfari Notario ſcribere ſic rogaui.* uid. etiam infra §. XCII chartam Adelheidis Aug. Singularis tradendi ritus notatur in MEICHELBECKII Hiſtor. Friſing. T. I p. 52: *Acta haec epiſtula accepit eam ipſe Timo propriis manibus coram Teſtibus ſeu caeteris adſtantibus, atque haec conſentientibus inuoluto palleo ipſam epiſtulam ſuper altare poſita tradidit in manus ſupradicti Venerabilis Ioſeph Epiſcopi ad regendum, atque dominandum ſeu et ſaluandum.*

Teſtes hoc tempore chartis regiis nondum adhibebantur.

Ego

Ego Harduinus) Harduinus non regni cancellarius erat, ſed monaſterii notarius; nam monaſteriorum notarii etiam cancellarii dicebantur. §. LXXI.

§. LXXI.

Richildis diem natalem indicat etiam Carolus apud BALVZ. T. II p. 1492: *Eo ſiquidem pacto ut diem depoſitionis patris noſtri praecellentiſſimi Imperatoris Ludouici, quod eſt XII Kal. Maii et matris noſtrae glorioſiſſimae Imperatricis Iudith, quod eſt XIII Kal. Aprilis, diem quoque natiuitatis noſtrae Idibus Iunii, nec non et diem a Deo nobis conceſſae unctionis, qui poſt obitum in diem ipſum in celebrando transfundetur, natiuitatem praeterea amabiliſſimae coniugis noſtrae Richeldis Reginae Kalendis Auguſti et copulam ſecundum Dei uoluntatem noſtrae coniunctionis, inſuper et ortum prolis noſtrae, ſi a foecunda uirgine impetrando data fuerit, ſub continua orationum miſſarumque aſſiduitate cum omni clero celebret.* uid. §. LXVIIII. Chartae Richildis memores.

Addat. MIRAEVS T. I p. 502: *ob dulciſſimae coniugis noſtrae Richildis Imperatricis Auguſtae gratiſſimae deprecationem.*

Coronidis loco addamus epiſtolam, quam Iohannes Pontif. ad Richildem dedit in DV CHESNE T. III ſcript. rer. Franc. p. 873: Iohannis VIII Pont. epiſtola ad Richildem.

Rogat ut Romanae Eccleſiae ſuffragetur.

XI.

Iohannes Rachildi Auguſtae. Quanto amore ſpiritualis filius noſter piiſſimus Imperator erga hanc ſanctam matrem ſuam Eccleſiam flagret; ex hoc manifeſtiſſime claret, quod cauſam illius apud ſe ſpecialiter exequendam et ordinandam in ueſtris propriis manibus collocauit. Cui enim congruentius, et praeſtantius eam, quam prae caeteris ſpiritualiter diligit, oro, committeret, quam uobis, quae ab eo ſic diligi a Chriſto iubetur Eccleſia? Vnde magnopere gratulamur de uobis tot audientes praeconia et confidimus in Domino, quia onera, quae portamus, tam a Paganis, quam a peſſimis Chriſtianis ueſtri ſtudii humeris alleuiabitis, et eritis pro Eccleſia Chriſti, apud pium coniugem, more ſanctae illius Eſther pro Iſraelitica plebe apud maritum. Quia uero ſaepe ad Chriſtianiſſimum coniugem ueſtrum ſemper Auguſtum diuerſis pro neceſſitatibus De Rechilde Annonius lib. 5. c. 2. 4. et aliis in locis. Eſther. 9.

§. LXXI. bus ſiue miſſos, ſiue apices mittimus; ex hoc iam obſecramus et petimus, uos eſtote pro nobis oſtium, lingua, et manus, imo totum pro nobis ſitis aduocatoris fungentes officiis, et omnia pro nobis in omnibus facite. Ita ut amici quidem, et fideles Eccleſiae huius per uos apud apicem ueſtrum, locum apud uos inueniant aditum et ſalubre in neceſſitatibus ſuis omnino remedium, e contra uero inimici, et infideles per uos confundantur et excludantur: quia et nos pro uobis apud beatiſſimos Apoſtolorum principes Petrum et Paullum, amatores et protectores ueſtros, ita ut paterno uos affectu ſemper fauere ſtudentes, et tanquam ſpiritualem filiam dilectionis noſtrae finibus collocatam in Chriſto tractare, ac tegere perpetuo ſatagentes apud eos commendare, aſſiduis precibus ſtudeamus, et ueſtri memoriam ad ſacroſancta corpora ipſorum ſemper deponere ſatagamus. Laetamur autem et iocundamur in Domino, quia beatam Pſalm. 22. uos, et felicem dicent omnes generationes: quia pio committente coniuge, tam ſalutiferum miniſterium aſſumpſiſti, per quod ſcilicet et in praeſenti ſeculo nomen bonum, quod eſt ſuper diuitias multas, et caeleſte acquiretis inter Angelos, et non finiendum imperium.

Dat. 16. Kalend. Decemb. Indictione decima.

Regni negotia multa cum ſolertia tractauit Richildis. Nam, Irruente Ludouico Germanico, et fines prouinciarum defendebat, et ſubditos fidelitatis ſacramentum renouare iubebat. Tradunt etiam ueteres hiſtoriarum commentarii, eam inſigni ſplendore conſecratam fuiſſe. Ill. BVNAV. c. l. p. 467. Effigiem Richildis auguſtae ex gemma quadam repraeſentauit MONTFAVC. in monim. Franc. t. I p. 306, quam nos reddimus n. 9. Neque explicationem huius gemmae ignorare conuenit: *Caput Richildis ſecundae Caroli calui uxoris ex inſculpta gemma expreſſum fuit, quae ad D. de Fauvel pertinet. Caput ornatur altero capite lapſam artem efferente. In antiquis gemmis capita non raro uidemus ornandis mulierum uel Dearum capitibus adhibita. Carolus Caluus, qui ſe pictura exprimi ſaepe curauit, uxorem Richildem, quam admodum diligebat, in gemma incidi curauerit. Nec morari nos debet terminatio Gallica in uoce Richilde. Ea namque in uſu tunc erat, etiamſi nondum Gallico idiomate ſcriberetur.*

§. LXXII.

Digitized by Google

§. LXXII.

§. LXXII.

Hemma regina permutationem cum Baturico ep. Ratisbon. facit.

Hemmae reginae, Ludouici Germanici uxori, monimentum libelli Caeſarum ideo ponunt, quod monaſterium ſuperius Ratisbonae ordinauit et ditauit; ſed cum coenobium iſtud commutationis pacto adquiſiuit, non ſatis conſtat, quemadmodum id fundaſſe dici poſſit. Tabulas permutationis in lucem edidit

PETZ. Theſaurus Anecdot. T. I P. III pag. 13. Ludouici Germanici Diploma Monaſterium Obernmunſter concedit et confirmat Hemmae Reginae uxori, et Baturico Epiſcopo Ratisbonenſ. Monaſterium Monſeenſe.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis, Hluduvvicus diuina fauente gratia Rex. Notum ſit omnibus Sanctae Eccleſiae fidelibus noſtrisque praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter chariſſima coniux noſtra Hemma, una cum caeteris noſtris fidelibus, noſtram Serenitatem deprecata eſt; ut quandam commutationem cum Batricho uenerabili Sanctae Eccleſiae Regenesburgenſis Epiſcopo faceremus, hoc eſt, ut ſupra memorata kariſſima coniux noſtra Monaſterium in eadem ciuitate, quod dicitur *Oberunmuneſtri*, in quo ſanctae moniales faeminae Deo famulari noſcuntur, et quod praefatus uenerabilis Epiſcopus usque huc habuit, per noſtram auctoritatem habere mereatur; et praefatus Epiſcopus e contra recipiat Monaſterium, quod dicitur *Manenſo*. Cuius igitur petitioni libenti animo aſſenſum praebentes, decreuimus ita fieri, ut illa poſtulauit. Dedimus itaque praefatae kariſſimae coniugi noſtrae Monaſterium in *Regenesburc*, quod dicitur *Oberunmuneſtri* cum conſenſu Batrici praefati Epiſcopi. Et e contra dedimus atque tradidimus praefatum Monaſterium *Manenſeo* ad S. Petrum, Principem Chriſti Apoſtolum, et ad S. Emmerammum martyrem Chriſti, et iuſſimus fieri noſtrae auctoritatis praeceptum, per quod decernimus, atque iubemus, ut ab hodierna die et deinceps memoratus Epiſcopus per honorem B. Petri Apoſtoli et S. Emmerammi martyris Chriſti idem Monaſterium cum omnibus rebus ad hoc pertinentibus, et omnes ſucceſſores eiusdem Epiſcopi absque aliqua contradictione filiorum noſtrorum, omniumque in poſterum ſucceſſorum noſtrorum, firmiter habeant, et ſecuriter poſſideant, quatenus, fratres, Domino, et Sancto Emmerammo famulantes, pro nobis, atque coniuge, nec non pro kariſſima prole noſtra, et ſtatu totius regni

§. LXXIII. regni noſtri inde melius delectet Domini clementiam exorare. Et ut haec auctoritas noſtrae conceſſionis firmior habeatur, et per futura tempora ab omnibus fidelibus noſtris melius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria noſtra ſubter eam firmauimus, et annuli noſtri inpreſſione ſubter eam ſignare iuſſimus.

Data XVII Kal. Marcii anno Dominicae incarnationis DCCCXXXI. indictione XI. anno regni Ludovvici Regis VII.

Actum eſt *Regenesburc* in Dei nomine feliciter. Amen.

Huius permutationis fidem facit quoque Carolus Craſſus apud HVND. Metrop. Salisb. T. I p. 163: *qualiter nos monaſterium beatiſſimae Virginis matris Domini noſtri Ieſu Chriſti Mariae in ciuitate Ratisp. quod dicitur Oberenmunſter, quod piae memoriae genitrix noſtra Hemma regina a Bathuricho Ratiſpon. Epiſcopo ſolenni ac legitimo concambio recepit, ubi ipſa corporaliter ſepulta requieſcit, in noſtrae emunitatis defenſionem ſuſcepimus, ea uidelicet conditione, ut neque nos, nec quisquam Imperator, aut Rex, aut Dux, aut Comes, aut regalis exactor, ſiue ex imperiali ſiue ex propria auctoritate quicquid ibi ordinandi, aut exigendi habeat poteſtatem.*

§. LXXIII.

Ludouicus German. uxoris in diplomatibus recordatur.

Coniugis ſuae, ſed omiſſo nomine, in uariis chartis meminit Ludouicus apud MARTEN. T. I uet. mon. pag. 194: *ut eis pro noſtra ac coniugis cariſſimaque prole ſalute ac remedio animarum anteceſſorum noſtrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectent.* MIR. T. III p. 9: *Vt eis pro noſtra ac coniugis cariſſimaeque prolis ſalute ac remedio animarum anteceſſorum noſtrorum Domini clementiam delectabilius exorare delectent.* CALMET. hiſt. de Lor. T. I proev. p. 312: *Vnde precantes noſtram manſuetudinem, ut pro amore Dei et reuerentia ſanctorum inibi Domino quieſcentium noſtra largitas ex rebus eiusdem eccleſiae aliquid reſtitueremus, et reſtituta in augmentum ſalubre uictus et ueſtitus pro remedio genitoris noſtri noſtraeque coniugis ſeu ſobolorum noſtrorum dinceps ad emolumentum proficerent* etc.

charta ſuſpecta.

Huc etiam referenda eſſet Charta a MIRAEO Cod. donat. piar. c. XXIII et ab ANTON. MATTH. prolata, niſi ſuis rueret formulis. Incipit autem: *In nomine ſanctae trinit. Ludouicus Dei gratia Rex Almanniae notum facimus uniuerſis, quod Hemma conſors regni noſtri regina noſtra rogauit nos, quatenus Theoderico fideli noſtro nepoti foreſtum daremus* etc.

§. LXXIIII.

Digitized by Google

§. LXXIIII.

§. LXXIV-LXXVI.

Carolomannus Rex, Ludouici Germanici filius natu maximus, coniugem habuit, ſed nomen eius neque in chartis neque alibi reperi. conf. GVNDLING. in kleinen teutſchen Schrifften p. 385 von Carlmanns rechtmäſſiger Gemahlin und maitreſſe Litovvinda. RETTENPACHER annal. Cremiſan. in diplom. Carolomanni p. 34: *ob redemtionem animae noſtrae et animarum genitoris et genitricis noſtrae nec non et animae dulciſſimae coniugis meae.* — de Carolomanni Regis uxore et concubina.

MARGARIN. Bull. Caſin. T. II c. 41: *pro remedio animarum noſtrorum parentum ac pro nobis coniuge et prole miſericordiam Dei iugiter exorare* etc. Litovvindae, matris ſuae, meminit Arnolphus in charta Friſingenſi apud HVND. metrop. Saliſb. t. II p. 505.

§. LXXV.

Alter Ludouici Germanici filius, Ludouicus iunior, uxorem ſuam, Ludolphi ducis Saxoniae filiam, ipſe appellat Luitgardam apud SCHATEN. Annal. Paderb. pag. 183. LEVCKFELD. in Antiq. Gandersh. p. 95 et MEIBOM. in Scriptor. rer. germ. T. I p. 671: *qualiter pro remedio animarum piiſſimorum anteceſſorum Auguſtorum et ob noſtrae mercedis augmentum nec non pro dilecta coniuge Lutgarda et cariſſima prole noſtra* etc. — Luitgarda, Ludouici iunioris, coniux.

Ex TOLNER. Cod. diplom. pag. 10 colligimus, maritum eidem praedium quoddam aliquamdiu aſſignaſſe: *pro anima pii genitoris noſtri et pro mercedis noſtrae augmento - - locum quendam - - ſicut ipſum cariſſimae coniugi noſtrae Luitgardi hucusque praeſtitum habebamus - - quatenus eos pro nobis, coniuge proleque noſtra miſericordiam domini melius exorare delectet.*

§. LXXVI.

Carolo Craſſo duae aſſociantur uxores. Alteram ANNALES BERTINIANI ad a. 862 Ercangarii Comitis filiam nuper ipſum duxiſſe aiunt; altera, eaque notior, Richardis erat, cui Ludouicus Germanicus, petente filio, dotem conſtituiſſe uidetur. Tabulas ex LVNIGII Contin. III ſpicileg. eccleſ. p. 116 legendas dabimus: — Richardae aut certe Caroli Craſſi uxori. dos conſtituitur.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Hludouicus diuina fauente gratia Rex. Si petitiones fidelium noſtrorum auribus

§. LXXVII. Serenitatis noſtrae ſunt accommodandae, ut eos largitionis noſtrae munere ſubleuemus, non minus chariſſimorum filiorum noſtrorum auſcultanda ſunt uota, quia nobis debita Paternitatis iura humiliter expoſcunt. Quapropter comperiat omnium fidelium noſtrorum ſolertia qualiter chariſſimus filius noſter Carolus adiit Serenitatem noſtram flagitans, ut ob mercedis noſtrae augmentum, quasdam res proprietatis noſtrae ei in proprium concediſſemus, unde ſuam quam Dominus ſibi dedit potuiſſet dotare uxorem; Cuius petitioni ut nos decebat libenti animo aſſenſum praebuimus, ita ut deprecatus eſt fieri cupientes; Dedimus itaque ei quasdam res proprietatis noſtrae conſiſtentes, in Alamannia in pago, qui uocatur Briſachgovve id eſt Berga, Andloa et Baldinga et Seckeſouua, id eſt inter totum hobas LXXVI. cum omnibus mobilibus et immobilibus, quae ad ipſas pertinent, tam in mancipiis, quam in ceteris rebus, ea uidelicet ratione, ut ab hodierna die et deinceps praedictus filius noſter Carolus de praedictis rebus per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum plenius in Dei nomine confirmatum, nullo inquietante, ſed Deo auxiliante, perpetuis temporibus poteſtatem habendi ſiue ſuae uxori dandi, ſiue aliud quodcunque ſibi libuerit, faciendi habeat absque ulla contradictione. Et ut haec auctoritas Largitionis noſtrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus noſtris uerius credatur et diligentius obſeruetur, annuli noſtri impreſſione ſubter eam iuſſimus ſigillari, poſtquam eam manu propria noſtra ſubter firmauimus.

Signum Domini Hludouici Sereniſſimi Regis Hetarhardus Notarius ad uicem Grimaldi Archicapellani recognoui.

(L. S.)

Data Kalend. Auguſt. Anno XXX. Regni Domini Ludouici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnante Indictione VIIII.

Actum Franconofurt Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

§. LXXVII.

Richardis a mari'o dimiſſa in coenobium Andla-

Inter fundos dotales nominatur etiam Andloa, quo in loco monaſterium extruxit Richardis. In has latebras ſe recepit, poſtquam adulterii incuſata a marito dimittebatur; at Clemens II pontifex

§.
ſex dedecus abſterſit, ac Richardin, diuarum gregi adſcripſit. AN- LXXVII.
NALISTA SAXON. in Leibnit. t. I ſcript. Brunſuic. p. 578. Ne uienſe,
perperam haec dixiſſe uideamur, teſtes adducamus quod ipſa fundauit,

LVNIG. in ſpicileg. Eccleſ. Contin. II. in der Fortſezung p. ſe recepit.
119. profert

Caroli Simplicis Regis Galliae Confirmationem Priuilegiorum monaſterii Andlauienſis, praemiſſo hoc exordio:

qualiter olim Richardis Imperatrix per Karoli Imperatoris uiri ſcil. ſui licentiam Coenobium Eleon dictum, iuxta Riuum Andelahe ſitum a fundamentis conſtruxerat, illudque poſtea ipſo praeſente et Joanne Apoſtolicae ſedis Principe adſtante, ante Confeſſionem ſancti Petri ad ipſam ſedem tradidit. Quatenus cenſus in ſuo priuilegio ſcriptus inde illuc annuatim perſoluatur et ipſum cenſum ſub mundiburdio ac defenſione ſancti Petri aeternaliter conſiſtat.

KOENIGSHOVEN Elſaſſiſche Chronicke ex edit. Schilteri p. 105.

Zu denſelben Ziten hette dirre Karle einen argvvon uf ſin vvip genant Richart das ſii ſolte ir e. han gebrochen mit dem Byſchofe von Verzelle vvan ſii ime heimelich vvas. des entſchuldigete ſii ſich das ſii vveder des Keyſers. bi dem ſii XII. jor vvas gevveſen. noch keines andern mannes vvip nie vvas vvorden und das ſii noch eine reine maget vvere. das bevverte ſii domitte das ſii ein gevvihſſet hemede ane det und domit in ein für ging und bleip unuerſert von dem füre. donoch vvolte ſii nüt me zu irme manne und fur in das cloſter zu Andelo in Strosburger Byſtum. das ſii ouch von nuvvem uf ſtiftete und gröslichen begobete. In demſelben cloſter ſtarp ſii und det vil Zeichen. und begot men derſelben Keiſerin ſant Richart hochgezit herlichen alle jor. do diſer Keyſer Karle ſach das er verloſſen vvas von den herren do gap er das rich. und über ein jor donoch ſtarp er, noch Gotz geburte DCCCLXXXVII jor. Add. GVILLIM. de epiſcop. Argent. p. 124.

HVGO in ſacrae Antiquitat. moniment. T. II p. 136 in notis Richardim defendit; licet enim ipſa innocentiam ſuam per ignem comprobaſſet, ſeceſſit tamen ad monaſterium Hohenburgenſe, ibique inter Virgines Odilianas aliquandiu conuerſata eſt. Hinc ad Abbatiam, inquit, migrauit Stiuagienſem, quae ei in dotem ceſſerat;

M 2 cui

§. LXXVII. cui tum praeerat Abbas Ecbertus. Poſſidebat Stiuagium noſtrum in Elizatenſi agro uillam, nomine *Andelacum*. Illic Richardis Parthenonem fundauit, et collectis Virginibus, ſui propoſiti ſequacibus, communi ſe, cum illis, Religionis uoto obligauit. Omnibus pietatis officiis dedita, *Andelaci* toto decennio ad perfectionis religioſae culmen contendit: euolauit ad Chriſtum die 18 Septembris, anni 896. Caput eius, cum induſio cereato, quo ueſtita tranſiuit per ignem probationis, ad Stiuagienſes deportatum fuit, ibique hodiedum ſumma cum ueneratione ſacra haec pignora aſſeruantur, in capſa argentea, lapillis ornata et auro: reliquum corporis Andelaci requieſcit. Mirum quam frequentibus et portentoſis utrobique curationum generibus coruſcent exuuiae ſanctae: in noſtro Stiuagio nos ipſi propriis inſpeximus oculis plures, ſanguinis profluuio diu uexatos et imminutos, caecutiente medicorum arte, nec iis ualente opitulari, uidimus, ad altare diuae Richardis proſtratos, Deo, qui glorioſus eſt in ſanctis ſuis, ferente opem, priſtinae ſanitati reſtitutos in integrum.

De Sancta Richarde die 18 Septembris, ſolemniter perſoluitur Officium et Miſſa celebratur, ab immemoriali tempore, hic Stiuagii, et Andelaci. Porro Andelacum Praenobilis eſt Canonicarum ſecularium, claro natarum ſanguine, Abbatia, in Alſatia inferiori, Stae. Sedi immediate ſubiecta: diſtat ab Sceleſtadio horis duabus, ab Dambaco, una. Abbatiſſa Andelacenſis inſignita eſt titulo Principiſſae.

In LVNIG. Spicileg. Eccleſ. Contin. III. in der Fortſezung p. 116 exhibentur coenobii Andlauienſis literae fundationis, uti appellantur, atque Richardi Imperatrici tribuuntur; ſed pro integritate huius chartae Iouem lapidem non iurabo:

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Incipiunt Capitula quomodo Eleonica Abbatiſſa ſit eligenda, ſummopere ea roborantibus Euangelicis Teſtimoniis, ita qui uult uenire poſt me, abneget ſemet ipſum et tollat crucem ſuam quotidie et ſequatur me, et ſi quis mihi miniſtrauerit, me ſequatur, & ubi ſim ego, illic et miniſter meus erit, et item, qui non renuntiauerit omnibus, quae poſſidet, non poteſt eſſe meus diſcipulus . . . . Hoſpites ſuperuenientes ſemper recipiendos cum omnibus utenſilibus ad idem Miniſterium, ut omnes absque ulla ambiguitate pro certo ſciant et recognoſcant,

quod

quod nullam perſonam Abbatiſſam uidelicet uel Aduocatum, licentiam aut facultatem habere liceat duas ſc. Villas Nadalciam et Chenzingam, a beatae memoriae Do. Carolo Imperatore Auguſto coram ſummis Primatibus publice ad Altare ſancti Saluatoris ſolummodo ad opus et ad uictum et ueſtitum ſanctimonialium firmiſſime contraditas . . . . . . Senior igitur meus beatae memoriae Carolus pro ſui et ſuorum patris uidelicet ac matris, fratrum, ſiue propinquorum Elemoſina, ad Altare et Eccleſiam ſancti ſaluatoris propria manu firmiſſima traditione, largitus eſt quendam locum Andoloia nominatum cum omnibus illuc rite pertinentibus, confirmationem regiam faciendo rogatu autem noſtro tradidit ad praedictum altare pratrimonium noſtrum, illud quod ad Zincila eſt et ad Vllalterefcet atque ad Vllaſagon . . . . . Tradidit etiam praeſcriptus Senior noſter, ad eundem ſanctum locum curtem quamdam nomine Cunigesheim, cum omnibus adiacentiis quae et antea felicis memoriae genitor noſter Herchangarius apud Dominum ſuum Luutharium ſeniorem, ſeruitio ſuo promeruit et in Briſigauuia prouincia Veſtitum et caeteris illuc ſeruientibus in Villa Chenzinga ſingulari dono dedit illud ſancto ſaluatori dotem etiam quam nobis beatae memoriae Dominus Ludouicus ſub confirmatione regia et legitima ſecundum Francorum morem firmiſſime pro ſui bonitate dedit, nosque poſtea adientes ſeniorem noſtrum, impetrauimus ab eo, ut ipſe easdem cauſas praeſcriptas, ſancto Saluatore traderet, ſicut pro ſua bonitate et facere dignatus eſt, hoc eſt Nendinga.

§. LXXVIII.

Stiuagium dotis nomine Richardi traditum fuiſſe, diximus. Id ipſius Richardis documentum quoddam innuere putamus, quod eccleſiae Stiuagienſis poſſeſſiones abunde definit. Producitur a CALMETO hiſt. Lotharing. T. I probat. p. 316. Richardis religioſae munificentiae documentum.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Richardis Dei fauente clementia Imperatrix Auguſta. Nouerit omnium fidelium praeſentium ſcilicet et futurorum induſtria, quia nos, ut debitores nos eſſe cognoſcimus, et ſecundum Deum et homines nobis conuenire diſnoſcitur, quoddam monaſterium a Carolo coniuge meo Romanorum Imperatore, nobis traditum in honore beati Petri primi Apoſtolorum, cum omnibus iuſte et legitime ad hoc idem pertinentibus,

6. LXXVIII tibus, uidelicet eccleſiam beatae Mariae in eodem loco ſitam, cum capellis ad eandem eccleſiam pertinentibus, uidelicet Belmont, ſanctum Remigium, et decimationem totius banni, tam frugum quam animalium, cum cenſu capitali hominum, et eccleſiam de Moſteriolo, cum capella de Nohennes, et eccleſiam de Donceres, cum capella de Saſleuiller, et eccleſiam ſancti Andreae, eccleſiam de Filgoſſen, cum alodio in quo ſita eſt eccleſia, et quinquaginta duas abas, cum uineis, terris, pratis ad hoc idem monaſterium quod dicitur Stiuagium, pertinentes, et alodium de Sodrunni-uilla, et iuſtitiam banni, cum cenſu capitali hominum, et alodium de Donceres, cum iuſtitia banni et cenſu capitali hominum, cum decimatione tam frugum quam animalium, et terram cultam et incultam infra ueterem uiam de Leſtege, qua itur ad Manil et Boueros usque Blaſtam, ad hinc usque uiam Heres, inde Ala croé, dinde ad fontem de Hadenauile, de riuo fontis ad Cano, dinde per ueterem uiam ad Huomont, inde ad Foſſe, de Foſſe ad Mauruille, totam terram cum pratis inter duos riuulos d'Aſperiole; de Boueros usque ſuper uerticem montis de Ruſpri, et quindecim iugera terrae ad Trogeuens, et quinque iugera ad la Rochere, ſecus abbatiam, totum pratum inter Murtem et Boueros ultra Murtim, id quod continetur infra riuulum del Brol Sancti Petri, et riuum des Eſpeſſes de Murt, usque Jordanis fontem, et quod continetur infra riuulum, ſecus uiam Medii monaſterii, et uiam Manil. Apud Bellum montem, ab arbore quae dicitur Ciriſes ſita, et Rene usque Buſrichamp; inde ad Bariſmes Heres, inde ad fontem, de fonte ad riuulum, de riuulo ad pratum Johannis, ad Cormilium Mout, inde ad riuulum fontis, de fonte per decliuum ad Albe eſpine, inde usque Fricis, de Fricas ad Rene, de Rene ad Ciriſium praelibatum. Praeter haec dotem ſanctae Mariae, quae his confiniis terminatur de Milirim-ru per ueterem uiam quae itur ad Gran-ru, cum piſcatione riuuli, terram cultam et incultam usque Murtim et Deſperia uue tote, Valerim, et quod continetur infra riuulum ſecus uiam Medii monaſterii, et alterum riuulum contra Orientem, qui diuidit fontem de prato usque Jordanis fontem; et a loco qui dicitur Vimul usque a Mepre, et locum Stiuagii, cum piſcatione de Helui uue usque Fraitipiee, quae infirmis conuenit. Praeter haec omnia, tertiam partem banni Stiuagienſis, qui his confiniis interconcluditur, de Chemiſel uerſus Orien-

Orientem ad Gramruz, de Jordanis fonte ad Stampuz, de Stampuz §. LXXVIII
ad Eſtroce, in terris, pratis, ſyluis, aquis, et totius banni quorumlibet animalium paſturis. Haec omnia ego Recardis, hortatu et conſilio Caroli mei coniugis, et Romanorum Imperatoris, B. Petro principi Apoſtolorum, et eccleſiae Stiuagienſi, et ibi Domino et principi Apoſtolorum ſeruientibus, firmiſſima largitate tradimus atque donamus, ita uidelicet, ut perhenniter ſecure et iuſte poſſideant et obtineant ſub defenſione beatae Dei Genitricis Mariae, et beati Petri Principis Apoſtolorum, nullique hominum aliquod de iure ſeruitium faciat. Et ut haec noſtrae donationis traditio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc noſtrae authoritatis praeceptum inde fieri decreuimus, propriaque manu confirmantes, ſigillo noſtro ſubter iuſſimus ſigillari. Data calendas Maii, anno ab incarnatione Domini DCCCLXXX anno II Imperii Domini mei Caroli, in Italia IIII in Francia III indictione II.

Formulae initiales concordant cum Carolinis. Nam Carolus Craſſus tabulas ſuas ordiri conſueuit: *In nomine ſanctae et indiuiduae trinitatis Karolus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus.*

Romanorum Imperator) Carolus Romanorum Imperatorem ſe non appellabat; neſcio an condonari poſſit uxori.

Hortatu et conſilio) uid. ſupra chartam Hildegardis §. XLI.

Suo ſigillo uſa fuit Auguſta, ſed cancellarii non meminit, niſi forte per negligentiam ſcribentis omiſſus fuerit. Non ſui, ſed coniugis Imperii annos computat.

Numeri non ſatis conſonant. MVRATOR. T. III Antiquit. *de epocha Caroli Craſſi.*
Ital. p. 751. ad chartam Caroli Craſſi a. 883. notat, hunc Imperatorem primis diebus menſis Mart. a. 881. coronatum fuiſſe. uid. etiam diſſertatiuncula de anno Coronationis Caroli Craſſi Imperatoris adiecta EVANGELISTAE MANELMI commentariolo de obſidione Brixae a. 1438.

Cum uero hic anni regni et imperii in Italia inter ſe diſcernantur, coniectura HAHNII in der Reichs Hiſtorie in Carol. Craſſ. §. 2 firmari uidetur, Carolum ſcil. a Carolomanno moribundo regnum Italiae iam accepiſſe. Sed ut aperte mentem explicem, numerus binarius imperii expungendus eſt, quippe qui ex uoce *uero* corruptus fuerit. Sed nihilominus reliquae notae claudicabunt.

§. LXXVIIII.

Digitized by Google

§. LXXVIIII.

§. LXXIX.

Diplomata Richardae meminerunt.

Carolus in codicillis ſuis Richardae coniugis non adeo dilectae non plane obliuiſcitur.

CHAPEAVILL. geſt. epiſc. Tungr. T. I p. 161 ſq. a. 889: *qualiter nos per petitionem Rinchardae dilectae coniugis noſtrae, imo et Luitvvardi S. Vercellenſis eccleſiae et dilecti archicancellarii* etc. *iure perpetuo in proprietatem conceſſimus* etc.

SAMMARTH. Gall. Chriſt. T. IV p. 134: *ut pro nobis et anteceſſoribus noſtris et coniuge ac prole noſtra ſeu totius imperii noſtri ſtabilitam Dei clementiam haec eadem eccleſia aſſidue exoret* etc.

Iohannis VIII P. epiſtola ad Richardem.

Cum Wido, Marchio Spoletinus, ciuitates et loca reliqua Romanae eccleſiae hoſtili animo inuaderet, Iohannes VIII Pontifex de rapinis ualde conquerebatur; teſtimonium praebet epiſtola ad Imperatricem Richardem a. 882 ſcripta, quam repetere liceat ex BARONII annalibus eccleſiaſt. ad dict. annum.

Tanta cordis noſtri anguſtia, tantusque dolor et gemitus hinc inde cum irriguis lacrymarum riuulis noſtram aetatem quatiunt et quaſſant, tantusque etiam luctus pro deſolatione terrae iſtius, quam iam funditus a chriſtiani nominis inimicis et Deo odibilibus Sarracenis depraedatam cernimus, nos affecit, et intima noſtra diſſoluit, ut et ſomnus ab oculis et a guſtu cibus effugiat, ut etiam cum Jeremia decantare compellar: Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum? et reliqua. Siquidem expectauimus lucem, et ecce tenebras: quaeſiuimus adiutorium, et muros Vrbis egredi non audemus. Nam ante ueſtrum Romam aduentum, anno ſcilicet ſuperiori eum Carolus eius coniux coronatus eſt Imperator, qualiscunque erat nobis tranquillitas; modo uero intolerabilis, et importabilis perſecutionis extant tempeſtas, quia neque ſpiritalis filius noſter Auguſtus, neque alicuius alterius gentis homo nobis confert auxilium. Et niſi diuinitas ſumma ſubueniat, aut in deſperationem aliquam lapſi (quia non ſolum duplum, ſicut Dominus dicit, ſed etiam triplum et quadruplum exercitum contra nos uenire conſpicimus) ea quae pacis ſunt, poſtulabimus; et certe non ſolum iugo illorum coacti ſubdemur, ſed etiam ab eis capti, impie iugulabimur. Quia ſicut ſcitis ſaepiſſime reclamauimus, neque ipſe Auguſtus (ut praetulimus) qualemcunque defenſionem nobis exhibuit, neque

neque homines ciuitatum noſtrarum, qui contra Deum et contra omne priuilegium noſtrum ab alienigenis, ac ſi noſtri non fuerint, detinentur, ad ſeruitium ſanctae Romanae Eccleſiae faciendum, ſicut ſolitum erat, ab eorundem alienigenarum iugo ſubtraxit. His ergo, chariſſima filia, clamoribus et ululatibus noſtris auditis (quia ſapientibus loquimur) continuo propter Deum, et propter ſanctos eius Apoſtolos iam dicto ſpiritali filio noſtro Auguſto, flexo poplite ſuggerit, ut omnibus omnino neceſſitatibus omiſſis, aut certe ſuſpenſis, ſanctae Matris ſuae calamitati ſubueniat, et conculcationem, imo perditionem illius aduertens, antequam pereamus, citiſſimum conferat adiutorium, aut congruum ſine mora donet conſilium, quia uita noſtra nobis non prodeſt, et in extremo poſiti, etiamſi non optaremus, iam mors ſe palam prodit uidendam, etc. §. LXXIX.

Ex MARTENE theſauro nouo anecdotorum, Tom. I p. 170 ſq. proferamus Bullam Leonis Papae IX. * ad Mathildem abbatiſſam monaſterii S. Fabiani et Felicitatis, qua confirmat monaſterii ipſius priuilegia, cuius eccleſiam conſecrauerat, translato in illud corpore S. Richardis.

Leo epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilectae in Chriſto filiae MATHILDI abbatiſſae uenerabilis monaſterii ſancti Fabiani ſanctaeque Felicitatis, quod appellatur Helionis, ſitum in pago Heliſatiae, tuisque ſucceſſoribus abbatiſſis, perpetuam in Domino ſalutem. *Ex ſchedis Stiuagienſis monaſterii.*

Praeclaris uotis diuina miſeratione praeſtatur effectus. Inde eſt quod nobis a ſynodo quam Maguntiae habuimus redeuntibus, contigit per ueſtrum monaſterium uenire, et eccleſiam benedicere ac dedicare diuino numini quam nouiter conſtruxeratis, ſed nondum perfeceratis ad plenum, et etiam ueſtris precibus illuc transferre corpus beatae RICHARDAE primae conſtructricis eiusdem uenerabilis loci, quem per donationis paginam una cum coniuge ſuo CAROLO imperatore auguſto contradidit. Itaque inclinati ueſtris interceſſionibus, ad exemplum praedeceſſorum noſtrorum pro futuri temporis cautela, nec non ſtabilitate eiusdem loci concedimus et confirmamus uobis idem monaſterium, quod per hoc noſtrae apoſtolicae auctoritatis priuilegium, cum omnibus rebus et facultatibus

N

* Leonis IX P. bulla, qua monaſterii S. Fabiani priuilegia confirmantur, et b. Richardae corpus illuc translatum perhibetur.

§. LXXIX. tibus ſuis, quas modo habere uidetur, et deinceps, auxiliante Domino, ſiue a regibus, ſiue a cuiuscumque dignitatis et ordinis hominibus, quoquo pacto acquirere poterit, ſed et in ipſo maiore altare nouae eccleſiae a nobis conſecrato, prohibemus alicui ſacerdoti miſſam celebrare, niſi quem uos ueſtraeque ſucceſſores uoluerint. Ipſum uero monaſterium integrum, ſicut iam praediximus, concedimus uobis, et confirmamus, ea ratione, ut omnibus diebus uitae ueſtrae ſub ueſtra ditione uel regimine, ſicuti uobis ſecundum Deum uiſum fuerit, diſponere omnino permaneat. Cum autem diuina uocatione de praeſenti hac luce ad Dominum migraueritis, ſtatuimus de propria congregatione, quam ſibi unanimitas praefati monaſterii ancillarum Dei concorditer elegerit, absque cuiuscumque hominis contrarietate, uel obſtaculo, fieri abbatiſſam, praeſtante uidelicet nobis et ſucceſſoribus noſtris annualiter tres pannos lineos pontificali uſui aptos. Quod ſi in biennio, aut in triennio perſolutum non fuerit, ſolummodo perſoluatur; nec a ſucceſſoribus noſtris aliquid amplius modo quolibet requiratur. Quapropter praeſenti decreto iubemus, ut nullus imperatorum, uel regum, aut cuiuscumque dignitatis uel ordinis homo audeat, ſub quolibet obtentu, uel occaſione, praefatum monaſterium, quod pro amore beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, ac ſempiterna ſcilicet animae ſuae remuneratione, praelibata glorioſiſſima imperatrix RICHARDA, una cum cariſſimo coniuge ſuo CAROLO ſereniſſimo imperatore auguſto, et quod beato Petro principi apoſtolorum per donationis paginam obtulerunt, inquietare, uel aliquatenus moleſtare, aut ad ius ſuum, uel alienum transferre, ſed neque in hominibus ac facultatibus eius aliqua contradictione, aut inuaſione, quoquo tempore facere praeſumat, ſed liceat iam dictis ancillis Dei cum abbatiſſa propria in Dei omnipotentis ſeruitio quiete uiuere, ac ſub defenſione ſanctae apoſtolicae eccleſiae cui, Deo auctore, deſeruimus, degere ſecuriterque permanere. Si autem, quod abſit, et fieri non credimus, aliquis contra hoc noſtrum apoſtolicum priuilegium uenire, facere, uel auſu temerario tentauerit, perpetui anathematis uinculo innodatus, ac perpetua ultione cum Juda traditore, niſi reſipuerit, maneat condemnatus. Qui autem uerus cuſtos ac obſeruator extiterit, benedictionis gratiam ac miſericordiam a Domino Deo noſtro conſequi mereatur.

§. LXXX.

§. LXXX.

§. LXXX. Arnulphus Imp. Vdae coniugi res quaſdam in ius proprium tradit;

Vda, Liutpoldi ducis Bauariae ſoror, Arnulphi Imperatoris uxor, a marito res quasdam in ius proprium accepit, teſte charta apud PEZIVM cit. loc. T. I Part. III p. 40, qui eam plenius tradit, quam HVNDIVS c. l. p. 166, et LVDEWIG in Script. rer. Bamberg. pag. 867. ſq. Verba Ludouici filii ita ſe habent: *qualiter nos per interuentum dilectae genitricis noſtrae Outae quasdam res ſui proprii iuris, quas a largitate beatae memoriae patris mei Arnolſi Imperatoris per imperiale praeceptum ſuſceperat, ad Eccleſiam B. Emmerammi martyris Chriſti noſtra imperiali auctoritate donauimus, ea quidem ratione, ut easdem res quaedam uidua, nomine Ribni, diebus uitae ſuae poſſideat, et poſt dies eius in ius et dominationem eiusdem Eccleſiae redeant, perpetuis temporibus tenendae, id eſt curtim, quae dicitur Velda, quicquid in poteſtate praenominatae genitricis noſtrae eodem die erat, quod antea praeceptis datum non fuerat, extra, uel infra terminum eiusdem curtis* etc. HAHNIO in Arnulpho §. 6 ſuam relinquemus coniecturam, qua locum Veringen Vdae dotalitium fuiſſe putat. Nititur teſtimonio diplomatis Ludouici Infantis apud HVND. T. I p. 88 et MEICHELBECK T. I Hiſtor. Friſing. p. 151, cuius lectiones diſcrepantes in margine inferiori notabimus: At nos gratuita benignitate 1) querimoniam illius pro Chriſti amore et ſanctae genetricis ſuae ſemper uirginis Mariae 2) uenerationem conſpicientes et 3) interceſſione fidelium noſtrorum Dietmari archiepiſcopi Zachariae epiſcopi Tittonis epiſcopi Luipoldi Illuſtris comitis et cari propinqui noſtri Sigihardi etiam Cunipoldi 4) Inſingrini atque Meginhardi 5) comitis cum reliquorum conſpectui noſtro aſſiſtentium procerum communi omnium conſilio pie annuentes curtem quandam Veringa 6) nuncupatam, cum 7) pertinentiis ſuis quam uenerabilis mater noſtra Ota 8) tali tenore a beato genitore noſtro Arnolfo Caeſare auguſto obtinuiſſe conſtat, et in praeſentia fidelium noſtrorum in 9) manu regalitatis noſtrae reddiderat, iure auctoritatis noſtrae ad 10) fatam eccleſiam nomine ſanctae genitricis Dei Mariae dedicatam ubi electus Dei confeſſor Corbinianus corpore quieſcit in diuorum 11) commemoratione antecesso-

id et Ludouici Infantis charta declarat.

N 2

1) querimoniae. 2) ueneratione compatientes. 3) interceſſioni. 4) Iſangrimi. 5) comitum. 6) nuncupata. 7) pertinentibus. 8) praeceptali. 9) manum. 10) praefatam. 11) commemorationem.

§.LXXXI teceſſorum noſtrorum matriſque noſtrae, et pro remedio animae noſtrae, et diuturna profectus noſtri felicitate aeternaliter in proprium 12) delegamus cum curtibus et caſis aliiſque aedificiis familiis 13) utriusque ſexus mancipiis 14) parſchalcis Sindmannis, 15) hengiſtnotis, cenſibus, campis, agris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, 16) molendinis, piſcationibus, uiis et inuiis exitibus et reditibus quaeſitis et inquirendis terris cultis et incultis uel 17) quicquid in hodierno die eadem curtis rite 18) inueſtitura retinet, haec autem omnia in omnibus ad ipſam curtem legaliter pertinentibus per hoc auctoritatis noſtrae praeceptum de noſtro iure, in ius et poteſtatem ſacroſanctae Chriſti matris eccleſiae praefatae donamus, tradimus atque firmamus.

§. LXXXI.

Varia Vdae commemoratio. En! memoriam Vdae in diplomatibus conſeruatam. HVND. in Metropol. Salisburg. T. I p. 151: *pro remedio animae noſtrae et corporis ſaluatione, et pro remedio filii noſtri Ludouici, atque interuentu etiam dilectae comugis noſtrae Vtae.* et p. 87: *admonitionibus et petitionibus Odae dilectae coniugis noſtrae.* et ap. MEICHELBECK. T. I Hiſtor. Friſing. p. 147.

LEIBNIZ T. II Rer. Brunſuic. p. 374 in charta Ottonis I. *Huius igitur uenerabili exemplo prouocatus Arnolfus Rex tradidit ad idem monaſterium in beneficium per interuentum coniugis ſuae Otae, nec non et Hildegardae uenerandae neptis eius in elemoſynam diuae memoriae aui ſui Ludowici Regis, genitoriſque eius* (Arnolfi) *Karolomanni Regis, nec non pro beatiſſimorum Regum uidelicet Ludowici et Karoli patruorum eius commemoratione* etc.

LVDEWIG. Script. Rer. Bamb. p. 876 ſq. *per interuentionem noſtrae dilectae genitricis Outae* etc. SCHANNAT. in Cod. prob. Hiſt. Wormat. p. 10: *interuentu dilectiſſimae meae coniugis Vdae* etc.

In Diplomate Ottonis II ap. GVDENVM cod. dipl. T. I p. 358: *qualiter quoddam Preceptum Luduici Regis; a patre noſtro diue memorie Viro, Ottone uidelicet Imperatore Auguſto recuperatum, Traiectum nobis eſt allatum, in quo certa traditio curtis Logenſtein in Pago Einriche, ab Vta uenerabili Matre prefati Regis, ſuique Aduocato, nomine*

12) delegauimus. 13) et utriusque. 14) parſchalchis. 15) hengiſtuotris. 16) molinis. 17) quicquid moderno tempore eadem. 18) inueſtita.

mine Ruthart, ipſo etiam Regio Decreto conſentiente, ad eccleſiam Sci Martini que eſt infra Moguntiace murum ſita, ubi Sedes Epiſcopalis eſt, cui tunc temporis uenerabilis Hatto Archiepiſcopus preeſſe uidebatur; Et ab eodem Epiſcopo, ſuique Aduocato nomine Hunfrit, Curtem Piſcofesheim in Pago Tubercowe, uſufructuario tantum ad tempus uite ſue prefatam Venerabilem Matronam ſuſcepiſſe, Nobis cunctisque fidelibus noſtris innotuit. §. LXXXII

IBIDEM p. 367, in Diplomate Ottonis III: *qualiter quoddam Preceptum Luduici Regis, a Willigiſo Sce Moguncíace Eccleſie Venerabili Archiepiſcopo, Bruchſule Nobis eſt allatum, in quo certa traditio Curtis, Nerſtein dicte, in pago Wormarenſe et in Comitatu Burchardi Comitis ſite, ab VTA Venerabli matre prefati Regis, ſuique Aduocato Burchardo, ipſo etiam Regio Decreto conſentiente, ad Eccleſiam Sci Martini que infra murum Moguncíace ſita eſt, ubi Sedes eſt Epiſcopalis cui tunc temporis Venerabilis Hatto Archiepiſcopus preeſſe uidebatur; Et ab eodem Archiepiſcopo ſuique Aduocato nomine Hunfrid Curtem Vlmena, in eodem Pago et Comitatu ſitam, uſufructuario tantum ad tempus uite ſue prefatam Matronam uenerabilem ſuſcepiſſe. Nobis cunctisque fidelibus innotuit. Hac traditione Scam Moguncíace Eccleſiam a temporibus* CVNRADI *Regis, usque dum Archipreſulis Wilhelmi rogatu noſter inſignis Preceſſor,* OTTO *uidelicet Imperator Auguſtus, eodem precepto renouato priori concederet poteſtati redire, certum eſt eſſe priuatam.*

§. LXXXII.

Arnulpho concubinam quoque Ellinrat aſſumeplacuit, quae auctoritate Conradi Regis hanc chartam concinnari iuſſit, quam PEZ. Theſaur. Anecdot. T. I Part. 3 pag. 43 ſq. promit. Arnulphi concubina Ellinrat cum Tutone ep. Ratisbon. loca quaedam permutat.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis Chunradus Dei gratia Rex. Igitur ſi per regnum noſtrum Dei Eccleſiis conſtitutis, noſtro uidelicet regimine procurandis, dignos adhibere et augere curamus honores, non ſolum terreni, ſed et coeleſtis regni non dubitamus honore et faſtigio nos ſublimari. Inde quoque uolumus ad ſingularem fidelium noſtrorum, praeſentium, futurorumque notitiam peruenire, qualiter matrona quaedam, nomine Ellinrath, concubina uidelicet Arnolfi Sereniſſimi Regis, cogitans pro mercede futura, pariterque pro uitae praeſentis aliqua ſuſtentatione, tradidit ſancto martyri Emmerammo, in manu ſcilicet Tutonis Epi-

 ſcopi,

Digitized by Google

§. LXXXII. ſcopi, et aduocati ſui Immonis, una cum manu aduocati ſui, nomine Rupo proprietatem ſuam, id eſt, illam capellam in *Ergoltinga* cum aliis Eccleſiis duabus cum decimis et manſis, et mancipiis utriusque ſexus, agris, pratis, paſcuis, aquis, molendinis, ſiluis, et cum omnibus utenſilibus ad eandem capellam pertinentibus, quae eodem die in ueſtitura, et poteſtate uiſa eſt habere pro remedio animae Regis ſupradicti, cuius etiam largitate res easdem acquiſierat, ac pro ſua et futura, et praeſenti conſolatione in perpetua proprietate, et ſtatim dimiſit exceptis paucis mancipiis, quorum numerus eſt XVII, excepta etiam hoba una, quam aequiuocae ſuae Ellenratae contradidit usque ad finem uitae praeſentis; poſtea uero ut in eadem traditione conſtaret, ſicut et caetera. Econtra quidem eodem aduocato Immone cum manu Epiſcopi eiusdem retradente accepit eadem Ellenrat in proprium beneficium de rebus Eccleſiae in uilla Punnichoua, quicquid ibi Regino quidam presbyter in beneficio uiſus eſt habere, et in uilla *Vnolcinchoua*, quicquid ibi de Adalperto nobili uiro concambio, et de Adalonna quadam matrona, complacitatione ſancti Martyris acquiſiuit Eccleſia, cum omnibus utenſilibus ad easdem res rite pertinentibus, excepta hoba I. in *Vnolcinchoua*, quae iuniori Ellinratae danda fuerat pro redimenda ueſtitura illius hobae, quam in *Ergoltinga*, ut ſupra dictum eſt, uidebatur habere. Caetera uero omnia, ad eadem duo loca rite pertinentia, iam ſaepe dicta Ellinrat habeat, teneat, poſſideat, et utatur legitime usque ad finem praeſentis uitae. Poſt hanc uero uitam, cuncta conſeruata denuo redeant in ius et poteſtatem Eccleſiae cum omnibus ſui iuris inibi inuentis. Et ut huius complacitationis praeceptum firmum, ſtabileque permaneat, manu noſtra ſubtus illud firmauimus, anulique noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus.

Data XI Kal. Iunii, anno Dominicae incarna. DCCCCXIV indict. II anno uero glorioſisſimi Regis Chunradi III.

Acta ad Foracheim in Dei nomine feliciter Amen.

de concubinis. *Concubina*) Haec concubina non pellex Imperatoris, ſed legitima uxor, inferioris tamen conditionis fuiſſe uidetur. Carolus M. concubinas aduocabat, ſed mortuis demum uxoribus. De Carolo Caluo tradunt fragmenta hiſtoriae Francicae apud DVCHESNIVM

NIVM Tomo II Script. hiſt. Franc. p. 404 : *Idem Karolus, certo nuncio comperto, obiiſſe Ermentrudem, uxorem ſuam, ſororem Boſonis, nomine Richildem, mox ſibi adduci fecit, et in concubinam accepit. Idem in die feſtiuitatis ſeptuageſimae praedictam concubinam ſuam, Richildem, deſponſatam et dotatam in coniugem duxit.* Neque eccleſia huiusmodi concubinatum deteſtabatur, qui a matrimonio ad morganaticam haud diuerſus erat. Ita intelligimus Decretum Concilii Toletani I cap. XVII: *Si quis habens uxorem fidelem, ſi concubinam habeat, non communicet. Ceterum, qui non habet uxorem, et pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, ſit coniunctione contentus.* DV FRESNE in Gloſſar. uoc. Concubina. THOMASII Diſſ. de concubinatu cum ſcriptis eriſticis. §. LXXXIII

Aduocati) uid. §. LXX chartam Richildis.

Cuius etiam largitate) Haec forſan Morgengabae nomine acquiſierat, cum concubinae dotem non acciperent.

Redeat) accipe iterum exemplum precariae, quale et Richildis charta praebuit §. LXX.

2. Ludouicus infans caelebs moritur.

Ludouicus Infans, Arnulphi filius, nec uxorem habuit umquam, nec prolem; proinde falluntur, qui ipſi Luitgardam quamdam obtrudunt, quo nomine Ludouici Iunioris, Ludouici Germanici filii, coniux appellabatur §. LXXV.

CAP. III.

DE DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM PERIODI SAXONICAE.

§. LXXXIII.

Cunigundae, Conradi Regis uxoris, donatio pia.

Tabulas Cunigundae, Conradi Regis uxoris, quae Luitpoldi Ducis Bauar. uidua et Erchangeri ſoror erat, memorat Chronicon Laurishamenſe pag. 69 et in FREHERI ſcriptor. rer. Germ. p. 116: *Conradi Regis uxor Chunigunda locum proprietatis ſuae Ginga adpellatum cum omni iure regalique praecepto ſancto Nazario tradidit,*

Digitized by Google

§. LXXXIV *didit, atque ibidem in Eccleſia, quae dicitur Varia, ſe tumulari praecepit.*

§. LXXXIIII.

Dos Mathildis reginae.

Etſi Auguſtae fundi dotales perpetui a regno non aſſignarentur, ſed ex Caeſaris liberalitate dos promanaret: Imperatores tamen et Reges, ut iam oſtendimus, uxoribus ſatis largiter proſpexerunt. Horum ueſtigia ſecutus HenricusAuceps Mathildi ſuae, Thietrici Comitis filiae, opulentam dotem conſtituit. Auctor VITAE MATHILDIS c. I p. 195: *Henricus tradidit uenerabili nuptae in dotem omne, quod attinet ad eandem ciuitatem* (Walochuſen) *patre ſuo conſentiente.* Augebatur poſtea dotalitium inſigni acceſſione, cuius tabulae diebus noſtris reſeruatae fuerunt. Formula: *cum conſenſu & aſtipulatione filii noſtri Ottonis*, ſingularis. At notum eſt, Germanos bona in adquiſita et hereditaria diſtribuiſſe, atque haec inſciis heredibus legitimis aliis tradi non potuiſſe; huius generis bona Henricus coniugi ſuae donauit. Deinceps animaduertimus, ordinum imperii petitione dotalitium hoc, ſed iure tantum uſufructuario, conſtitutum fuiſſe. Prodeant nunc literae ex KETTNERI Kirchen- und Reformations - Hiſtorie des Stiffts Quedlinburg in den Beylagen Num. I cum MADERI antiquit. Brunſuic. p. 102. HEINECC. Antiquitat. Goslar. p. 13 et LEVCKFELD Antiquit. Poeldens. cap. IV p. 15 collatae:

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes fideles noſtri, praeſentes ſcilicet et futuri, qualiter diuina miſericordia diſpenſante, ſublimati in Regnum omnibus circumquaque degentibus fidelibus aequo et iuſto moderamine praeeſſe, et omnia Dei reſpectu regere cupiamus. Placuit etiam nobis domum noſtram, Deo opitulante, ordinaliter diſponere; Quapropter legali moderatione aſtantibus fidelibus noſtris, cum conſenſu et aſtipulatione filii noſtri, Ottonis, et Epiſcoporum procerumque et comitum petitione, dulciſſimae coniugi noſtrae Mathildae, Poteſtatiua manu tradimus, & donamus, quicquid propriae hereditatis in praeſenti uidemur habere in locis infra nominatis, haec enim ſunt Quitilingaburg, 1) Palich, Northuſe, Gronau,

Loca cum acceſſionibus indicantur.

1) LEVCKF. *Palithi.*

C.
LXXXIV

nau, 2) Tuaerſteat, cum ciuitatibus et omnibus ad praedicta loca pertinentibus, in ius 3) proprium conceſſimus, cum Litis, ſeruis, mancipiis utriusque ſexus, aedificiis, terris cultis et incultis, agris, pratis, campis, ſiluis, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, uiis et inuiis exitibus et reditibus, quaeſitis et inquirendis, et ut cuncti cognoſcant eo modo et ea ratione, ſi nobis ſuperſtes extiterit, et in ſanctae uiduitatis pudicitia permanſerit, praedicta loca ei concedendo tradimus, ut libera atque ſecura poteſtate cum omni 4) quaeſtu eisdem locis inuento, temporibus uitae 5) ſuae feliciter perfruatur. Nec non etiam 6) inferiorem familiarum collegionem intrinſecus famulantium cum omni ſupellectili cum equariciis ibidem inuentis, poteſtati illius poſſidenda perpetualiter praedeſtinamus, et ut noſtrae donationis largitio firma ſtabilisque permaneat, manu noſtra ſubtus, et annulo noſtro ſigillari praecipimus.

Signum Domini Sereniſſimi Regis Henrici. Simon Notarius ad uicem Hiltiperti Archicapellani recognoui. Datae XVI Kl. Octob. A. Dominicae Incarnationis DCCCCXXVIII Indict. II anno autem X Henrici glorioſi Regis regni. Actum in loco, qui dr. Quidilingaburg, In Dei nomine feliciter, Amen.

Vt eo certius conſtet, Mathildem curtem in primis Quedlinburgenſem dotali iure poſſediſſe, ex KETTNERI c. l. p. 4 chartam Ottonis II afferre liceat, quam uiuente adhuc patre dederat:

Res quaedam dotalitiae auctoritate Ottonis II monaſterio traduntur.

Ottonis Donatio Anno 961.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Otto, diuina ordinante clementia Rex. Nouerit omnium fidelium noſtrorum ſolertia, praeſentium ſcilicet et futurorum, qualiter nos per interuentum Domnae uidelicet et noſtrae auiae Reginae Mechtildis, quasdam res ſuae proprietatis, quas usque huc dotali poſſidebat iure, cortem ſcilicet Quedlinga, cum Eccleſia in honorem S. Jacobi Apoſtoli conſecrata in eodem loco in Comitatu Friturici comitis, cum uillis ſic nuncupatis, Merſenloba, Bieleresleba, Orthan, Sultham, Bahem, Gervvigesthorp, Biklinge, Aelelboldesbroch, Silkanfelth, Sippanfeld, et in aliis locis inde exaratis, uel in antea exarandis, ad monaſterium in monte conſtructum in honorem S. Seruatii Sacrimonialibus ibidem Domino famulantibus, iure poſſidendum perhenni concedimus etc.

O Signum

2) L. *Duterſtete.* 3) L. *proprium* omiſſ. 4) L. *quaeſitu.* 5) L. *ſuis.* HEINEC. *temporibus ſuis feliciter perfruatur.* 6) L. *interiorem.*

Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Regis. Luidolfus Cancellarius ad uicem Brunonis Archicapellani recognoui. Data VIII Id. Auguſti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXI indict. IIII. Anno uidelicet regni Sereniſſimi Regis Ottonis primo; Actum in Wallahuſun in Chriſti nomine. Amen!

§. LXXXV.

Mathildem filii de dotis poſſeſſione deiicere tentant.

Poſtquam Henricus rebus humanis ereptus erat, filii matrem piiſſimam de poſſeſſionibus dotalibus deturbare audebant. Rem enarrat AVCTOR VITAE MATHILDIS apud Leibnitium T. I rer. Brunſuic. pag. 198: *Tunc diabolicae fraudis aſtutia, ſemper inuidens operanti bona, ſtuduit Deo dilectam Reginam a ſeruitio Chriſti impedire ſua calidiſſima tentatione; et contra uenerandam Chriſti famulam quosdam excitauit peruerſos, eius uitae et uirtutibus inuidos: qui ad aures filiorum peruulgabant, quod innumerabiles pecunias congregaſſet, et regalis cenſus opulentiam penitus conſumſiſſet. Cum autem haec et alia iſtiusmodi peruulgarentur Regi Ottoni, grauiter commotus, totum imperialiter repoſcebat, quod Sancta Dei pauperibus diſtribuebat; ubique mittens exploratores, qui eius nuntios, indigentibus munera portantes, expoliarent et contumelia affectos remitterent. Haec et his ſimilia cum immerito ſuſtineret Chriſti famula; quod illi uidebatur moleſtius, haud minus grauem iniuriam ſibi intulit Henricus, quem miro affectu amoris cunctis praepoſuerat filiis. Ad extremam compellebant eam dotales regiones relinquere et ſacro uelamine ſe conſignare. O beatam Dominam, quae multis tentata, nec tamen tentationi ſuccubuit euicta! Quid creditur illi ineſſe moeroris, dum undique angebatur tanta ui tribulationis? Minus moleſte ferret, ſi Henricus, quem egregie amauit, fratri non concordaſſet. - - - Cum autem Sancta Dei uidiſſet moleſtias filiorum ſibi non minui, ſed de die in diem plus augeri, relinquens quidquid Rex Henricus ſibi dederat in dotem, in accidentali regione adiit Angerinenſem ditionem* etc. Sed haec ſimultas paullo poſt compoſita fuit, atque filii perſeuerabant in concordiae ſtudio.

§. LXXXVI.

Mathildis compellatio honorifica.

Maritus dilectam ſuam Mathildem pariter ac Ottones matrem auiamque, morum ſanctitate clariſſimam, ſaepius appellant honorifice:

SCHA-

SCHATEN. Ann. Paderb. P. I pag. 257: *quod rogatu coniugis noſtrae domnae reginae Machtildis una cum prole et aequiuoco noſtro - - ſicut anteriorum Francorum regum temporibus praefato monaſterio conceſſum fuiſſe.* CHRONIC. GOTWIC. T. I p. 139. §. LXXXVII

IDEM SCHATEN. ibid. pag. 261: *nam noſtris crebreſcentibus peccatis multimodos paganorum caſtigatores, quibus Chriſticolas afflixerunt ſentimus inter quas etiam Machtildam dilectam coniugem noſtram - - interpellantem cognouimus.* MEIBOM. ſcrip. trer. Germ. T. I p. 358., 748.

IDEM ibid. pag. 271: *pro nobis, coniuge proleque noſtra Dei miſericordiam exorare - - - per interuentum dilectae coniugis noſtrae Machtildis et Vnwani Paderborn eccl. Epiſc.*

BARING. in clauis diplom. praefat. p. 18 ſq. in uariis diplomatibus Ottonis I quae KETTNER in antiquitat. Quedlinburg. uitioſe ediderat: *rogatu uenerandae ac dilectae Domnae matrisque noſtrae Mahtildae* etc. iterum p. 22.

IBIDEM p. 20: *proinde in elemoſina Domini genitoris noſtri Heinrici Regis noſtraeque Dominae ac matris Reginae Mahthildae, nec non et pro anima dilectiſſimae coniugis noſtrae Edgidis* etc.

LEVCKFELD. in Antiquit. Michaelſteinenſ. p. 83: *qualiter nos dilectiſſimae matris noſtrae Mechtildae Reginae petitioni obedientes* etc. add. LVNIG. R. A. II Contin. II Fortſ. p. 339 ſq.

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII p. 487: *per interuentum piorum progenitorum noſtrorum ſcil. Mathilde mitiſſime auie noſtre, matrisque noſtre Adelheide* etc.

§. LXXXVII.

Mathildis praedia ad uſum Canonicum conceſſit, approbante Ottone II.

Piam quandam donationem Mathildis roborat Otto II in tabulis a KETTNERO in der Kirchen- und Ref. Hiſtor. des Stiffts Quedlinb. in Beylagen p. 6 aſſeruatis: *qualiter nos more regio de ſtatu S. Eccleſiae corroborando tractantes, ob interuentum Dominae Mathildis reginae noſtrae uidelicet auiae, Canonicis in ſuburbio Caſtelli Quidelingiburg manentibus, regalitatis noſtrae priuilegium donare decreuimus, ut liberam inter ſe Abbatem ſeu primicerium eligendi habeant poteſtatem, ſicut in caeteris Abbatiis regiae dominationi ſubiectis. Praedia uero, quae praenominata uenerabilis regina Mathildis noſtra uidelicet auia, pro ſalute animae ſuae, uel parentum noſtrorum, ad uſum canonicum ibi Domino deſeruientium eidem loco conceſſit, concedimus* etc. De titulo Semper Augu-

§. LXXXVII ſtae diximus cap. I §. XIIII. Sed an Mathildi recte tribuatur, haeſito, quamquam haud ignorem, Ottonem matrem ſuam ita appellaſſe in diplomate, quod ex LVNIGII Spicileg. eccleſiaſt. T. III p. 184 reddemus:

Otto I, rogante matre Mathilde, ſemper Auguſta, uiduae cuidam res mariti in beneficium dat.

In nomine Sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto, diuina gratia Imp. Auguſtus, nouerit omnium fidelium noſtrorum praeſentium, quam per tempora ſuccedentium induſtria, rogatu, imo, ut ita dicamus, iuſſu matris noſtrae Mathildis ſemper auguſtae, cui uelle refragari nequaquam dignum duximus, uiduae cuidam Svvitgeri Adalauit in partibus Slauoniae nos dediſſe in beneficium, quicquid praememoratus eiusdem maritus noſtro Dono, dum uixit, uiſus eſt poſſidere, eo pacto, ut quando eadem Adalauit morti debitum perſoluerit idem ad dantem beneficium haberet regreſſum. Non poſt multum uero temporis cariſſimam noſtram coniugem Adelheidem Imperatricem Imperii noſtri conſortem ac filiam noſtram ſupplicatura congreſſa eſt, orans et obnixe deprecans, ut Diuinae gratia cauſa pro ſe ſupplicaturae noſtram Maieſtatem aggrederentur. Et ipſae, (quae uellet, cognitio,) nos inſimul ipſius deſiderio ſatisfacientes aggreſſae ſunt. Qua propter petitione ut dignum erat, ceſſimus, per exiles preces ſicuti deſiderauit iam dicta Adalauit, partem eiusdem beneficii tradidimus Sanctimonialibus Quitilingeburgenſis coenobii, quae dicitur Slauonice Ottliua cum tota marca eidem uillae cum omnibus adiacentibus, mancipiis, paſcuis, cultis agris et colendis, uia et inuia et quicquid utilitatis aquarum curſibus, mobilibus et immobilibus fieri poſſe noſcitur. Inſuper et ſi quis in eadem marca in comitatu Rigtagi comitis ſita aliquid rapuiſſe euincitur, poteſtatiue in uſum iam dictarum ſanctimonialium raptis priuari rapinis dicimus, et ut praecepti noſtri ſeries magis ſtabiliri ſecundum noſtrorum uelle noſcatur, hanc chartam conſcribi praecepimus, annuli noſtri impreſſione manu propria roboramus. Signum Dom. Ottonis Magni Imperat. Luidolfus Cancellarius ad uicem Wilhelmi Archicap. ſcripſi. Dat. 6 Kal. Nou. an. 968 Indict. XI Anno Imp. Ottonis Imperii II. Actum Quitilingeburg feliciter Amen.

partemque huius beneficii ſanctimonialibus Quedlinburgenſis coenobii, uidua petente, reddit.

§. LXXXVIII.

§. LXXXVIII.

Ottonis M. coniux prior Editha, Eduardi Regis Anglorum filia, apud hiſtoriarum auctores non ſine laudum praeconiis commemoratur, pariter ac mariti aliorumque tabulae eandem mori uetant. Ex diplomate Ottonis I, quo Bergenſe coenobium fundatur, diſcimus, locum Magdeburg Edithae dotem fuiſſe; quod cel. HAHN. in annotat. ad hoc diploma uberius monſtrauit.

§. LXXXVIII. LXXXIX. Editha Ottonis I coniux prior.

LINDENBROG. Script. Rer. Germ. p. 130: *per interuentum charae coniugis noſtrae Edgidae* etc. MEIBOM. Tom. I. rer. germ. p. 740.

HEDA de epiſcop. Vltrai. *qualiter nos interuentu dilectae coniugis noſtrae Edgidae* etc.

LEVCKFELD. Antiq. Poeldenſ. p. 274: *qualiter dilecta coniux Aedid, et Luitulfus noſter dilectus filius noſtros pulſauerunt aures* etc.

SCHATEN. Ann. Pad. P. I p. 277: *interuentu coniugis noſtrae reginae Eudiht ſimulque filii noſtri Liudulfi.*

HARTMANNI Annales Einſidel. p. 53: *qualiter nos pro remedio animae noſtrae, uel etiam dilectiſſimae coniugis noſtrae beatae memoriae Etgidis, quaſdam res proprietatis noſtrae - - - tradidimus.* Addatur HEDA cit. loc. p. 84. LVNIG. Spicil. Eccleſ. T. I p. 5 inter chartas Magdeburg: *pro anima dilectiſſimae coniugis noſtrae Edgidis.*

§. LXXXVIIII.

Adelheidis, altera Ottonis I uxor, Rudolphi Burgundiae Regis filia inſigni pietatis ac prudentiae laude florebat. Regni gubernacula non ſolum cum marito ſolertiſſime tractabat, ſed et regnante filio et nepote tutelam atque curam regni multa cum auctoritate gerebat; qua propter ab ODILONE in uita illius cap. III in LEIBNIZ. Script. Brunſuic. T. I p. 263 *Auguſtarum omnium auguſtiſſima* nominari digna cenſetur. Emma Lotharii VI regis Franciae occidentalis in Gerberti epiſtola 75 et 128 eam *matrem regnorum* appellat. Plura teſtimonia reperis in cel. SCHWARZII, Fautoris et Collegae noſtri ſummopere uenerandi, Differtat. de Mathilde Abbatiſſa Quedlinb. aliquando uicaria Imperii, itemque in TEVTSCHER FVRSTINEN SAAL §. 20 ſq. In SELECTIS JVRIS PVBL. nouiſſ. Part. X cap. 11.

Adelheidae elogium.

§. LXXXX. Tantum ſua probitate profecit, ut, ſi non fallit Odilo, uariis miraculis celebraretur.

§. LXXXX.

Primus Adelheidae maritus Lotharius, Rex Italiae.

Primi thalami Adelheidis ſocius erat Lotharius, Rex Italiae, qui ſponſam ſuam larga dote, iure dominii conceſſa, beauit. Literas dotales MARGARINI in bullar. Caſin. T. II p. 41 ex archiuo S. Saluator. Papienſ. promſit; easque nos in appendice recitabimus.

Ab Ottone regni dotis lege Abbatiam Treuir. S. Maximini accipit Adelheidis.

Otto dotis nomine Adelheidi, conſentiente Pontifice Rom. impertiuit abbatiam S. Johannis Euangeliſtae in ſuburbio Treuirenſi ſitam, ubi quieſcit corpore S. Maximinus. Chartam ex raro ZYLLESII libello P. III p. 18 n. 11 eo libentius porrigimus, quod et abbatis S. Maximini officium capellani Imperatricis monſtrat.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Quamuis omnium Eccleſiarum Dei curam nos oporteat gerere, praecipue tamen, et ſpecialius illius Eccleſiae profectum et honorem augere, et confirmare dignum duximus, de qua et per quam Regni noſtri, et Imperii corroboratur ſtatus, et per quam contectalem noſtram, more praedeceſſorum noſtrorum, dotali lege nobis aſſociare, et in Regnum et Imperium ſublimare debemus. Quapropter fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam et futurorum magnitudini notum eſſe uolumus, qualiter nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu Regni tractantes, deuotamque ſollicitudinem praedeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum, Conſtantini uidelicet, ſanctae Helenae filii, nec non Theodoſii, Mauritii, Dagoberti, Pippini, ſed et Magni Karoli, aliorumque poſt illos usque ad nos imitari cupientes, Adelheidam conjugem noſtram dilectiſſimam cum Abbatia S. Joannis Euangeliſtae, quae in ſuburbio Treuirorum ſita eſt, ubi S. Maximinus pretioſiſſimus Confeſſor corpore quieſcit, cum omnibus Eccleſiis et poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis iuſte et legaliter pertinentibus, ſicut antea, cum nuptiali foedere et Regali conſecratione eam nobis aſſociaremus in Regnum ultra montes in Galliae partibus, ita nunc et in hac Romana urbe, Sanctiſſimo uiro Joanne ſummo et uniuerſali Papa, Beati Petri Apoſtoli uicem gerente, per Apoſtolicae ſuae auctoritatis Priuilegium confirmante, cum praefata Abbatia ſicut primitus in regnum, ita et nunc in Imperium dotamus, ſublimamus et corroboramus, praecipientes

pientes uidelicet, et per hoc noſtrae auctoritatis Priuilegium firmiſſime decernentes, ut idem locus, cui Venerabilis Vir, Williherus Abbas, iam praeeſſe dignoſcitur, a Regni dote quacunque arte uel ingenio, nunquam auellatur, nec alicui ſedi, uel Eccleſiae, nec alicui Eccleſiaſticae, ſiue mundanae perſonae famula aut appendix unquam ſubiaceat. Sed ſicut ſub praedeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque ſucceſſorum noſtrorum Mundiburdio et defenſione, et Apoſtolicae ſedis dotata munimine, ab omni perturbationis moleſtia libera ſemper et immunis permaneat. Decernimus etiam atque conſtituimus, ut praefatus Abbas, omnesque ſui ſucceſſores praedictae coniugi noſtrae, Adelheidae ſcilicet, Imperatrici, aliisque poſt illam Reginis uel Imperatricibus ad Capellam, ad menſam in curia regia ſeruiant, et ſeruitium, quod in ſecundo ſemper anno de eadem Abbatia, dictante iuſtitia, daturi ſunt, ſibi exhibeant. Ipſi uero, quotieſcunque ad Regalem curiam uenerint, de regia menſa paſcantur et inter curiales et domeſticos Regis et Reginae, qui regio cibo ueſcuntur, non infimi ſemper habeantur, prout decet illum ſacratiſſimum locum, et prouiſores ac Miniſtros illius Eccleſiae, per quam cuncti Reges et Imperatores per uiciſſitudines temporum cum ſuis coniugibus in Regnum et Imperium ſemper confirmabuntur. Statuimus inſuper et hac noſtra Imperiali auctoritate ad praebendam fratrum in antedicto Monaſterio Deo, ſanctisque eius ſeruientibus corroborare decreuimus, quidquid ſub Anteceſſoribus noſtris Conſtantino, Dagoberto, Pippino, Karolo, Arnulpho et Henrico Patre noſtro ad noſtra usque tempora, ad peculiaritatem illorum in Eccleſiis aut locis ſuper notatis, pertinere uidebatur, ut ex his uictum atque ueſtitum conſequantur: hoc eſt, Apula, Suaueheim, Euernesheim, Mannendal, Narheim, Bukinheim, Alfontia, Scheringesfelt, Vknesheim, Baſinbach, Siemera, Gunthereshuſem, Ruosbah, Holzhuſun, Folcmaeresbach, Riuenaha, Loauia, Windingun, Ochisheim, Rateresdorff, Buſtat, Meisbrath, Ebeno, Decima et Vallis cum ſuis pertinentiis, Markedeth, Daleheim, Linniche, Mierske, Euerlinga, Fula, et quod in pago Salnenſe, uel in Ciuitate Metenſi, uel circum circa in Villa Wilere in uineis aut agris habere uidentur, uel in pago Nahgovve in his Eccleſiis, Cozoluesheim, Albucho, Wildiſtein, Wienheim, aut iuxta moſellam, Didenhouun, ſiue quod ultra Rhenum in curte, quae Prichina uocatur, cum omnibus §. LXXXX.

§. LXXXXI bus ad eam pertinentibus Sanctus Maximinus habere uidetur, Murmirdinga, et Druhdilginga, quae ad cellam in Tauena aſpicere probantur. Haec igitur loca, et poſſeſſiones, et omnes S. Maximini Eccleſias, cum decimis, et ſalicis decimationibus ad praebendam fratrum et ad uſus hoſpitum peregrinorum ac pauperum delegamus et corroboramus. Et ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum uel Imperatorum, neque Abbas aliquam de praedictis curtem uel Eccleſiam cuiquam beneficiare praeſumat, per hoc noſtrae auctoritatis praeceptum firmiſſime praecipimus. Et, ut hoc, quod ad honorem regni noſtri et Imperii et ad utilitatem eiusdem loci ſtatuimus, firmum ſemper et ſtabile permaneat, cartam hanc inde conſcribi, et ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Ottonis Magni et inuictiſſimi Imperatoris Augusti. Ludolfus Cancellarius ad uicem Wilihelmi recognoui. Data Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXII Indictione quinta Anno Imperii Domini Ottonis primo. Regni uero Sereniſſimi Regis Ottonis Filii eius ſecundo. Actum Romae in Dei nomine feliciter. Amen.

Conf. MOSERS Staats-Recht des Chur-Fürſtl. Ertz-Stiffts Trier, wie auch der gefürſteten Abtey Prün und der Abtey S. Maximin.

§. LXXXXI.

Adelheidis alio dono mariti honoratur.

Praeterea curtes nonnullas Adelheidae ſuae maritus a. 968 donauit, quas nominatim refert diploma TOLNERI in codice diplomatico Palatino p. 19:

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Notum facimus omnibus fidelibus noſtris, praeſentibus ſcilicet et futuris, qualiter nos per interuentum ac petitionem amantiſſimi filii noſtri Ottonis Imperatoris dilecte coniugi noſtre Adelheidi Imperatrici, regnorumque noſtrorum conſorti, in proprium donauimus iuris regni noſtri quasdam curtes, ita nun-

Suehuſum.

cupatas Hohfeldon et Saramereſheim, Suehhuſum, et Marinzavviler

Curtes cum appendicibus accurate deſcribuntur.

atque Saliſe, ſitas in Eliſazium in comitatu Hugonis Comitis cum Eccleſiis, curtibus, aedificiis, mancipiis, terris, cultis et incultis, agris, campis, pratis, paſcuis, ſyluis, uineis, uenationibus, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, molendinis, molendinorumque locis, exitibus, reditibus, queſitis et inquirendis, mobilibus et immobi-

mobi-

mobilibus rebus, omnibusque pertinentiis, que dici uel nominari poſſunt, ad praefatas curtes Hohfeldon, Saramereſheim, Suehhuſum et Marin. Zanvviller atque Saliſe pertinentibus (ut iam prediximus) noſtre dilecte coniugi Adelheidae Imperatrici, regnorumque noſtrorum conſorti, in integrum donauimus, ut iure hereditario habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, donandi, uendendi, commutandi, quicquid ei exinde placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre authoritatis donatio omni tempore firma ſtabilisque permaneat, iuſſimus inde hoc preſens preceptum conſcribi. Quod ut uerius credatur, & diligentius ab omnibus obſeruetur, hoc preceptum manu propria ſubtus firmauimus, annulique noſtri impreſſione ſigillari fecimus. §. LXXXXI

Signum Domini Ottonis Magni & inuictiſſimi Imperatoris noſtri.

Rutgerus Cancellarius ad uicem Hattonis Archi-Praeſulis & ſummi Capellani recognoui et ſubſcripſi.

Data XVI Kal. Decemb. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione. . . . Anno regni ſereniſſimi Ottonis Regis XXXIII. Imperii ſcilicet ſui VII.

Actum Aterno ciuitate, que ſita eſt ſuper fluuium, qui ſic dicitur, in Chriſti nomine feliciter. Amen.

§. LXXXXII.

Ex ODILONIS lib. I cap. 6 diſcimus, Adelheidem propriis ſumtibus monaſteria condidiſſe in loco Paterniaco et iuxta Ticinenſem urbem. Sic et in ciuitate Nordhuſae eccleſiam cum ſacrarum uirginum monaſterio S. Crucis extruxiſſe dicitur. AYRMANN in Syllog. anecdot. in prolegom. KOENIGSHOVEN Elſaſſiſche Chronicke ex edit. Schilteri p. 287. *Do men zalte DCCCCLXXXX jor. do wart das Kloſter zu Selſe an dem Rine geſtiftet und gerichet von Sant Adelheit des groſſen Keiſers Otten frowe, und ſü ſtarp ouch in demſelben Kloſter und lit ouch lipbaftig darinne.* Dum tutelam curamque regni gereret Adelheidis, ipſa diploma monaſterio S. Fructuoſi martyris in territorio Januenſi ſito, dedit, in VGHELL. T. IV Ital. Sacr. p. 843.

Adelheidis uaria coenobia condit;

2. in Monaſterium S. Fructuoſi liberalitatis documentum confert.

§. LXXXXII In nomine Domini noſtri Dei et Saluatoris JEſu Chriſti.

Tertius Otho Dei gratia Imperator Auguſtus, anno Imperii eius Deo propitio tertio, prima die Aprilis Ind. 14. Monaſterio S. Fructuoſi, quod eſt conſtructum in Comitatu Ianuenſi prope littus maris, locus qui dicitur Caput Montis, ubi nunc dominus Madelbertus Abbas praeordinatus eſſe uidetur. Ego Adelagia Imperatrix Auguſta filia bonae memoriae domini Rodulphi Regis Burgundiae, et relicta bonae memoriae domini Othonis Imperatoris, quae profeſſa ſum ex natione mea lege uiuere ſalica, offertrix, et donatrix ipſi Monaſterio propterea dixi. Quisquis in ſanctis locis, et uenerabilibus ex ſuis aliquid rebus contulerit iuxta actoris in hoc ſeculo centuplum accipiet, inſuper et quod melius eſt, uitam poſſidebit aeternam. Ideoque ego quae ſupra Adelagia Imperatrix dono, et offero a praeſenti die in eodem Monaſterio S. Fructuoſi pro anima praedicti q. domini Othonis Imperatoris uiri mei, ſeu mercede, et pro fomento filii mei Karoli, quem Dominus Deus, et Saluator noſter JEſus Chriſtus reddidit mihi de fluctibus maris turbidi uiuum et ſoſpitem, per merita beatiſſimi Fructuoſi, et per orationes bonorum uirorum ibidem Domino famulantium, et ordine ſicut hic ſubtus legitur. Id eſt petiam unam de campo aratorio iuris mei, et habere uiſa ſum in loco, et fundo Vrtae, uel eius territorio et iacet in loco ubi dicitur Ponticelus, quod eſt petia ipſa . . . . . per menſuram iuxta . . . . . 112. et haeret ei ab una parte pratum, ab alia fontana Sperondei & Orbexella, a tertia pratum longum, a quarta pratum et Orbexella, et petiam unam terrae aratoriam, et iacet loco ubi dicitur Brugnata in fundo Vrtae, et ipſa petia per menſuram iuxta uices S. O. cohaeret ei de duabus partibus terra mea, quam in mea reſeruo poteſtate, De reliquis duabus partibus uias publicas ſibique alter ſunt cohaerentes in Comitatu Ianuenſi totum pratum Delphinum, cum acceſſibus, et aggreſſibus, cum ſuperioribus, et inferioribus ſuis, et cum omni iurisdictione cum Piſcaria, falconeria, et omnibus uenationibus Capitis montis. Ita quod nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu datio, Decanus, Conſul, nullaque perſona magna uel parua poſſit auferre fodrum, ſeu collectam uel ducitam aliquam in ipſo loco nec tenere placita de hominibus habitantibus ſiue degentibus in eodem loco. Sed Abbas Monaſterii nominati habeat noſtra conceſſione et confirmatione, nulla obſtante exceptione, plenam

Karolus, Adelheidae filius, memoratur.

nam iurisdictionem cauſas cognoſcendi, et ſententias definiendi fodrum et collectas imponere moderatas omnes antiquas rationabiles conſuetudines regales ab habitatoribus ipſius capiendi habeant facultatem. Inſulam namque ipſius loci in eodem Monaſterio dono, et offero pari mercede. Quae omnia ſuperius nominata ab hoc die dono, et offero in eodem ſancto et uenerabili Monaſterio, ut dixi, pro animarum noſtrarum mercede ad uſumfructum, et monachorum ſumptum, qui ibidem pro tempore Deo famulantium ſeruierint. Inſuper per cultellum friſtruen . . . . notatum . . . . terrae atque ramum arboris, et amphoram plenam aquae maris ibidem exinde legitimam facit donationem, et traditionem, et ueſtituram foris me expelli, et exinde . . . et ab ſarcito fe . . . et pars ipſius Monaſterio pró animarum noſtrarum mercede relinqui facientes exinde proprietario nomine quicquid uoluerint ſine omni mea, et haeredum ac proheredum meorum contradictione, uel repetitione ad tenendum, habendum, poſſidendum, uſufructuandum et in perpetuum poſſidendum. Si quis uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Adelagia Imperatrix, quod abſit, et nulli de haeredibus et prohaeredibus meis ſeu quilibet oppoſita perſona contra hanc chartulam offerſionis ne quandocumque tentauerimus, aut eam per quoduis ingenium infringere quaeſierimus, uel ab unoquoque hoc non defenſauerimus, tunc inferamus pars ipſius monaſterio, uel contra quam exinde litem retulimus mulcta, quod eſt poena auro optimo unciae duodecim argenti ponderis 24 et quod reperi . . . . et uindicare non ualeamus, ſed praeſens haec chartula offerſionis meae ſicut ſuperius legitur firma maneat atque perſiſtat inconuulſa cum ſtipulatione ſubiunxit, et pergamena cum atramentario de terra eleuans me paginam in Oderico Notario, & iudex ſacri palatii tradidi et ſcribere rogauit, in qua ſubtus confirmans, teſtibusque obtulit roborandam.

§. LXXXXII

traditio ſymbolica.

poena conuentionalis.

pergamena cum atramentario de terra leuatur.

Actum in Sancto Fructuoſo loco qui dicitur Caput montis prope urbem Ianuae feliciter.

Signum manus Adelagiae Imperatricis, quae hanc chartulam offerſionis fieri rogauit ut ſupra, et relicta eſt ei.

Signum manuum Vuiligii Maguntini Archiepiſcopi, Ravizonis comitis, Petri, ſeu Stephani, atque Adam teſtes.

P 2 Signum

Digitized by Google

§. LXXXXII Signum manuum Gaudentii, et Azonis, et Angelberti omnes lege uiuentes Salicites.

Ego Odericus Notarius, et Judex ſacri Palatii, et ſcriptor huius chartulae offerſionis poſt tradita rogatus compleui, ſcripſi, et dedi.

§. Stilus harum tabularum alienus.

Chartam peregrinum habitum oſtentat; haud negamus, ſed magis ſpeciem placiti uel inſtrumenti iudicialis quam diplomatis curiae imperialis prae ſe fert. VGHELLVS plures huius generis tabulas affert, quae notariorum Italicorum ſtilum ſapiunt. Formula: *quae profeſſa ſum ex natione mea lege uiuere Salica*, Imperatrici uix tribuenda uidetur. Carolum, Adelheidis filium, uetera monimenta ignorant; aut Notarius lapſus eſt, aut Vghellum, ut ſaepius, littera fefellit. Traditionis Symbola explicat MARGARINI Bullarium Caſinenſe T. II p. 130 in diplom. donationis Mathildae Comitis a. 1114: *Inſuper per Cultellum, Feſtucum nodatum, Guantonem, et Guaſonem terrae, atque Ramum arboris, coram teſtibus, legitimam facio uobis conceſſionem, cum omni bonore, ſicuti mibi pertinere uidentur; Salua reuerentia Romanae Eccleſiae.* De ritu chartae a terra tollendae, diximus ſupra §. LXX ad Richildis Reginae tabulas.

§. LXXXXIII.

Donatio pia pro monaſterio S. Saluatoris, ab Adelheida fundato.

Geminum huius diplomatis fratrem exiſtimaueris libellum Adelheidae, quem MVRATOR. in Antiquitat. Ital. T. II p. 171 ſqq. et MARGAR. in Bullar. Caſinenſ. t. II p. 44 porrigit:

In nomine Domini Dei et Saluatoris noſtri IEſu Chriſti. Tercius Otto gratia Dei Imperator Auguſtus, Anno Imperii eius Deo propicio 1) Tertio, XII die menſis Aprilis, Indictione XII. Moneſterio Domini Saluatoris, quod eſt fundatum foris et prope Ciuitate Papia a Domna Adaleida 2) Imperatris Auguſta, ubi in ipſum Moneſterii ſanctum corpus beati Felicis Chriſti Martiris requieſcit, et ubi nunc Domnus Ildebaldus Abba ab hac dicta Domna Adelaida 3) Imperatricis preordinatus eſſe uidetur. Ego ipſa Adaleida Imperatrix, filia bone memorie Domni Rodulfi Regis, et relicta bone memorie Domni Ottonis Imperatoris, que profeſſa ſum ex natione mea Lege uiuere Salicha, 4) ofertris et 5) donatris ipſi Moneſte-

neſterio preſens preſentibus dixi. Quisquis in ſanctis ac uenerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus, 6) iuſta 7) actoris uocem in hoc ſeculo centublum accipiet, inſuper & quod melius eſt, uitam poſſidebit aeternam. Ideoque ego que 8) ſupra Adaleida Imperatricis dono et offero a preſenti die in eodem Moneſterio Domini Saluatoris pro anima predicto bone memorie Domni Ottoni Imperatoris, 9) qui fuit uir meus, ſeu item Ottoni ſimiliter Imperatoris, qui fuit filio meo, atque pro anima 10) Tercio Ottoni Imperatoris Abiatico meo, ſeu pro anima mea, meorumque parentum mercede, et ordine ſicut ic 11) ſubter 12) lecte ſunt: Cortes duas domoi-coltiles cum Caſis et Caſtris, et capellis, atque rebus omnibus ad ſe pertinentibus iuris mei, quibus ſunt poſitos ipſas cortes infra Italicum Regnum; una in loco fundo Mallaga, cui coërentias decernitur. Habet fines de mane de fluuio Pado usque ad Rupta de Albareto, quod eſt iuſta Terra ſancti Silueſtri, et usque in Pallude . . . . . . et usque ad Foſſato . . . . . . ſancti Victoris, et usque in Tartaro, et ad Tartaro usque ad Foſſa de caput Fraxani; de capite Fraxani usque ad ſancti Michaelis, qui uocatur Coternione, et uadit usque in Tartarello . . . . . . ad loca Melani, et usque ad Foſſa Ruzia, et usque in Palude de Paſcula, et uadit usque ad Doſſum Fraxanaria, et usque ad Palude Mala, et usque ad Corrigia in Tengola, et usque ad Corrigia Boniuerti, et usque ad Inſula, et usque in predicto fluuio Padi, et eſt per menſura iuſta inſimul iugeas ſex millia, Aliacus, Remoratica ſimul iugeas ſeptemcentos ſexaginta ſex . . . . . . in currente Telione in Pauledeberto, in Marlongo, et quomodo tenet Foſſato Scalide usque in Grilla, et ex alia parte ipſe . . . . in Telione. Et ſi amplius de meo iure rebus ab ipſas Cortes et rebus pertinentibus plus inuenti ſunt, quam ut ſuperius legitur, in integrum . . . . . per anc Cartam offerſionis, et pro remedio anime mee in iure et poteſtate ipſius Moneſterii perſiſterit omnia, ut dictum eſt. Ipſas Cortes domoi-coltiles cum caſis et Caſtris ſeu Capellis, ſiue terris, uineis, pratis, paſcuis, ſiluis, ac ſtallareis, riuis, rupinis, ac paludibus, molendinis ac piſcationibus, mercatis et tholoneis, ſeu diſtrictis, ripaticis, coltis et incoltis, diuiſis et indiuiſis, una cum finibus et terminibus, acceſſionibus et uſibus aquarum aquarumque ductibus, cum omnibus iuribus, adiacentiis et pertinentiis earum rerum per loca et uocabula ad ipſas cortes et caſtris ſeu capellis et rebus pertinentibus uel aſpicien-

LXXXXII

§. LXXXXIII cientibus, cum predictos ſeruos, ancillas, aldiones, uel aldianas, exinde pertinentibus, praeter quod antea, nam ut aliud, omnia in integrum.

Quem autem ſupra ſcriptas Cortes duas domui-coltiles cum predictis Caſis, Caſtris ſeu Capellis atque rebus omnibus ad ſe pertinentibus uel aſpicientibus iuris mei ſupradictas una cum acceſſionibus et ingreſſores earum, ſeu cum ſuperioribus et inferioribus earum rerum, qualiter ſupra legitur, cum predictos ſeruos et ancillas, aldiones uel aldianas in integrum, ab ac die in eodem Moneſterio Domini Saluatoris iam dictas Cortes domui-coltiles cum predictis Caſis, et Caſtris ſeu capellisque rebus omnibus, ſiue ſeruis et ancillis, aldiones uel aldianas ad ipſas Cortes et rebus pertinentibus donare et offerre uideor in eo ordine ſubter legitur; ita ut faciant exinde ipſe Abba et Monachos ipſius Monaſterii, qui nunc et pro tempore in eodem Monaſterio ordinati ſuerint, et die noctuque Deo ſeruierint, ad eorum uſu et ſumptu de predictas Cortes domui-coltiles, ſeu caſis et caſtris ſiue capellis et rebus omnibus atque de fruges et reddituum ſeu cenſuum quod exinde exierit, et Dominus dederit, ſiue de ſeruitio de predictos ſeruos et ancillas, aldiones et aldianas ab ſuorum uſu et ſumptu quidquid uoluerint ſine omni mea ac proheredum meorum contradictione uel prohibicione, ſeu pro anima predictorum Ottoni quondam Imperatoris, et item Ottoni ſimiliter Imperator, atque Tertio Ottoni Imperatoris, ſiue mea, uel parentorum meorum mercede. Inſuper ego que ſupra Adaleida Imperatris partem ipſi Monaſterio Domini Saluatoris de predictas Cortes domui-coltiles, atque de predictis Caſis, Caſtris, ſeu capellis et rebus omnibus, ſiue de eiſdem ſeruis et ancillis, aldiones et aldianas ab ipſas cortes et rebus pertinentibus, legitimam facio tradiuam et ueſtituram per cultellum 13) feſtuca notatum, vvantonem, et vvaſonem terre, atque ramum arboris; et me exinde foris expuli, Warpiui, et adſaſito feci, et ad partem ipſi Monaſterio eis relinqui faciendum exinde pars ipſi Monaſterio Domini Saluatoris a preſenti 14) ordine, ſicut hic ſubter legitur, quod uoluerit ſine omni mea et heredum ac proheredumque meorum contradictione, ſeu pro anime predicto quondam Ottoni et item Ottoni Imperatoris, qui fuerunt uir, et filio meo, atque pro anima Tertio Domno Ottoni ſimiliter 15) Abiatico meo, ſiue mea, meorumque parentorum

rum

rum mercedem. Ita tamen ut ipſe Abba et predictos Monachos pro anima predictorum Domni Ottoni, et item Ottoni Imperatoris, ſeu 16) pro Tertius Domnus Otto Imperator, atque pro me peccatrice, ſeu pro anime parentorum meorum die noctique apud Deum exorare dignetur, et qualiter exinde fecerint, Deum omnipotentem cum omnibus Sanctis ſuis habeant retributorem. Si quis uero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa Adaleida Imperatris, quod abſit, aut nullus de heredibus ac proheredibus meis, ſeu quislibet oppoſita perſona contra anc Cartulam offerſionis 17) mee quandoque tentauerimus, aut eam per covis genium infrangere queſierimus, tunc 18) inferamus parti ipſius Monaſterio Domini Saluatoris, uel ad illam partem, contra quem exinde litem intulerint, multa quidem pena auro optimo uncias centum argenti ponderas mille: et quod repetierimus, uindicare non ualeamus, preſens anc Cartulam offerſionis diuturnis temporibus firma permaneant atque perſiſtant inconuulſa cum ſtipulatione ſubnixa. Et bergamena cum atramentario de terra eleuaui me (et) paginam Iohanni Notario Sacri Palatii tradidit et ſcribere rogaui, in qua ſubtus confirmans, teſtibusque obtulerit roborandam. LXXXXIII.

Actum infra Caſtrum, qui dicitur Aſterna Iudiciaria Alſaſienſe feliciter.

Signum manus ſupraſcripte Adaleida Imperatris, qui anc Cartam offerſionis fieri rogauit, et ei relecta eſt.

Signum manus Liuzoni filius quondam Ermenfredi, Lege uiuente Salica teſtis.

Signum manibus Amizoni filius quondam Benoni et Adam filius quondam Andrei, ſeu Predeverti filiorum 19) Fini teſtes.

20) Ego qui ſupra Iohannes, Notarius Sacri Palatii Scriptor uius Cartule offerſionis per data licentia Domni 21) Acumanni Comitis iſtius Comitatu Alſaſienſe, poſt tradita compleui et dedi. 22)

Turba-

1) MARGAR. duodecimo. 2) Imperatrice. 3) Imperatrice. 4) offertrix. 5) donatrix. 6) iuxta 7) auctoris. 8) ſum. 9) Ottonis qui eſt filius meus. 10) tertii Ottonis. 11) infra. 12) legitur ſunt. (In ſequentibus inſigniter diſcrepat. 13) filtucum nodatum. 14) die et ordine. 15) Imperatoris Abiatico. 16) per tertium. 17) ire. 18) intra ſcriptam pacti cum Monaſterio. 19) firmi. 20) Additum: Ebbo Judex Domni Imperatoris rogatus ſubſcripſi. 21) Joanni Comitis iſtius Comitatus Alſatienſe. 22) Additum: Ego Donum Dei Notarius ſacri Palatii authenticum huius exempli uidi et legi, et ſic inibi continebatur, ſicut in hoc legitur exemplo, praeter literam plus, minusue, et hoc exemplum ſcripſi.

§. LXXXXIII a. Critica animaduerſio in praecedens diploma.

Turbatae notae chronicae atque inuſitatus ſtilus et barbarus faedam hiſce tabulis maculam adſpergunt; ſed expendamus, iſtas extra curiam Caeſaris ab hominibus imperitis compoſitas fuiſſe. Ceterum non poſſumus, quin CHRONICI GOTWICENSIS criſin pag. 224 allatam referamus:

Inter omnes denique maxime, curioſa eſt Chronologia, quae occurrit in charta Adelheidis Imperatricis auiae Ottonis III, qua bona et Jurisdictiones etc. Monaſterio S. Saluatoris Papienſi elargitur apud Margarinum Bullario Caſinenſi Tomo II pag. 44 ubi, praeterquam quod uel Margarinus uel librarius quiuis alius diem 12 Aprilis annumque 969 Summario laudati diplomatis uitioſiſſime adſcripſerit, in titulatura initiali occurrit: *Otto Dei gratia Imperator Auguſtus anno Imperii eius Deo propitio duodecimo, die duodecima menſis Aprilis, Indictione duodecima* etc. in contextu uero reliquo diplomatis legitur: *Pro anima praedicti bonae memoriae Domni Imperatoris Ottonis, qui fuit uir meus ſeu item Ottonis ſimiliter Imperatoris, qui eſt Filius meus, atque pro anima tertii Ottonis Imperatoris mei abiatici. Item pro anima praedictorum Domnorum Ottonum et item Ottonis Imperatoris ſeu per tertium Domnus Otto Imperator* etc. De Ottone enim primo id minime poſſe intelligi certum eſt, cum nec annum Imperii XII numerauerit unquam, anno ſcilicet 973, et ſic regni Imperii ſui IX fatis functus, nec tum temporis de Ottone III cogitatum fuerit, eadem obtinent de Ottone II cuius quidem annus Imperii duodecimus cadit in annum 979. Otto tamen tertius anno inſequenti, 890 ſcilicet, in lucem modo editus ſententiam iſthanc pariter eludit: de Ottone III autem, qui, cum anno 996 coronam ſuſceperit Imperialem, obieritque in principio anni 1002, numerare minime potuit annos Imperii ſui duodecim, cum non niſi quinque, ſi ſtricte loqui amemus, uel ſex ſaltem annos in diplomatibus ſuis unquam potuerit numerare: accedit rudis plane et incomptus diplomatis ſtylus, qui innumeris grammatiſmi ſoloeciſmis laborans, non terſam elegantioremque Saeculi Xmi et Ottonianorum diplomatum latinitatem, ſed incultum illum Merouingicorum temporum ſtylum imo barbariſmum refert, in cuius exempli locum ſit nobis praedicti diplomatis clauſula ſequentis tenoris: *Contra quem exinde litem intulerint multa quidem poena auro optimo uncias centum argenti ponderas mille et quod repetierint uindicare non udeant. Praeſens banc Cartam offen-*

Digitized by Google

§. LXXXIII.

offenſionis diuturnis temporibus firma permaneat atque perſiſtat inconuulſa et ſtipulatione ſubnixa, et bergamenam cum atramento de terra eleuaui et paginam Joanni Notarius ſacri Palatii tradidit, et ſcribere rogaui in qua ſubtus confirmans teſtibusque obtulerit roborandum. Quis autem non uidet a reliquorum Ottonianorum diplomatum, imo chartarum priuatarum omnium latinitate puriori, barbarum huius diplomatis Latiniſmum quam maxime recedere? Notandum ulterius eſt diploma fundationis Monaſterii S. Saluatoris, ab Adaleide Auguſta facta, cuius litteras ſub praeuio nomine Ottonis Imperatoris datas eſſe tradit Mabillonius Annal. Benedict. Tom. IV lib. XLIX pag. 24 num. 57. Anno Imperii Ottonis tertio, decimo die Menſis Aprilis, Indictione XII quod ad ipſum annum, qui Indictione XIIma inſignitus erat, ad annum ſcilicet Ottonis IIItii tertium refertur, cum tamen primus Ottonis tertii annus fuerit; unde in praedictis literis legendum putat Mabillonius: *Anno Imperii Ottonis IIItii primo.* Aliter legit Margarinus in Bullario Caſinenſi pag. 44 ubi annum Ottonis XIImum habet, hasque literas refert ad annum eius Saeculi ſexageſimum nonum, adeoque Ottoni Imo easdem tribuit: ſed contra manifeſtum diplomatis tenorem, in quo Imperatrix *ſe relictam dicit bonae memoriae Ottonis Imperatoris.* conf. etiam MABILL. Muſ. Ital. t. I P. I p. 222.

§. LXXXIIII.

Adelheidis monaſterium Murbacenſe uilla quadam locupletat.

Largitatis piae documentum in monaſterium quoque Murbacenſe contulit Auguſta, quod Ottonis II praecepto muniebatur; quamquam, ſi quem chartas ſolicitare iuuet, is nonnullas phraſes dubiae fidei repererit.

MARTENE T. I theſaur. Anecdotor. p. 93.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Ego OTTO, diuina fauente clementia, imperator Auguſtus. Nouerit fidelium ſanctae Eccleſiae, noſtrorumque, tam praeſentium, quam etiam futurorum uniuerſitas, quia Domina noſtra ADELHEIDIS imperatrix, capellam decimalem et baptiſmalem, cum tota uilla 1) Amelruheſuillre, in qua ſita eſt, cum clerico ſuo Odelrico eiusdem uillae legitimo ſacerdote, cum tota familia ſua, tam libera, quam ſeruili, cum agris, pratis, paſcuis, campis, uinetis, decimationibus, ſyluis, aquis,

Q aqua-

§.
LXXXXIIII aquarumque decurſibus, et banno, uiis et inuiis, eo tenore libertatis et iuſtitiae quo ipſa praepotens regina haec poſſidebat, pro remedio, tam animae ſuae, quam omnium parentum noſtrorum, Murbacenſi donauit eccleſiae; ea uidelicet conditione, ut ſine omni alterius aduocati oppreſſione, ſub noſtra noſtrorumque ſucceſſorum imperatorum 2) maneat tuitione. Quorum quaedam, campos uidelicet, ſyluas, aquas, aquarumque decurſus, ſicut coheredes ipſius cum ipſa ſimul haec tenuerunt, 3) et communiter eis fruebantur, ſic inter familias eorum deinceps ſine omni controuerſia communia permaneant. Statuit 4) etenim, ut ſi quis locum ipſum, uel populum, incendio, aut praeda, aut captione, ſeu aliqua uaſtatione inquietauerit, homo liber uel de libera familia damnum rei perditae in quadruplum reſtituat, et fiſco regio libras auri decem exſoluat; ſeruilis autem perſona, et qui haec non poſſit perſoluere, pilos perdat cum corio, et ſeptem annorum damnetur in exilio. Quidam etiam eodem tempore noſtram adientes imperialem maieſtatem, abbas uidelicet de coenobio Morbach, Beringer nomine, et ingenuus quidam laicus, nomine Godefridus, communi conſilio, et uoluntate, quia noſtrae immunitatis tuitione eadem 5) conſiſtit abbatia, ut noſtrae conceſſionis licentia concambium inter ſe concederemus faciendi implorauerunt. Quorum digne petitioni aſſenſum praebuimus. 6) Tunc uero praefatus Godefridus 7) ſuae proprietatis manſos VIIII in locis Dagolfesheim et 8) Heuvilare nominatis, et in eadem uilla dimidiam partem baſilicae, in pago Alſacia, in 9) comitatu Luitfridi comitis, in praelibatae abbatiae ueſtituram in integrum tradidit. 10) At ille e contra a praenominato abbate et eius aduocato Vdone, pari uoluntate in pago 11) Driſcigone, in loco Nierenburg baſilicam cum omnibus ad eam iure legitimeque pertinentibus, et in uilla uel marcha 12) Tuniringa manſos duos, in loco 13) Tohdorff manſum unum, et in loco Scalkeſtat manſum unum, et in loco Anparingen dimidium manſi in concambium recepit. Ea uero ratione, ut praefatorum locorum rebus altrinſecus datis uel receptis, aedificiis, terris, 14) ſyluis, aquis, aquarumque decurſibus, uiis et inuiis, exitibus et reditibus, decimationibus, omnibusque uſibus ad eadem loca legitime adiacentiis, ab hodierna die, et deinceps, liberalem atque ſecuram teneant poteſtatem quidquid utriſque inde libuerit faciendi; iuſſimusque hoc praeceptum

inde

inde conceſſae noſtrae licentiae conſcribi. Et ut ſupra ſcripta donatio ſenioris noſtri noſtrae dominae ADELHEIDIS, et uerae auguſtae, tam a ſuccedentibus nobis iure hereditario, ſiue regni ſucceſſione, quam a nobis ipſis, et hoc concambium firma et inconuulſa 15) conſiſtat, manu noſtra firmauimus, et ſigillo noſtro iuſſimus inſigni. §. LXXXXV.

Signum domni Ottonis inuictiſſimi imperatoris auguſti.

Egebertus cancellarius, ad uicem Vilegiſi archicapellani notauit et ſubſcripſit.

Data anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXVII, indictione V, anno regni domni Ottonis XVI, imperii X. Actum Deremnate.

LVNIGS Continuatio Spicilegii Eccleſiaſt. pag. 962: 1) Ameluihesvvilre. 2) ſemper maneat. 3) et genitrix eis fruebatur. 4) etiam. 5) conſtitit. 6) cum. 7) ſiue proprietates manſiones. 8) Heidenuillare. 9) communitate. 10) Atque. 11) Briſigauae. 12) Chumiringa. 13) Hochdorff. 14) additum: cultis et incultis, agris, pratis, paſcuis, campis, uinetis. 15) conſiſtant.

§. LXXXXV.

Sane Adelheida non honoris cauſſa *imperii conſors* uocabatur, ſed magna grauitate rebus imperii prouidebat. Longum foret, omnia, quae interuentu ipſius perfecta ſunt, negotia, recenſere; plurima ex Ottonum tabulis oſtendiſſe ſufficiat. Perluſtremus Codicillos Ottonis I: Adelheidae interuentus frequens in tabulis Ottonis I.

MARGARINI Bullarium Caſinenſe T. II pag. 48.

Ex Archiu. Monaſt. Bobien.

In Nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Otto, Diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus. Si Coniugis noſtrae piis ſupplicationibus fauentes, Eccleſiarum honores, ob utilitatem Seruorum Dei ordinamus, et corroboramus; abſque dubio Imperii noſtri ſtabilimentum, et coeleſtis Regni nobis conciliamus emolumentum. Ideoque omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium uidelicet, ac futurorum nouerit Vniuerſitas, quia dilectiſſima Coniux noſtra Adeleyda, et Conſors noſtri Imperii, humili-

§. LXXXXV militer noſtram expetiit celſitudinem, quatenus Monaſterium Ebobienn. quod eſt conſtructum in honore Beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi clariſſimus Confeſſor Chriſti Columbanus Corpore quieſcit, et Abbatibus ibi pro tempore degentibus, iuxta fidelium deceſſorum noſtrorum Auguſtorum Karoli, Ludouici, Hlotarii, Karolomanni, uidelicet, et Fratris eius Karoli, priuilegia, per noſtrae auctoritatis pragmaticum concederemus, et confirmaremus Comitatum Bobienſem, cum omnibus eidem Monaſterio pertinentibus. Cuius petitioni, quia iuſtum et rationabile eſſe cognouimus, adſenſum praebere placuit, et hos noſtros Imperiales apices fieri decreuimus; per quos ipſum Comitatum Bobienſem, cum omnibus iuribus et honoribus, cum caſtris, uillis, terris, locisque omnibus ad ſe pertinentibus eidem coenobio concedimus, et omnimode confirmamus. Inſuper etiam Abbatibus, et Rectoribus eiusdem coenobii, qui per tempora fuerint concedimus merum et mixtum Imperium in iam dicto Comitatu, et eius omnibus pertinentiis, et appendiciis, ac roborata auctoritate firmamus.

Signum Domini Ottonis ✝ Imperatoris Sereniſſimi Auguſti.

Petrus ad uicem Huberti Epiſcopi, et Archicancellarii recognoui.

Datum VIII Kalendas menſis Auguſti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXXII, Imperii uero Domini Ottonis XI, Indictione XV.

Actum Mediolani, in Monaſterio Sancti Ambroſii.

IBIDEM pag. 49.

Ex Archiu. Monaſt. Bobienſis.

In Nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Otto, Diuina fauente clementia, Imperator Auguſtus. Si Coniugis noſtrae piis ſupplicationibus fauentes, Eccleſiarum honores ob utilitatem Seruorum Dei ordinamus, et corroboramus; absque dubio Imperii noſtri ſtabilimentum, et coeleſtis Regni nobis conciliamus emolumentum. Ideoque omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae ac noſtrorum praeſentium, uidelicet, ac futurorum nouerit Vniuerſitas, quia dilectiſſima coniux noſtra Adeleyda, et conſors Imperii noſtri, humiliter adiit noſtram clementiam, quatenus Giberto Praepoſito, et Con-

Congregationis Bobienſis coenobii, quod eſt conſtructum in hono- LXXXXV.
rem Beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi Beatiſſimus Confeſſor Chriſti Colunbanus Corpore quieſcit, quemadmodum Imperatores, ſiue Reges, noſtri Regni anteceſſores illorum temporum, praeſuliter praeceptores, ac ſuarum firmatum manuum corroboratores contulerunt; Ita, et nos pro remedio animae noſtrae, et amore praefatae amantiſſimae noſtrae coniugis; ob ſtabilitatem, et praefati loci firmitatem Terrae Ebobienn. noſtrae auctoritatis pragmaticum concederemus.

VGHELL. Ital. Sac. p. 1114: *Adlaidam noſtr. dilectam coniugem imperatricem auguſtam culminis noſtri ſublimitatem adiiſſe.* IDEM p. 104: *conſulto ac interuentu Adeleidae dilectae coniugis noſtrae regnorumque noſtrorum conſortis* etc. IDEM Tom. IV pag. 436: *per Adelaidam noſtram fideliſſimam coniugem, nec non imperatricem ſuppliciter noſtram deprecatus eſt clementiam* etc. IDEM Tom. V p. 431: *Interuentu dilectae coniugis noſtrae Adeleidis, et conſortis Imperii noſtri* etc. IDEM Tom. V p. 501: *Interuentu et humili petitione Adeleid noſtrique coniuge imperatrice Auguſta* etc. GATTOLA hiſtor. Caſin. acceſſ. P. I p. 71.

MEIBOM. Tom. I rer. germ. p. 747: *nec non conſultu et interuentu dilectae coniugis noſtrae Adelheidae, et conſortis Imperii noſtri* etc. IBIDEM p. 748, 749, 750, 751, 752. Addat. LVNIG Spicil. Eccleſ. T. I p. 17 ſq. in chartis Magdeburg.

CHRONIC. GOTWIC. p. 173: *pro Abbat. Campidon. per interuentum dilectae coniugis Imperatricis Aug. Adelhaidae.*

LVNIG. R. A. II Contin. II Fortſ. p. 342: *pro remedio animae amabiliſſimae coniugis noſtrae Adelheidae.* p. 343 ſq. IDEM Contin. II Spicileg. eccleſ. p. 248 in charta Magdeburg. ſuſpecta: *und ſonderlicher anbelliger fleiſſiger bitte willen unſers lieben ehelichen Gemahls Adelheit geborner Königin.*

TOLNER C. D. p. 15: *interuentu dilectae coniugis noſtrae Adelheidis* etc.

ZYLLES. P. III n. 13: *idcirco nos interuentu et monitu dilectae coniugis noſtrae Adelheidae Imperatricis fratris quoque noſtri chariſſimi Brunonis Aepi.* IDEM n. 15: *per interuentum dilectae coniugis n. Imperatricis Adheleidis, filii quoque noſtri sereniſſimi Auguſti aequiuoci Ottonis.*

Digitized by Google

§.
LXXXXV SCHATEN. Ann. Pad. P. I pag. 303: *ad interuentum dilectae coniugis noſtrae Adelheidae et amantiſſimi fratris noſtri Brunonis Aepi.* IBIDEM p. 306, 311, 312: *Si uero uoluntati noſtrae paruerint, ut praeſenti aeſtate coniugem cum aequiuoco noſtro in Franciam dirigentes, per Fraxinetum ad deſtruendos Saracenos, Deo Comite, iter arripiemus et ſic ad nos diſponemus.*

MARTENE Tom. I pag. 321: *Interuentu Adelheidis, dilectiſſimae coniugis ſuae, fidelisque archiepiſcopi ſui Willihelmi.*

SCHANNAT. Hiſtor. Wormat. pag. 20: *per interuentum dilectae coniugis noſtrae Adalheidae* etc. IBID. pag. 21: *pro ſanitate etiam noſtra dilectaeque coniugis noſtrae Adalheidis* etc.

HERRG. Vol. II p. 81 a. 965 X Kal. Febr: *qualiter dilecta coniunx noſtra Adelheida noſtrae ſerenitatis excellentiam depraecata eſt* etc.

MEICHELB. T. I Hiſtor. Friſing. p. 177: *per interuentum dilectae coniugis noſtrae Adelheidae* etc. add. p. 187.

BVDERS Sammlung ungedruckter Schrifft. pag. 277 ſq. *ob ſpem retributionis aeternae, pro remedio quoque et abſolutione noſtra in futuro magni iudicii die, dilecteque coniugis noſtrae Adelheidis uel filii noſtri Ottonis* etc.

HARENB. Hiſtor. Gandersh. pag. 621: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Adelheidae* etc.

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII pag. 419: *ob interuentum dilecte coniugis noſtre, Adelheidis filiique noſtri cariſſimi, regis ſcil. Ottonis* etc.

MVRAT. Antiquit. Ital. T. II p. 447: *pro ſanitate etiam noſtra, dilecteque coniugis noſtre Adelheadis, filiique noſtri* etc. IDEM T. I p. 829: *Omnium fidelium ſancte Dei Eccleſiae . . . nouerit ſolertia, Adelheidam noſtram dilectiſſimam coniugem, amore animarumque noſtrarum remedio Grimma Abbatiſſa cum Monachabus in monaſterio Domini et Saluatoris* etc.

Ex Documentis Ottonis II.

e.
In tabulis Ottonis II; VGHELL. Ital. Sac. T. V p. 745: *interuentu noſtrae dominae matris Adbeleidas Imperatricis ſemper Auguſtae.*

SCHATEN. Ann. Paderb. P. I pag. 316: *interuentu matris noſtrae Adelheidae.*

LVNIG.

LVNIG. R. A. II Contin. Fortſ. p. 431: *intuitu dilectiſſimae genetricis noſtrae dominae Adelheidis.* LXXXXV

LVDEW. ſcript. rer. Bamb. p. 275: *ob interuentum dilectiſſimae genitricis noſtrae Adelheidae* etc.

ZYLLES. P. III n. 16: *ob interuentum cariſſimae genitricis noſtrae Adelheidis et coniugis noſtrae Theophaniae nec non Theodorici S. Metenſ. eccl. epi* etc.

MEICHELB. T. I Hiſtor. Friſing. p. 179, in diplom. Ottonis II: *per interuentum dilectae matris noſtrae Adalhaidae* etc.

HVND Metr. Salisb. T. II p. 406: *ob interuentum dulciſſimae genitricis noſtrae Adelhaidae, nec non uenerabilis Dominae Iudithae* etc.

BVDER cit. loc. pag. 278: *rogatu et admonitione dilectiſſime genitricis noſtrae Domine Adelheidis* etc.

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII p. 459: *qualiter nos ob interuentum dilectiſſime genitricis noſtre Adelheidis Auguſte* etc.

MARGARIN. Bullar. Caſienſ. T. II p. 53: *quia Domina et Genitrix noſtra Adeleyda Sereniſſima Imperatrix Auguſta, materna fiducia confiſa, adiit noſtram Imperialem audacter maieſtatem et filiationem, orans* etc.

MENCKE ſcript. rer. Germ. T. I p. 587: *ob remedium et memoriam animae piiſſimi genitoris noſtri Dn. Ottonis ſereniſſ. Imp. Aug. atque intuitu dilectiſſimae genetricis noſtrae Dominae Adelheidis* etc.

MEIBOM. T. II rer. germ. p. 373: *pia Dominae et cariſſimae genitricis noſtrae Adelheidis admonitione* etc.

Ex Codicillis Ottonis III.

VGHELL. Ital. Sac. Tom. V pag. 748: *interuentu dilectae auiae noſtrae Adeleidae uidelicet Imperatricis Auguſtae* etc. 3. in tabulis Ottonis III.

DANDVL. Chron. T. XII ſcript. rer. Ital. *interuentu et petitione noſtrae dilectiſſimae dominae auiae Adelheidae Imperatricis Auguſtae* etc.

SCHANN. Cod. pr. 993: *quemadmodum nos ob interuentum dilectae auiae noſtrae Adelheidis uidelicet et Imperatricis Auguſtae* etc.

MARTENE T. I uet. monim. p. 345: *per horum poſtulationum et promiſſionum teſtes et interuentores dilectiſſimam uidelicet auiam noſtram diuam imperatricem Adelheidam nec non et uenerabilem ſ. Mogunt.*

§. LXXXXVI *gunt. eccleſ. Aepum Willigiſum in eleemoſynam praedictorum imperatorum eorum promiſſionem nos complere poſtulauit.*

LVDEWIG Reliq. MSS. T. VII p. 474: *ob deuotionem dilecte auie noſtre Adelheidis, uidelicet imperatricis Auguſte* etc.

HARTMANNI Annal. Einſidel. p. 104: *pro Dei amore et petitione dilectae auiae noſtrae Adelheidae Imperatricis Auguſtae telonium . . . . tradimus ac confirmamus.*

IBIDEM ſub fin. exhibetur uita ſanct. Adelheidis imperatricis, quae cum marito praecipua fundatrix monaſterii Einſidelenſis extitit.

LVNIG. ſpicil. Eccleſiaſt. T. I p. 28 inter chartas Magdeburg: *pro anima uenerabilis auiae noſtrae Adelheidis.* IBID. T. II pag. 18: *ob petitionem dilectae auiae noſtrae Adelheid fidelis Imperatricis Auguſtae.*

Arduini, regis. MARGARIN. Bullar. Caſinenſ. T. II pag. 65 in Diplomate Ardoyni Ital. Reg. *quae eidem Venerabili loco donata, collata, et oblata ſunt, tam largiſluo dono bonae memoriae Dominae Adeleydae Imperatricis, quam etiam aliqua inſcriptione cartarum aliorum hominum* etc.

§. LXXXXVI.

Iohannis XIII P. priuilegia monaſterio S. Saluatoris indulta. Ac ne literarum monimenta deſiderentur, quibus extra Imperatoris curiam Adelheidis memoria cuſtodita fuit, Johannis Pontific. Rom. priuilegia monaſterio S. Saluator. Ticinenſi, ab Auguſta noſtra exſtructo, indulta dabimus, itemque Gerberti, poſtea Syluestri II P. aliorumque epiſtolas, quae ad Adelheidae tempora dilucidanda nonnihil faciunt.

MARGARINI Bullarium Caſinenſe T. II p. 45 ſq.

CONSTITVTIO LIII.

SVMMARIVM.

Anno Chriſti 972. Aprilis 24.

IOANNES XIII PAPA.

1. Monaſterium Sancti Saluatoris Papienſis a quacumque Iurisdictione Eccleſiaſtica, uel Seculari immune, ſub S. R. E. Protectione, et patrocinio fore, declarat.

2. Ba-

2. Baptiſmum in Eccleſiis Monaſterii conferre permittit. Chriſma, §. LXXXXVI
et Ordines ſacros a quocumque Epiſcopo recipiendi facultatem indulget.
3. Abbatem, e gremio Monaſterii a Monachis eligendum, et a quocumque Epiſcopo conſecrandum, ſtatuit.
4. Decimas bonorum Monaſterii a quocumque exigi interdicit.
5. Excommunicationem aduerſus diripientes, et perturbantes bona eiusdem promulgat.
6. Benedictionem Benefactoribus elargitur.

Ex Archiu. Monaſt. S. Saluatoris Ticinenn.

PAX. Ioannes Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectae meae, et in ſpiritualibus Filiae Domnae Adeleydae Sereniſſimae Auguſtae Imperatrici. Quoniam concedenda ſunt, quae rationabilibus deſideriis pertinere noſcuntur. Noſtri Apoſtolatus auctoritate, ad roboranda pia deuotione Sancta loca conſtruentium, in praeſtandis Priuilegiis debet minime abnegari. Igitur Excellentiae Veſtrae laudabilis manſuetudo poſtulauit a Nobis, quatenus Monaſterium Dei, et Domini Noſtri Saluatoris, ſitum non longe a Ticinenſi Ciuitate, quod ad laudem, et gloriam Nominis eius modo aedificaſſe, renouaſſe, et extruxiſſe, Religioſosque Monachos Aggregatione, ſub Venerabilis Abbatis Regulari inſtitutione excoluiſſe, et ex propriis rebus ditaſſe uidemini, Priuilegiis Sanctae Romanae, et Apoſtolicae Sedis, modis omnibus decoretur, ut ſub patrocinio, et tuitione Sanctae Noſtrae, cui Deo auctore deſeruimus, Eccleſiae conſtitutum, nullius Eccleſiae iuri, et ditioni ſubmittatur. Et ideo ueſtris piis deſideriis fauentes, hac Noſtra Apoſtolica auctoritate decernimus, id ipſum praefatum D. Noſtri Saluatoris Monaſterium a modo, et usque in finem ſeculi, ſub patrocinio, et tuitione Sanctae Romanae Eccleſiae, et Apoſtolicae Matris Eccleſiae, cum omnibus, quae ad illud pertinent, permanendum. Statuimus namque ſub Diuini Iudicii obteſtatione, et Beati Petri Apoſtolorum Principis, Noſtraeque humilitatis interdictione, ut nullus unquam Imperatorum, Regum, Epiſcoporum, et Ducum, Marchionum, Comitum, Vicecomitum, Gaſtaldionum, nullusque hominum, in quolibet ordine, et miniſterio conſtitutus, audeat moleſte cauſis eidem Monaſterio incumbere, uidelicet de rebus, et poſſeſſionibus, de utenſilibus, et ornamentis, quae ei pertinere uidentur, quoquo mo-

§. LXXXXVI do auferre, aut alienare praeſumat. Nec quamlibet malitiam, et iacturae moleſtiam, ibidem ſiue pacis tempore, ſiue belli ipſi inferre conetur. Profecto eum ſemper, ut praedictum eſt, firma ſtabilitate, ſub patrocinio, et tuitione Sanctae Noſtrae Romanae Matris Eccleſiae permanendum decernimus, confirmamus, et concedimus. Baptiſmum etiam in eiſdem Eccleſiis Monaſterii pertinentibus licenter fieri, Apoſtolica auctoritate permittimus; Chriſma uero, uel quidquid ad Sacrum Ordinem pertinet, a quacumque Eccleſia uoluerint, Noſtra auctoritate accipiant. Poſt obitum autem Abbatis nemo ibi Abbatem conſtituat, niſi quem conſenſus, et communis uoluntas Fratrum, ex ipſa congregatione elegerit. Electo uero Abbate ſit facultas omni tempore Praeſulem eligere, qui tam ſibi, quam ceteris Fratribus cum timore Dei, totiusque congregationis conibentiam, vbicunque uoluerint conſecrationis inſignia, huius Noſtrae auctoritatis Priuilegio abſque ullo praetextu conferat datione. Simili quoque deffinitione, iuxta deſiderium ueſtrum Praecellentiſſima Filia decernimus, ut Decimae reddituum praedicti Monaſterii Domini Saluatoris a Vobis fundatum, a nullius Eccleſiae Praeſule, quouis ingenio exigantur. Promulgantes nempe, et auctoritate Beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis coram Deo, et terribili futuro examine, per huius noſtri Apoſtolici Priuilegii conſtitutione ſancimus, ut uniuerſa, quae a nobis in rebus mobilibus, et immobilibus praefato Monaſterio oblata, et conceſſa ſunt, nec non, et poſſeſſiones, quae a Regibus et Principibus, ſeu quibuslibet Chriſti fidelibus conlata ſunt, fuerintue in poſterum, inconcuſſa ſtabilitate ad ius, et dominium ipſum perpetuis temporibus perſeuerent. Nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex omnibus eidem Sancto Monaſterio pertinentibus, cuiquam magnae paruaeque perſonae diripere quid et auferre, ut profecto ad Dei laudem ſecurum et tranquillum, iuxta id, quo munitum patrocinium, tuitione Sanctae Sedis Apoſtolicae fore decreuimus, bene dotatum, et in melius dotandum permaneat. Si quis autem, quod non optamus, nefario auſu praeſumpſerit haec, quae a nobis ad honorificentiam Domini Dei Saluatoris noſtri pro ſtabilitate ipſius Monaſterii ſtatuta ſunt, transgredi, ſciat ſe anathematis uinculo, et excommunicationis innodatum, et cum Diabolo, et omnibus impiis aeterni incendii atrociſſimo ſupplicio deputatum. At uero, qui pio intuitu cuſtos, et obſeruator

eorum

eorum extiterit, omnimodae benedictionis gratiam, omniumque LXXXXVI ſuorum peccatorum abſolutionem, et indulgentiam, et coeleſtis uitae beatitudinem, cum Sanctis et Electis a miſericordiſſimo Domino noſtro conſequi mereatur in ſecula ſeculorum Amen.

Scriptum per manus Stephani Scriniarii S. R. E. in menſe Aprili, Indictione ſupra ſcripta XV. Bene Valete. PAX.

Data VIII Kal. Maii per manus Vuidonis Epiſc. Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicae Anno Pontificatus Domini noſtri Iohannis Sanctiſſimi ac Religioſiſſimi XIII Papae. Imperii uero D. Ottonis maioris XI. Iunioris autem V in Menſe, et Indictione XV ſupra ſcripta.

IBIDEM pag. 47 ex alia Conſtitutione Ioannis XIII Pontificis ad Epiſcopum Ticinenn.

Et quia Praecellentiſſima Filia Noſtra Adheleis Auguſta Diuini amoris feruore ſuccenſa, non longe a moenibus Ticinenſis Ciuitatis Monaſterium in propriis conſtituit, Sanctosque ac Venerabiles Coenobitas ibidem undecumque potuit, colligere curauit, qui in ſanctae conuerſationis propoſito, ſecundum Beatiſſimi Benedicti normam Regularem ſub Abbate uiuentes, inceſſanter Dominum Maieſtatis exorare, tam pro requie prioris Viri ſui glorioſae memoriae Lotharii Regis, quamque pro ſtatu Imperatoris clementiſſimi filii Noſtri Ottonis Inuictiſſimi Auguſti, ſimul etiam communis filii, et eorum, ac Noſtri item Ottonis Auguſti, ſuaeque animae mercede, praedictumque Monaſterium liberaliter poſſeſſionibus dotauerit, neceſſariisque omnibus uota, id quod ſibi pie uiſum eſt pro habitantium ſuſtentatione cumulauerit, bene Fratrum Reuerendiſſime, tua Sanctitas nouit: cui, ne uoluntas unquam duceretur in irritum, et ea, quae pro quiete Monachorum diſpoſita fuerant turbarentur, quaeque contulit in iure eidem Monaſterio, Apoſtolica petiit auctoritate firmari.

GERBERTI EPISTOLAE.

9. Gerberti epiſtolae ad Adelheidem.

Dominae ſuae Adelaidi ſemper Auguſtae, Gerbertus. Epiſt. VI.

Cum de beneficiis, et libellariis, ex parte, ueſtrum uelle ex uoto Domini noſtri Caeſaris executi ſumus, recordetur Domina mea quod innuerit ſeruo ſuo ſe oraturam pro pluribus, aliter quam fieri

 poſſit.

§. LXXXXVI poſſit. Ex quo a uobis diſceſſimus nec Epithonem, nec eius nuntium uidimus. Terram quam noſtris fidelibus heri conceſſimus, cras auferemus? At ſi omnia quae omnes iubent fiunt, quid ſic facimus? et ſi totum damus, quid tenebimus? Griphoni ubi poſſumus beneficium nullum concedimus.

Adelaidi Imperatrici. Epiſt. XX.

Multa quidem peccata mea ante Dominum, ſed contra Dominam meam, qui ut a ſeruitio repellat, fidem promiſſam nunquam uiolaui, commiſſa non perdidi, pietatem ſine auaritia exercere non putaui. Si errati circa uoluntatem ueſtram modicum quid, fecit hoc improuidentia, non deliberatio, ſintque uobis ſatis continuatae iam in poenitentia quadrageſimae, quod certe ſic confido eſſe. Praeualuit ad tempus quorundam mobilium pauperum caeca cupiditas, non praeualeat ueſtra quae ſemper fuit circa iuſtitiam pietas, fauet ad hoc diuinitas, regnaque uobis concilians et reges potentes ueſtro imperio ſubdens. Mea ſententia haec eſt, quam fidem filio Dominae meae aſſeruaui, eam matri ſeruabo, ſi nequeo praeſens, ſaltem abſens bene loquendo, bene optando, bene orando.

Ex perſona Hemmae reginae ad matrem. Epiſt. LXXV.

Dominae Adelaidi Imperatrici ſemper Auguſtae Hemma quondam regina, nunc lumine Francorum orbata. Elapſa ſunt tempora mearum deliciarum, tempora decoris mei, o mi Domina, et o dulcis mater, dum is quo florente florebam, coniugem in perpetuum uiduam fecit. O amara dies VI Nonarum Martiarum quae mihi uirum eripuit! quae me in has miſerias praecipitauit! Intelligat pia mater gemitum et anguſtias filiae doloribus plenae. Non eſſe me penitus praeopatrem, niſi Diuinitas ſolatio reliquiſſet mihi matrem. O quando uidebo, quando alloquar! Henricus quidem ueſtrae praeſentiae ac reginae in curia Romatrici montis, ubi confinium regnorum eſt, XV Calend. Iunii, me ac filium meum occurrere uoluit. Sed haec mora nulla annorum mihi eſt. Noueritis interim Francorum principes mihi ac filio ſimul fidem ſacramento firmaſſe. In hoc et in reliquis quae ſequenda ac uitanda ſint ueſtro iudicio utemur. Vt non ſolum H. reginae, ſed omnium dicamini mater regnorum. Recordamini praeterea uerborum ueſtrorum, quod ui-

rum

rum meum prae me dilexeritis, quodque ipſe pro me uos amauerit. LXXXXIII
Proſint animae eius hi dulces affectus, et quod temporaliter exhibere non ualetis, ſpiritualiter recompenſetis per Sanctos Patres, id eſt Epiſcopos, Abbates, Monachos, ac per ſeruos Domini quosque religioſiſſimos.

Ex perſona Hemmae Reginae ad matrem. Epiſt. XCVII.

Aggrauatus eſt dolor meus, o mi Domina et o dulce matris nomen, dum coniugem perdidi. ſpes in filio fuit, is factus hoſtis eſt. A me receſſerunt dulciſſimi quondam mei amici ad ignominiam meam, ac totius generis mei. Nefandiſſima in Laudunenſem confixerunt Epiſcopum, perſequuntur eum proprioque ſpoliare contenderunt honore, ut inuratur mihi ignominia ſempiterna, quae ſit quaſi iuſtiſſima cauſa amittendi honoris mei. Adeſto pia mater filiae doloribus plenae. Gloriantur hoſtes mei non ſupereſſe mihi fratrem, propinquum, amicum qui auxilium ferre poſſit. Intendat ad haec pia Domina, redeat ueſtra nurus in gratiam. Sit mihi per uos exorabilis, liceatque ſuum mihi diligere filium, quem meum patior ut amicum. Aſtringite mihi Principes ueſtri regni, proderit eis mea coniunctio. Otto et Heribertus comites potentiſſimi mecum in ueſtro conſilio erunt. Si fieri poteſt abſoluite nos curis, et mutuis fruamur, colloquiis. Sin antiquam ſapientiam ueſtram undique colligite, Francis unde non ſperant contraria parate, ut in nos grauiter ſaeuiens eorum refundatur impetus, et interim quid uobis ſit faciendum, et ſcriptis ſignificate et nuntio fidiſſimo.

Adelaidi Matri Regnorum. Epiſt. CXXVIII.

Quibus anguſtiis Domina Q. H. afficiatur, quantoque prematur angore, teſtis eſt epiſtola ipſius ad D. Q. V. M. H. E. iamdudum directa, cuius exemplar uobis miſimus, ut et quicquid actum ſit ſciretis, et quam nihil ſibi profuerit, ut et cauſam doli, ſi tamen dolus eſt, inueſtigetis. Certe clariſſimam dominam et matrem regnorum uos hactenus fuiſſe manifeſtum eſt, noſtris periculis, ſi qua ingruerint, credidimus uelle ſuccurrere, nedum filiae quondam dilectae: ſiue poteſtas erepta et ſiue non eſt, filiae non ſubuenire, in moeſtitia eſt. Hortamur tamen uos explorare apud Carolum per ualentes legatos, utrum uelit eam uobis reddere, aut creditam commoda-

§. LXXXXVI re. Videtur quippe ideo illam ſic obſtinato animo retinere, ne non uideatur ſine cauſa coepiſſe.

Dominae Adelaidi ſemper Aug. Otto gratia Domini Imp. Aug. Epiſt. CLVII.

Quia ſecundum uota et deſideria ueſtra diuinitas nobis iura imperii contulit, felici ſucceſſu, diuinitatem quidem adoramus, uobis uero grates rependimus. Scimus enim et intelligimus maternum affectum et ſtudia pietatis, quibus rebus obſequio ueſtro deeſſe non poſſumus, proindeque, dum promouemur, ueſter honor attollitur. Remp. per uos promoueri, ac promotam feliciter in ſuo ſtatu regi multum oramus et optamus. Valete.

Adelaidi Reginae. Epiſt. CLIX.

Dominae et glorioſae Adelaidi Reginae ſemper Auguſtae Gerbertus gratia Domini Remorum Epiſcopus, et omnibus ſuis confratribus et Coepiſcopis Remorum Dioceſeos bene ualere in Chriſto. Epiſtola ueſtri nominis laeta principia pertulit, monita ſalubria habuit, ſed triſti fine concluſa eſt. Suauem quippe animi ueſtri affectum circa me oſtendit, ut ad propriam ſedem reditum maturarem admonuit, ſed quid ſibi uoluit tam acerba concluſio? Ita enim ſe habet. Cognoſcite quia ſi modo huiusce monita impenditis, utemur noſtrorum et rebus et conſiliis abſque crimine noſtri. Meurbi Remorum praeſidente, quando non licuit, licet, et licebit uobis uti conſiliis, et rebus mihi commiſſis. An melius licuit Arnulfo eam obtinente? Sed ille eam uobis dolore et fraude abſtulit, ego contra multorum dolos et fraudes uobis eam multis uigiliis multoque labore conſeruaui. Mirum nunc eſt ueſtrorum hoſtium uos non ſentire inſidias. Qui enim auulſum ad ueſtri regni confuſionem ſuae ſedi reſtituere quaerunt, non ſibi hoc tutum fore putant niſi me prius qualibet occaſione perdant. Quod multum ueriſimile eſſe duplici capimus argumento, quia me Remis nuper poſito eum abſoluere decreuiſtis, et quia Robertus Abbas ut abſolueretur obtinuit, ob confirmandum Senioris mei regis Roberti nouum coniugium, ut mihi a Remenſibus per litteras ſignificatum eſt. Accedit ad hoc diſcrimen fides a praeſentibus Corte Calmiciaca a Gibuino Gibuini nepote peruaſa. Infinitus credo erat uillarum numerus, nec ad poſſi-

poſſidendum ſufficere poterant Remenſes, niſi ad colonias obtinendas imitarentur Cathalaunenſes. LX * digno ſi Arnulfus abſoluendus eſt et ſi Gibuinus, et quilibet alius in ſede mea intronizandus, reditum meum ſine capitis mei periculo intelligere non eſt. Quod ita eſſe, ſed uos minus animaduertere dubitare non debeo. Non enim ſtudia ueſtra omnibus mortalibus praedicanda, noui animi ueſtri dulciſſimos affectus circa me: Quibus ſi reſpondere nequeo meritis, reſpondebo uotis. Quo circa ut mea uobis minime ingeram, deque me omnino taceam quem diuina gratia a periculorum immenſitate liberat, et in quantum ad me ſolum attinet, in omni felicitate diſponit et conſeruat, per terribile nomen omnipotentis Domini oro et deprecor Remenſi Eccleſiae deſolatae et attritae ſi quolibet modo uelitis ſubueniatis. Quae quoniam regni Francorum caput eſt, ſi deperierit, ut membra ſequantur neceſſe eſt. At quomodo non deperit, quae ſub nomine duorum quaſi inter malleum et incudem, diſpoſita, dum eorum neutrum Rectorem approbat, uelut inter undas maris ſine remige fluctuat? Quid porro fieri putatis, ſi tunc eius ſine iudicio Eccleſiae, ad numerum acceſſerit? Nequeo uero hoc loquor, tanquam augur aut diuinus. Memini et iam meos conſpiraſſe non ſolum milites, ſed et clericos, ut nemo mecum comederet, nemo ſacris intereſſet. Taceo de uilitate et contemptu, nihil dico de grauiſſimis iniuriis, ſaepe mihi a pluribus illatis, ad haec ut redeam prouocatis, et ut grauiora patiar, minas ſuper addit Epiſtola. §. LXXXXVI

§. Ratherii ep. Veron. epiſtola ad Adelheidem.

Ratherii epiſcopi Veronenſis epiſtola ad Adelheidem Imperatricem ap. PEZ. t. VI theſ. Anecd. p. 98.

Vt ſuos aduerſarios tantiſper coerceat, dum ſtructuram baſilicae b. Mariae perficiat.

Sereniſſimae, quibus non dedignatur, Auguſtae Dominae Adeleidi R. peccator fidele ultra debitum ultraque poſſe ſeruitium.

Si uerum eſt, quod Nanno omnibus perſuadere mei conatur aduerſariis, nil amplius, quam meum deſiderans interitum, nil minus ueſter jugalis, quam ſtatum meae curat ſalutis. Sed ſi pro epiſcopatu hoc agitis, ſatagite meam tantillum ſeruare ueſtra potentia uitam, usquedum beatae Dei Genetricis habeam perfectam Eccleſiam. Paratiſſimum ad id faciendum, quod mihi exinde ratione praeceperitis

5.
LXXXXVI ritis duce, me nam fore omnino, Deum teſtor, ſcitote. Elongari enim potius ſalubriter, et habitare in Monaſterii mei deſidero ſolitudine, et ibi Dominum expectare, qui me ſaluum faciat a puſillanimitate ſpiritus et tempeſtate, quam talia diutius cum animae detrimento inutiliter etiam tolerare. O uero quam omnibus, qui in poteſtate ſunt conſtituti, ut non ſemel ueſtrae Dominationi ſuggeſſi, prodeſſet, ſi non tam praecipites ferrent ſententias, ſed illud beati Iob attendiſſent: *Cauſam, quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam!*

4.
Gozpertus, Abbas Tegernſeenſ. luget obitum Adelheidis.

IBID. pag. 122 Gozperti Abbatis Tegernſeenſis Epiſtola ad Arnoldum Comitem, cui pro impenſis fauoribus gratias cumulate agit, doloremque ſuum ob Adelheidis Imperatricis obitum declarat, ac, quae pro eius animae requie a ſuis Monachis perſoluta ſint, perſcribit.

Lugubre nuntium de obitu amiciſſimae Dominae noſtrae Adalheidae nimium nos et . . noſtra, ut decuit in caſu talis perſonae, perturbauit, pro qua ex tunc usque nunc conſuetudinarias compleuimus precaminum celebrationes, et in ſemper annuali reuolutione temporis uigilias, Miſſasque cum oblationibus ſciamus facere. Diem Kal. iubete conſcribi membrana, nobisque transmitti per praeſentem pelligerum. Valete.

5.
Wigonis Decani Phyuhtvvangenſis epiſtola ad Adelheidem.

Wigonis Decani Phyuhtvvangenſis monaſterii epiſtola in PEZ. t. VI theſ. anecd. p. 110.

Ad Adelheidem Imperatricem, cui ſe ſuumque gregem obnixius commendat.

Dominae praecelſae, Regum regnorumque altrici nobiliſſimae, A. Auguſtae, ſemper inuictiſſimae, Fratres Phyuhtvvangenſis Eccleſiae ſeruitio nouiter congregati, titulum ſummae ſalutationis in Chriſto Saluatore.

Cum omnes fidelium congregationes ueſtrae pietatis memoriae non ignoramus jugiter eſſe praeſentes, humile nomen Eccleſiae magni Dei Saluatoris nos etiam noſſe cupientes, noſtrumque Monachile propoſitum in eodem loco nuperrime degere incipientium, uobis aequum duximus intimandum, ut umbra Dominationis ueſtrae deinceps protecti, tumultus ſecularium inpulſionum ſufferre ualeamus ſecuri.

Eccle-

Eccleſiam igitur credimus nimium fore beatam, ſi eius matrem noſtro tempore habere mereamur tam benignam, felices eſſe arbitrantes Monachorum plebes, ſub tali defenſatrice Monomachiae ſtudio deſeruientes, cuius ſolum ingenium tanta eſt ſapientia auctum, ut ſibi totum ſubiugaret imperium. Huius magnae ſpei ſecuritate animati pro diuturnitate ſeu ſtabilimine ueſtri regni diu noctuque non ceſſamus Deo ſupplicare. Beatis inſuper ſpiritibus Imperatorum noſtrorum amoenitatem coeleſtis Eliſii jugi precamine a Chriſto depoſcimus concedi. Val. §. LXXXVII.

In MVRATOR. Script. rer. Ital. T. I, P. I, p. 479 enarratur legatio Liutprandi ad Nicephorum Phocam Imperatorem Conſtantinop. pro Othonibus Auguſtis et Adelheida, quae ita incipit: *Ottones Romanorum inuictiſſimos Imperatores Auguſtos, glorioſiſſimamque Adelhediem Imperatricem Auguſtam, Liutprandus Sanctae Cremonenſis Eccleſiae Epiſcopus ſemper ualere, proſperari, triumphare, anhelat, deſiderat, optat. Quid cauſae fuerit, quod prius literas ſiue nuncium meum non ſuſceperitis, ratio ſubſequens declarabit.* §. Liutprandus legationis enarrationem ad Adelheidem quoque dirigit.

§. LXXXVII.

Theophania Ottonis II uxor, Romani Iunioris, Imper. Graec. filia, (uid. du FRESNE in famil. Auguſt. Byzantin. p. 121) quamuis ſexu fragilis, modeſtae tamen fiduciae, et, quod in Graecia rarum, egregiae conuerſationis fuit, regnumque filii eius cuſtodia ſeruabat uirili, demulcens in omnibus pios, terrensque ac ſuperans erectos. Hoc elogio DITMARVS Lib. IV ann. pag. 349 Theophanian ornat, quae cum Adelheide et Mechthilde regnum feliciter moderabatur, atque res eccleſiarum, ut Auguſtarum mos erat, ſibi cordi habebat. LVDEWIG. T. IV Reliq. MSS. p. 343 ex Chronico Epiſcop. Merſeburg. enarrat, Theophaniam ſanctum Laurentium per quietem uidiſſe, et ab eodem admonitam fuiſſe, ut inſtauraret Merſeburgenſem epiſcopatum. Filius Otto III id quidem facere diſpoſuit, ſed non impleuit. Res diplomatica huius Auguſtae oſtentat documentum, quo ipſa Ioanni Farfenſi Abbati reſtituit cellam S. Victoriae. Excerpta tabulae dedit MABILLONIVS in Annal. Ord. S. Benedict. Tom. IV L. 50 n. 50 p. 69. Theophaniae Imperatricis elogium, et praeceptum Iohanni Abbati Farfenſi datum.

S Rauen-

§. LXXXVII. Rauennae uerſabatur Theophanu ſeu Theophania imperatrix, cum ad eam acceſſit Iohannes Farfenſis abbas, conqueſtusque eſt, quod cella ſanctae Victoriae, ſita in Marchia-Anconitana, a ſuo monaſterio abſtracta eſſet; rogauitque interuentu Iohannis Archiepiſcopi Rauennatis, Hugonis principis et aliorum, ut matri filia reſtitueretur. quod imperatrix pro remedio animae ſenioris ſui Ottonis imperatoris dato praecepto fieri iuſſit, illudque Adelbertus cancellarius ad uicem Petri epiſcopi et archicancellarii recognouit. *Datum Kal. Aprilis anno DCCCCXC imperii Domnae Theophanu imperatricis XVIII indictione III. Actum Rauennae feliciter.* Sic Theophania Ottonis filii uices in Italia tum agens; annos imperii ſui a morte Ottonis ſecundi numerabat. Nunc in illa cella monaſterium eſt uirginum Benedictinarum, ubi debent eſſe uiginti ſanctimoniales et duae famulae, ut dicitur in Synodo Farfae nuper habita. Diſtat uicus ille, Victoria dictus, a Montis-alti ciuitate duodecim paſſuum millibus uerſus occidentem.

Iam CHRON. GOTWIC. p. 224 Mabillonium hic emendauit, cum ab obitu Ottonis II non XVIII anni effluxerint, atque adeo epocha ab inito Theophaniae cum Ottone II connubio repetenda ſit. Ottonis III Archicancellarius perpetuus in Germania erat Willigiſus, Archiepiſcopus Moguntinus; at in Italia archicancellarii munere fungebatur Petrus, Cumanus epiſcopus; cuius nomine hic recognouit Adelbertus, qui in VGHELL. Ital. ſacr. t. V p. 277 etiam dicitur Edelbertus et p. 279 Heilbertus. Quum itaque Theophania regni curarum partem gereret, mirum non eſt, ipſam imperii cancellarium, non peculiarem, chartas recognoſcere iuſſiſſe.

§. LXXXVIII.

Theophaniae diploma pro monaſterio S. Vincentii.

Alterum huius Auguſtae praeceptum ſuppeditat MVRATOR. in Script. Rer. Italic. T. I P. II in Chronico Vulturnenſi pag. 484, quo Theophania Imperatrix Monaſterio Sancti Vincentii confirmat Eccleſiam Sanctae Mariae de Apinianici Anno DCCCCLXXXX.

Theophanu diuina gratia Imperatrix Auguſta. Notum uolumus eſſe omnibus fidelibus Dei, quod nos diuina pietate commoti, Eccle-

Eccleſiae Sancti Vincentii Martyris, eiusque Monaſterio in partibus Samniae aedificatum, per hanc noſtram ſcriptionem ſecundum praeceptum confirmationis bonae memoriae ſenioris noſtri Imperatoris Ottonis, et eius genitoris, confirmamus, et corroboramus Eccleſiam Beatae Mariae de Apinianici cum ſancto Sebaſtiano de Valle, et omnibus aliis Eccleſiis, et omnibus pertinentiis ad eandem Eccleſiam Beatae Mariae pertinentibus in Comitatu Marſicano, eo ordine quatenus idem Monaſterium Sancti Vincentii, una cum Monachis, et Abbate Roffrido, eiusque ſucceſſoribus eandem Eccleſiam Beatae Mariae ſupra nominatam cum omnibus eius pertinentiis ſecundum praecepta confirmationis, quae inde habere uidentur, habeant, teneant, firmiterque poſſideant in perpetuum, omnium hominum contradictione remota. Si quis igitur hanc noſtram confirmationem infringere tentauerit, ſciat ſe ſibi, et nobis compoſiturum trecentas libras auri. Quod ut uerius credatur, hanc paginam ſigillo noſtro iuſſimus ſigillare. §. LXX- XXV

Adelbertus Cancellarius ſcripſi.

Data Quarto Non. Ianuarias, Anno Dominicae incarnationis DCCCCXC. Indictione II. Anno uero Regni Tertii Ottonis regnantis III.

Actum Romae.

§. LXXXXVIIII.

Otto II coniugi ſuae dotem quoque legitimam ſatisque luculentam conſtituit, atque hanc ob rem ſolenne inſtrumentum dotale aureis literis in membrana purpurea conſcribi iuſſit, quod, praeter alios, exhibet LEVCKFELD. in ANTIQVITAT. POELDENS. pag. 207. **Ottonis II et Theophaniae pacta dotalia.**

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Creator et inſtitutor omnium ab aeterno Deus quaecunque ſunt rerum primordialibus initio naſcentis mundi in perfecta elegantia editis naturis, hominem ſimul, qui cunctis a ſe creatis praeeſſet et dominaretur, ad imaginem et ſimilitudinem ſuam artifex ſumme bonus concedere uoluit. Quem ſolum manere cum nollet, ut in multiplicem propaginem perpetuo duratura poſteritas, ordini angelico ob ſuperbiam imminuto repa-

S 2 rando

LXX- rando ſufficeret, adiutorium coniugale eidem homini coſta corpori
XXVIIII. eius detracta, fabricatus eſt, duosque in carne una deinceps eſſe mirabili prouidentia ordinauit, lege ſanctiſſima patrem et matrem relinquendos, et adhaerendum uxori ſuae decernens. Ad hoc ipſe utriusque teſtamenti inſtitutor, mediator Dei et hominum Dominus IEſus Chriſtus in humana carne adueniens ipſe ex immaculato uirginis utero tanquam ſponſus egreſſus de thalamo ad coniungendam ſibi ſponſam eccleſiam ut oſtenderet, bonas et ſanctas eſſe nuptias legitima inſtitutione celebratas, ſeque auctorem eſſe earum, ad eas uenire, et primo maieſtatis ſuae miraculo eas laetificare, dum aquam uertit in uinum, uoluit et ſignificare. Edicto denique proprio a Domino factas eſſe nuptias oſtendens, in Euangelio dicit: quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Apoſtolica item ſententia: Honorabile connubium et thorus immaculatus, pluribus quoque ſanctorum librorum firmatur teſtimoniis ut nuptialis foederis connexio Deo auctore fieri debeat, et ad procreandam ſobolem mutua et indiſſolubili dilectione perſiſtat. Vnde et ego OTTO ſuperno numine Imperator Auguſtus, Domino gratiſſima ſua mihi ſuffragante clementia, conſultu magni et ſanctiſſimi Genitoris noſtri OTTONIS piiſſimi Imperatoris Auguſti, denique et ſanctae eccleſiae, imperii quoque noſtri fidelium, THEOPHANV Iohannis Conſtantinopolitani Imperatoris neptim clariſſimam in maxima Romulea urbe, ſancto ſummoque eccleſiarum principe beato Petro Apoſtolo uotis noſtris fauente, dominique IOHANNIS ſanctiſſimi et uniuerſalis Papae tertii decimi benedictione proſequente, in copulam legitimi matrimonii conſortiumque imperii deſpondere, ac fauſto et felici auſpicio Chriſto propitiante, coniugem decreui aſſumere. Nouerit igitur omnium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque fidelium praeſentium et futurorum induſtria, qualiter eidem dilectiſſimae ſponſae noſtrae dote legitima, maiorum more noſtrorum quaedam tam infra Italicos fines, quam et in tranſalpinis regnis noſtris habenda, et iure perpetuo concedimus poſſidenda. Hiſtriam Italiae prouinciam, cum comitatu Piſcaria. Transalpes: Prouincias Walacra, Wigle, cum Abbatia NIVELLE, quatuordecim milibus eo pertinentibus manſis. Imperatorias quoque Curtes noſtras propria maieſtate dignas: Bolchbarda, Thiela, Hericurde, DÜLLEDE, NORTHVSE, eo quod auiae noſtrae dominae Mahchtildis ſemper ſemperque Augu-

ſtae,

Digitized by Google

ſtae, quod ſibi diuinitus uixiſſe dabatur, fuiſſe dinoſcitur. Ea per hanc noſtri praecepti paginam eidem ſanctiſſimae et dilectiſſimae THEOPHANV, ſponſae noſtrae concedimus, donamus penitusque largimur, et de noſtro iure et dominio in eius dominium iusque transfundimus, et delegamus, una cum caſtellis, caſis, ſeruis et ancillis, terris, campis, uineis, pratis, ſyluis, montuoſa planitiemque tenentibus, aquis, aquarumue decurſibus, molendinis, piſcationibus omnibusque rebus ad easdem curtes ſiue prouincias uel Abbatiam in integrum pertinentibus, quatenus iure proprietatis ea omnia habeat, teneat, firmiterque poſſideat; ſitque ſibi poteſtas donandi, uendendi, commutandi, uel quicquid exinde iuſte decreuerit faciendi, omnium hominum contradictione remota. Quod ſi quis hoc noſtrae dotis praeceptum infringere temptauerit, obnoxium, ſe noſtrae nouerit maieſtati, compoſiturus inſuper eidem ſponſae noſtrae dilectiſſimae THEOPHANV, noſtrisque haeredibus auri optimi libras mille. Quod ut uerius credatur diligentiusque in tempora futura ſeruetur, manu propria roborari, et annuli noſtri impreſſione ſubter iuſſimus inſigniri. LXXX. XVIII.

Signum Inuictiſſimorum Domni Magni et Pacifici.

Item Signum Domni perenniter Auguſtorum.

Williſius Cancellarius ad uicem Ruotperdi Archi-Capellani recognoui.

Data XVIII Kal. Maii, Anno Dominicae incarnationis DCCCCLXXII. Indictione XV. Imperii ſanctiſſimi genitoris noſtri OTTONIS XI. Noſtri uero V.

Actum Rome, ad ſanctos Apoſtolos feliciter.

Tam peregrina haec locutio cel. HAHNIO uidebatur, ut id monumentum in dubitationem reuocauerit. Aſt reputemus, tabulas has cauſſam Imperatoris priuatam ſpectantes Romae, adiuuante Pontifice ſummo, ad formulas Clericorum, non curiae imperatoriae conditas fuiſſe. Itaque ſcribae imperitiae nonnihil dandum eſt. Cel. HARENBERG. in Hiſtor. diplomat. Gandersheim. p. 91 hoc documentum fortiter defendit; ſcilicet uariare ſcripturam arbitratur ob diuerſos ſcriptores; regulas certas uix conſtitui poſſe, praecipue *S. Vindiciae harum tabularum.*

 ad

§. C. ad diiudicanda diplomata antiquiora, niſi uniuerſales, quarum uſus in iudicio caſibus propoſitis accommodando exiguus. Sed ſic cauſſa patrocinio non bona peior erit. Semper fides chartarum uacillabit, quae, niſi tota diplomatica arte labefactata, ſuſtineri non poſſunt. Intererat maxime cancellariae Imperatoris olim, ut hodie, certas ac perpetuas formulas ſeruare; ſeruauit etiam, quod tanta diplomatum copia oſtendit. Apices in hac re non ſunt negligendi, quae ſine apicibus eſſe non poteſt. Offendit in primis locutio: *ſemper ſemperque Auguſta*, quam HARENBERGIVS ita uindicat. „Quum autem Otto ſecundus auiam ſuam inuita conſuetu„dine ſtili, imperium ſpirantis, uocat *ſemper ſemperque Auguſtam*, „illud ex adpellatione: PERPETVO AVGVSTVS, SEMPER „AVGVSTVS, deriuatum eſſe nequit. Quis enim Imperatorum „uocauit ſe ſe SEMPER SEMPERQVE AVGVSTVM? Praete„rea non uideo, quare mater Imperatoris, Ottonis primi, nequa„quam dicenda fuerit *Auguſta* - - - - - Mater Imperatoris et Im„peratoris auia quidni dicatur Auguſta? Henricus Auceps ſane na„talitio honore ſatis effulgebat; Otto illuſtris, Dux Saxoniae et „Thuringiae, fuerat ea dignitate, ut nomine Imperii tutelam Lu„douici Infantis cum Hattone, Archiepiſcopo Moguntino, admi„niſtrauerit, ſi AVENTINVM ſequimur L. IV Annal. p. 363. - - - - „Fac tamen, hoc eſſe falſum, ſiquidem a Brunone Archiepiſcopo „Colonienſi et reliquorum Epiſcoporum aemulatione auctoritas in „clerum Germanicum defluxit, ſtabit tamen ueritas illa immota, „quae nos contendere iubet, Ottonem illuſtrem toti Germaniae „dignum fuiſſe uiſum, qui ſummae rerum Germanicarum praeeſſet, „eique imperandi facultatem ac dignitatem tantam a proceribus „Germaniae eſſe oblatam, antequam Conradus I ſummae rerum ad„moueretur.„ Quantum ſit in hoc argumento altius repetito, iudicent alii. conf. etiam MVRATOR. hiſt. Ital. ad a. 972 edit. German.

§. C.

Otto II Theophaniae Coimperatrici Auguſtae uariis poſſeſſiones largitur.

Iam cum inſtituto noſtro magis conuenit, ut ex cel. HARENBERG. hiſtor. Gandersh. erudite conſcripta p. 621 inſtrumentum donationis proferamus, qua Otto II coniugem ſuam uariis poſſeſſionibus beauit.

In

In nomine ſanćte et indiuidue Trinitatis Otto diuina prouiden- §. CI.
te clementia Imperator Auguſtus. Pateat omnium ſanctae Dei eccleſiae noſtrorumque tam praeſentium quam et futurorum induſtrie fidelium. Quia nos non ſolum honeſtiſſimos patrum praecedentium regum et Imperatorum mores affectando, uerum etiam omnium Dei lege uiuentium uoluntates erga coniugales legitimas et diuinitus coniunctas imitando quorumdam primatum noſtrorum. ſaluberrimo inſtructi conſilio. dilectiſſimae coniugi noſtrae THEOPHANV Coimperatrici Auguſtae nec non Imperii Regnorumque conſorti. has proprietatis noſtraé poſſeſſiones. tam ciuitates quam etiam curtes. cum pleniſſimis earum pertinentiis quocunque locorum ſitis. id eſt. *Eskinwach. Frioda. Mulenhuſa. Tutinſoda. Sletheim.* in regione Turingia. in *Germarenemarcu* in comitatu Wiggerii comitis ſitas. conceſſimus firmiterque donauimus cum compluribus uillarum minorum poſſeſſionibus. ad haec etiam maiora reſpicientibus, uariisque ac utriusque ſexus mancipiis. aedificiis. terris. cultis et incultis. pratis. paſcuis, ſiluis aquis aquarumue decurſibus. molendinis. mobilibus et immobilibus. piſcationibus, uenationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaeſitis et inquirendis. et cum omnibus iuſte legaliterque ad haec pertinentibus. Tali rationis tenore. ut liberrimo ipſa deinceps perfruatur arbitrio. Haec omnia eorumque appertinentia tenendi dandi commutandi poſterisque relinquendi. ſeu quidquid ſibi libuerit faciendi. Et ut haec noſtrae donationis auctoritas firmius ſtabiliusque cunctis ſanctae Dei eccleſiae noſtrisque fidelibus perpetim credatur. hanc fieri inſcriptionem iuſſimus et anuli noſtri impreſſione ſignata manu propria ſubtus eam firmauimus.

Signum Domini Ottonis Impr. Aug.

Vuilligiſius Cancellarius uice Rodberti Archicapellani recognoui.

Data III Kal. Mai. anno incarnat. dom. DCCCCLXXIII. Indict. II. anno regni domni Ottonis XIII Imperii VII.

Actum mulenhuſon.

§. CI.

Viget etiam Theophaniae memoria in multis cum mariti tum filii chartis; unde diſcimus, quanta auctoritate in re publica adminiſtranda uſa fuerit Auguſta. Loquantur tabulae Ottonis II.

Crebra commemoratio Thophaniae

VGHELL.

§. CI. in diplomatibus Ottonis II. VGHELL. Ital. ſac. Tom. X pag. 211: *interuentu ac petitione Theophaniae noſtrae dilectae coniugis ac conſortis imperii* etc.

MARTENE Tom. I uet. monim. pag. 325: *per interuentum dilectiſſimae genitricis noſtrae Adelheidis, coniugisque noſtrae Theophaniae, fidelisque comitis noſtri Bertolfi* etc. it. p. 98.

SCHATEN. Ann. Paderb. P. I, pag. 318: *interuentu dilectae coniugis noſtrae Toeeuphani - - - - forum et monetam ſibi liceret aptare et facere - - - praedictae ac dilectae coniugis n. rogatu.* IBID. pag. 325: *ut nos omnem rem - - - de nouo eidem eccleſiae traderemus, nos uero ob petitionem dilectae contectalis noſtrae Theophanu uidelicet conſortis imperii noſtri* etc.

MEIBOM. Tom. II Rer. germ. pag. 372: *interuentu dilectae coniugis noſtrae Theophanu Imperatricis Auguſtae* etc. IB. pag. 375 et p. 496: *dilectae coniugis noſtrae Theophanii Imperatricis Auguſtae uotum et interuentionem ſequentes* etc.

HEDA de epiſcop. Vltrai. p. 87: *nec non et dilectae noſtrae coniugis Theophaniae* etc. IB. pag. 88.

SCHANN. Hiſtor. Wormat. p. 25: *ob interuentum dilectae coniugis noſtrae Theophaniae* etc.

MEICHELBECK T. I Hiſtor. Friſing. p. 180: *honeſtis petitionibus dilectiſſimae coniugis noſtrae Theophanii* etc.

MADER. in Antiq. Brunſ. pag. 196, et SCHAMEL. in der Beſchreibung des Cloſters zu Memleben pag. 101: *circumuentu et petitione contectalis noſtrae Theophaniae Co-Imperatricis Auguſtae pro remedio animae noſtrae quin et eiusdem contectalis noſtrae praenuncupatae.*

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII p. 484: *ob interuentum dilecte noſtre coniugis Theophanie.*

MVRATOR. Antiq. Ital. T. I p. 997: *interuentu ac petitione Theophanie noſtre dilecte coniugis et conſortis imperii.* LVNIG. in ſpicileg. Eccleſiaſt. P. I pag. 15 in charta Moguntina: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Theophaniae.* IBID. P. II p. 100: *nos dilectae contectalis noſtrae Theuphaniae adhortati rogatu.*

Diplomata Ottonis III.

a. in diplomatibus Ottonis III. SCHANN. Hiſtor. Wormat. p. 25: *ob petitionem cariſſimae genitricis noſtrae Theophanu Imperatricis Auguſtae.* item p. 27, p. 28, p. 29.

MEI-

MEICHELB. T. I Hiſtor. Friſing. p. 185: *ad modum honeſtis petitionibus dilectae matris noſtrae Theophanii.* etc. §. CI.

LVDEWIG. Reliq. MSS. T. VII, p. 465: *quoquomodo nos piam ſupplicationem dilecte genitricis noſtre Theophaneae uidelicet imperatricis Auguſte ſequentes* etc.

HARTMANNI. Annales Einſidel. p. 95: *pro Dei amore ac petitione dilectae matris noſtrae Theophanae ſcilicet Imperatricis Auguſtae - - - - - telonium de qualicunque negotio et percuſſura monetae - - - donamus.*

MVRATOR. Antiq. Ital. T. I p. 995: *interuentu noſtrae dilectiſſimae matris Theophaniae Imperatricis Auguſtae* etc.

HERRG. Vol. II p. 89: *quomodo nos dilectae auiae noſtrae Adelheidis et kariſſimae genitricis noſtrae Theophaniae, Imperatricum uidelicet Auguſtarum uota et petitiones adimplentes* etc.

MIRAEVS T. I p. 51: *et dilectiſſima mater noſtra Theophania Imperatrix fiendum petebat.*

HVND. M. S. p. 240: *interuentionibus - - - ſuſpiciendae reuerentiae Theophaniae dominae matris noſtrae ſemper Auguſtae* etc.

SCHATEN. Ann. Pad. P. I pag. 330: *nos dilectae genitricis Theophan. uidel. Imperatricis Auguſtae uotum ſequentes* etc. IDEM pag. 331: *pro amore dilectae genitricis noſtrae Theophanu uidel. Imperatricis Auguſtae* etc.

MARTENE Tom. I uet. mon. pag. 335: *mercatum quoque ibidem habendum una propria cum moneta, ſicut a pio genitore noſtro illis traditum comperimus, ita et nos domna Auguſta genetrice noſtra interpellante ipſis ad ſupplementum hereditario iure concedimus.* IDEM Tom. II uet. mon. p. 51: *cuius petitionem ob uotum dilectae genitricis noſtrae Theophanu uidel. imperatricis auguſtae nec non et interuentu fidelis noſtri Hildeboldi Wormatienſis eccleſiae uenerab. epi.* etc.

SAMMARTH. Gall. Chriſt. T. III p. 148: *Et quia quod reliquum erat regiae ditionis in moneta ſcil. et teloneo reliquisque reditibus munificentia regum uel imperatorum praedeceſſorum noſtrorum eccleſiae S. Mariae in Leodio uel Hoyo poſitae iam ceſſerat et dilectiſſima mater noſtra Theophania Imperatrix fiendum petebat, ratum duximus eius ſubſeruire petitioni.*

Digitized by Google

§. CII.

Gerberti epiſtolae ad Theophaniam.

§. CII.

Quemadmodum ſupra acta b. Adelheidis ex GERBERTI epiſtolis illuſtrauimus: ita nobis liceat, nonnullas ad Theophaniam miſſas exhibere.

Dominae Theophaniae Imperatrici. Epiſt. LII.

Cupienti mihi uos adire ſecundum imperium ueſtrum, non fruſtra reniſa eſt Diuinitas, nam XI Cal. Aprilis captos Comites allocutus Godefridum, patruumque eius Sigfridum, inter hoſtium cuneos ſolus repertus ſum ueſtrarum partium cui fidenter de ſtatu imperii ueſtri ſuas ſententias concrederent. Scripſi itaque eo cohortatorias Epiſtolas ſecundum intellectum eorum, coniugibus, liberis, amicis, ut in fide ueſtra perſtent, nullo hoſtium incurſu terreantur, eorumque exemplo, ſi fortuna tulerit, exilium potius eligant pro fide uobis ſeruanda, quam patriae ſolum cum perfidia. Hos ego uiros imprimis cariſſimos habeo, quibus grauius eſt quod ueſtra negotia non ualent exequi, quam quod captiuitati hoſtium uidentur addicti. Sed quia Principum diſſentio interitus regnorum eſt, Principum ueſtrorum concordia remedium tantorum malorum nobis fore uidetur: *funiculus*, quippe *triplex difficile rumpitur*. Noueritis etiam reges Francorum nos non aequis oculis intueri, eo quod de ueſtra fidelitate eis contraria ſentiamus, ſimulque quod multa familiaritate fruamur Adalberonis Archiepiſcopi Remorum, quem ſimili de cauſa inſectantes infidiſſimum ſibi putant. In his omnibus quid nobis uelitis facere, etſi inter hoſtes uia patuerit ulla, quo et quando ueſtram praeſentiam poſſumus adire certius ſignificate nobis, paratis per omnia uobis obtemperare. Res eo proceſſit, ut iam non de ſua expulſione agatur, quod tolerabile eſſet, ſed de uita et ſanguine certent. Hoc mihi ſecum commune eſt, quaſi ſe contra conatus regios incitanti. Moles denique oppreſſionis tanta eſt, ueſtrique nominis tanta inuidia, ut ſuas miſerias nullis audeat uobis ſignificare reſcriptis, ſed haec tyrannus, ſi inualuerit, locusque ad uos perfugiendi, ſibi non fruſtra de uobis meliora ſenſerit, ſpem certam habuerit, qui uobis ac filio ueſtro in quo ualuit ſuffragium meditatus eſt.

Ex

Ex perſona Adalberonis Theophaniae Imperatrici. Epiſt. LXXXVI. §. CII.

Etſi hactenus uos ob merita ueſtri uiri excellentiſſimi Augu. ſemperque memorandi ut Dominam colui, ſpecialia tamen nunc beneficia ueſtra, ueſtrique filii, et praeteritam continent dilectionem, et fidem noſtram ad uos ac ueſtros plurimam augent: fouet noſtra Eccleſia inter praecipuos theſauros pignus ueſtrae amicitiae circa nos. Sentiat ergo Beatus Remigius tantae Dominae fauorem ſi fieri poteſt in recipiendis rebus amiſſis, cum propter ſui merita, tum propter noſtra ſi qua placebunt exhibenda ſeruitia. Sentiamus et nos gratiam iam bene fundatam, ſcilicet ut legato et melius ſcriptis, de pace, et pacis conditione cum noſtro rege habenda dignemini ſignificare nobis, per omnia paratis, quantum fas eſt fidem ſinceriſſimam exhibere. Sicque ſaluti ueſtrae ac noſtrae in commune melius poterimus conſulere.

Ad Imperatricem Theophaniam et ad filium Othonem ex perſona Adalberonis. Epiſt. XC.

In quem cumulum ira furorque regis in nos proruperit, teſtis eſt impetus eius repentinus et inopinatus, uixque ſine multa caede partim repulſus: qui fidi internuntii erant caſtra diruere quae ſub ueſtro regimine nobis ſunt, imperabant offerre iuſiurandum ſecundum eorum libidinem aut urbe regnoque excedere: interſerebant antiquam beneuolentiam Diui Aug. circa nos noſtrumque familiare obſequium. Haec et his ſimilia propriae ſaluti in praeſentiarum obſtitere. Ferte ergo certum ſolatium tempore incerto, nec dubia ſpe deludamur qui in conſeruanda uobis fide nunquam dubitauimus. VI Calend. Apri. conuentus Francorum indictus eſt, ibique crimine infidelitatis pulſabimur, quod Epiſcopum Verdunenſem licentia donauerimus, quodque in presbiterii honorem promouerimus, et ut res fiat impoſſibilis a nobis idem repetendus. Si haec ita ſe habuerint, ueſtri noſtrique fidelis Gerbertus ac Renierus ſecundum quod uoluiſtis, Nouiomago uobis minime occurrere poterunt. Sed ueſtra clementia Coloniae, quo poſt uenturi ſunt quanto ducem aptum itineri eis prouideat. II Calend. Mart. Ottonem et Heribertum comites alloquemur, iterumque datis obſidibus quos recepimus fratrem meum ueſtrae ſeruituti remittere attentabimus. Quibus anguſtiis

§. CII. ob fidem uobis ſeruatam ſemperque ſeruandam premamur, paucis expreſſimus. Salutare ueſtrum auxilium ueſtra ex parte conſtanti animo expectamus, et ut hoc ipſum hoſtes lateat obſecramus, ne acrior eorum in nos exardeſcat ira.

Dominae Theophaniae Imperatrici ex perſona Adalberonis Archiepiſcopi. Epiſt. CIII.

XVI Cal. Iunii fratre meo de inferni tenebris liberato, quaedam lux ueſtri honoris uiſa eſt. Sed eam lucem ne caeco igne cupiditatis Otto et Heribertus comites corrumpant, ſummopere elaborandum. Itaque iuſtas et honeſtas petitiones fratris mei clementer audietis, cum pro ſui merito, tum pro ueſtra beneuolentia in me: iniuſtas autem, et quas tyrannus irationabiliter extorſit, in deſtructionem Eccleſiarum Domini, ac in dedecus ueſtri generis prudenti conſilio deuiabitis. Num uillas Verdunenſis Epiſcopi, quas pro redemptione ſua, una cum filio A. Epiſcopo inuitus donat Godefridus comes iureiurando in perpetuum, ab Eccleſia alienabitis? num caſtra in eisdem ad eorum uotum extruere patiemini, qui nunc furtiuas delectorum militum contrahunt copias, ut in uos ſi apud Caprimontem eſtis impetum faciant? Nam quia dux Theodoricus Satanacam uillam peruaſit quaſi in ultionem reginae Iuueniacum oppidum ſe inuadere ſimulant, ſcelus facturi ſi uobiſcum paucam perſenſerint manum. Haec dixi mentem pro uobis omnino ſollicitam habens, et plena fide executurus quaecumque per G. uobis fidiſſimum ſignificaſtis, qui hoc ſibi donari petit, ut ueſtrae partis fuerit ueriſſimus interpres.

Dominae Theophaniae mittenda pro Epiſcopatu. Epiſt. CXVII.

Semper quidem utilitati ueſtrae proſpicere uolumus, ac proſpiciendo gaudemus. Quippe qui nos noſtraque omnia ueſtrae ſeruituti deuouerimus. Ex tanto ergo affectu, tantoque amore a ueſtra munificentia praeſumimus petere quod ſcimus per fidiſſimos nuntios olim nobis conceſſum eſſe, id eſt ſi in regnorum confinio quolibet Eccleſia uacaret paſtore, in ea non alium conſtituendum, niſi quem ueſtrae utilitati omnimode aptum ſano iuditio delegerimus. Et quia omnibus prouincialibus notum Italia expulſum, ſed in fide non ficta perſtantem habemus Abbatem Gerbertum, hunc Eccleſiae prae-

praefici modis quibus poſſumus oramus: qui nobis quidem eſt uerus filius, uobis uero per omnia obſequentiſſimus ſeruus, cuius abſentia et ſi non grauamur, tamen ob communia beneficia priuata poſthabemus. Super his ueſtrum uelle experiri quantocius ſacris reſcriptis obnixe efflagitamus. §. CIII.

Hemma quondam regina Dominae Auguſtae Theophaniae.
Epiſt. CXIX.

Pietas ueſtri nominis ſubueniat afflictae a praedonibus captiuae. Et mihi quondam fuit et genus, et dignitas, ac Regum nomen. Nunc quaſi ſine genere, ſine dignitate, omnibus afficior contumeliis, ancilla captiua crudeliſſimorum hoſtium facta. Et quomodo ille impius Carolus uocem meam audiret, qui ueſtram audire contempſit? et uos quidem me ueſtra memoria dignam habuiſtis, quae fieri circa me uelletis imperaſtis, hicque regiam urbem occupauit. Parere alicui non putat ſuo nomini conuenire, nolo ei ſpiritum explicare quo ſibi regna inaniter promittit. Hoc tantum oro ne in me foeminam illidatur, dum in mares retunditur.

Dominae Auguſtae Theophaniae. V. I. D. K. V. A. Z.
Epiſt. CXX.

Beneuolentiam ac affabilitatem ueſtram circa nos ſentientes, obſides a Carolo accipere, et obſidionem ſoluere ſecundum uoluntatem ueſtram uoluimus, fidiſſimam ſocietatem ac ſanctam amicitiam conſeruare cupientes. Porro hic Carolus legatos et imperium ueſtrum contemnens, nec ſuper his acquieſcit, nec Reginam relinquit, nec ab Epiſcopo ullos obſides accipit: Et hic quidem uiderit quid ſua ſibi proſit pertinacia. Veſtram autem amicitiam ad nos in perpetuum confirmare cupientes, ſociam ac participem noſtri regni A. decreuimus uobis occurrere ad uillam Satanicam VI Cal. Sept. Ea quae inter uos de bono et aequo ſanxeritis, inter nos ac filium ueſtrum ſine dolo et fraude in perpetuum conſeruaturi.

§. CIII.

Otto III Imperator nunquam uxorem habuit, licet aliquando legatos Conſtantinopolin miſerit, ut ſponſam illi inde peterent. ANNALES HILDESHEIM. ad a. 995. Commentitia ſunt, quae Otto III caelebs.

T 3 de

§. CIII. de Maria Arragonica atrociſſimo combuſtionis ſupplicio affecta circumferuntur. uid. HAHN. hiſt. Imper. in Otton. III §. 7.

§. CIIII.

Kunigundae Imperatricis laus et matrimonium uirgineum.

Ecquis non ſuſpiciat Kunigundis ſanctitatem, quam cum ſingulari prudentia coniunxit? Mortuo namque marito inſignia regalia retinebat, reipublicae ſuccurrebat et ad reſtaurandum imperium aciem ingenii mentiſque dirigebat. Teſte WIPPONE pag. 423 ſqq. AVCTOR VITAE S. KVNIGVNDIS §. 7. Sanctitati illius nihil detrahitur, etſi matrimonium illius uirgineum a quibusdam in dubium uocetur. uid. GVNDLING. Otior. P. III p. 151 von der heiligen Kunigunda und derſelben vermeinter Keuſchheit. MVRATOR. hiſt. Ital. ad a. 1024 edit. German. Nituntur auctoritate diplomatis Henrici coniugis, eccleſiae Hildesheimenſi conceſſi, in LEIBNITII ſcript. Brunſuic. T. II pag. 156, in quo formula legitur: *pro animae noſtrae remedio regni quoque totius nobis diuinitus collati ſtabilitate et pro coniugis proliſque regalis incolumitate.* LEIBNITIVS appoſite commentatur: *Magis adhuc memorabile eſt, Henricum Sanctum in hoc ipſo diplomate non coniugis tantum, ſed et prolis ſuae facere mentionem:* pro coniugis proliſque regalis incolumitate. *Vnde uidetur explodenda illa receptiſſima licet narratio de uirginitate a coniugibus iſtis ſeruata. Et dicendum putem uel prolem habuiſſe, quam rurſus amiſerit, uel ſaltem ſperaſſe, quorum utrumque cum uirginitatis conſilio pugnat.* Magis haec confirmantur per uerba diplomatis Henrici apud HERRGOTT. Vol. II p. 105 ad an. 1019: *Specialiter tamen in dilectiſſimam noſtram coniugem Kunigundam Imperatricem Auguſtam, qui in Chriſto ſumus una caro.* Add. SCHATEN. Annal. Paderborn. p. 424: *et dilectiſſimae coniugis noſtrae, qui duo ſumus in carne una, Cunigundae uidel. imperatricis Auguſtae rogatu et inſtinctu.* At forte Henricus ſtudio hiſce formulis uſus eſt, ne matrimonium uirgineum, quod celare uoluit, aliis notum redderetur. conf. CONR. SAMVEL. SCHVRZFLEISCHII diſſ. de innocentia Cunegundis.

a. Kunigundae coronatio,

Cunigundis in Germania coronata fuit Paderbornae, poſtea Romae cum marito. ADELBOLDVS de rebus geſtis S. Henrici ap. LVDEW. Script. Bamberg. pag. 796 perperam exiſtimat, Cunigun-

nigundem per coronationem demum reginam factam eſſe: *interea*, C V. *regi a Saxonia in regnum Lotharienſe properanti Gruonae occurrit uxor ſua, domina Cunigunda, nomine iam extans, ſed re cito regina futura. Inde enim Paderbornam ueniens in feſto S. Laurentii, acclamatur, benedicitur, coronatur, et fit KVNIGVNDA Kuninga, quod latine interpretari poteſt*, regia, regina. Etymologian nominis Cunigundis GRETSER in uita Cunigundis ap. LVDEWIG c. l. p. 346 latius explicat: „ *Quod ad nomen attinet, uarie ſcribitur*; *Cunegundis*, *Chunigundis*, *Chunegunda*, *Chunigund*, *Chunicund*, *Chynegund*; et ſignificat *regis fauorem*; nam *Kunic*, *Chunic*, *Kuning*, hodieque nonnullis per contractionem, *Kung*, *Chynig*, *Chyne* rex eſt; et gund; gunſt, hoc eſt *favor.* Ad eandem formam cuſa ſunt, *Chynibild*, *Chunilda* et *Chunigilda*, *regis amor.* Idem, *Chunidrud*, *regis fiducia.* *Chunipret*, *regis fama*, uel *pompa.* Nam drau, trou, *fides* eſt, drauen, drouen, *fidere*, *fidem habere.* Hinc *Gertruda*; *Ariodruda.* *Himeltraud*, *Himeldrud*, *quae coelo fidit.* Porro Chunigildam, uxorem Henrici III regis et imperatoris II, qui fuit filius Conradi Salici imperatoris (quam Wippo nominat Chunelindem) nonnulli auctores, nominatim Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, confundere uidentur cum noſtra *Chunegunda*, S. Henrici coniuge; quae et Eliphdruda uocabatur, teſte Hermanno in Chronico. Fuit autem Chunegundis filia Siffridi palatini Rheni, ut Fabricius in Originibus Saxonicis, Cuſpinianus, et alii tradunt; licet aliis refragantibus.„ Ceterum coronam Cunigundis ſolennibus deſtinatam et quotidianam depictam dedit LVDEWIG cit. loc. pag. 8.

eiusque nominis etymologia.

§. CV.

Quot munificentiae documenta Henricus et Cunigunda in pios uſus contulerint, iam ſigillatim exponere nihil attinet. Porrigamus tantum chartam Cunigundae Imperatricis, quae tamen non ex Curia imperiali promanaſſe, ſed ad priuatarum literarum morem compoſita uidetur. Debemus eam PETZIO in THESAVR. ANECDOTORVM T. I Part. III p. 120 in Cod. Tradit. S. Emeran.

Kunigundae charta traditionis.

Notum ſit praeſentibus, atque futuris, qualiter Imperatrix Chunigunt cum manu aduocati ſui Keroldi Comitis tradidit in manum Saſſonis miniſterialis ſui famulam ſuam, nomine Pechildam, ut traderet

§. CVI. deret ad ſanctum Dei martyrem Emmerammum ſub iure, quod ſibi ſeruiret, his teſtibus per aures tractis, Cozpreht, Adalpeio, ſupradictusque Saſſo. Dominae ſuae iuſſa compleuit, tradens ad ſupradictum Dei martyrem in manum Purchardi Abbatis, et aduocati ſui Magononis ſub ea lege, qua praediximus. Teſtes: Adalpreht, Yrminfrit, Aribo, Ernuſt.

De aduocatis Auguſtarum diximus §. LXX. Mos teſtes per aures trahendi in primis placuit Baioariis. uid. Opuſcula noſtra p. 15.

§. CVI.

Kunegundis epiſtola ad congregationem Confugienſem. Adiungamus epiſtolam Cunigundis ad Confugienſem congregationem ſcriptam, multam ſanctimoniam ſpirantem. Auguſta ipſa hoc coenobium condidit in Haſſia, in quod ſe marito orbata recepit. Inſpiciatur in LVDEWIG. ſcriptoribus rerum Epiſcopatus Bambergenſis uita ſanctae Kunigundis Imperatricis Cap. VIII pag. 352.

CHVNEGVNDIS diuina diſpenſatione ſolo nomine imperatrix, ſpecialiter dilectae congregationi in Confugia, quidquid iuſtae conuenit dilectioni. Propriae aduerſitatis ſarcinam, ueluti aeſtimo, facilius tolerarem, ſi ueſtra res ſaluas, incolumesque exiſtere uiderem. Quamuis enim mens procelloſis curarum fluctibus undique quatiatur, ueſtrae tamen recordationis ancora a cordis profunditate non euellitur. Et licet longe remotae ab oculis ſitis, ab animo tamen nusquam receditis. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? caſus doloris? an longinquitas remotionis? Quin etiam ſi amiſſae facultatis uſus concederetur, uoluntas haec operis exhibitione comprobaretur. Ipſum tamen modicum, quod adhuc, Deo uolente, reliquum tenemus, ueſtrae commonitioni alienum eſſe nolumus, ut participatione paruitatis reueletur magnitudo deuotionis. Mater namque, ſi parum habuerit, parum filiis tribuit. Ecce haec modici ſumptus munuſcula ad refectionem uobis mittuntur carnis, ut animam ſenioris, patris ueſtri, continua orationis alimonia reficiatis: quoniam tot iuſtorum preces unanimiter continuatae, apud Deum multum poſſunt proficere, Iacobo atteſtante. Multum ualet deprecatio iuſti aſſidua.

Ille

Ille etiam atque etiam iuſtus dominus, qui iuſtitias dilexit, aequitatem ſupplicationis, exaudire non reſpuit: ſed uobis indefeſſis interceſſoribus, ſupradicti chari memoriam facientibus, ſalutis dabit praemium, quod ipſe promittit, dicens; *qui perſeuerauit usque in finem, hic ſaluus erit.* Atque bonum opus in conſpectu etiam Dei placitum eſſe cernitis, ſi non ſolum pro illis, qui in hac uita poſiti, multa uobis bona; ſed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraueritis. Obſecro ergo, ut eum a cordibus ueſtris nunquam abiiciatis, qui uos tanquam proprias amauit, atque hunc locum ueſtra ſeruitute florere uoluit. §. CVII.

Eſtote quoque meae neceſſitatis memores, ſemper in hilaritate cordis miſericordes, ſecundum illud apoſtoli: *Dilectio ſine ſimulatione.* Nec non ueſtrae mentes in quandam mutuae charitatis ſoliditatem magis ac magis concreſcant, quatenus in die tribulationis clamorem ueſtrum ipſius aures exaudiant, qui dicit: *ubi duo, uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum.* Quod uos omni modo promereri hortor, eodem praeſtante, qui cum patre et ſpiritu ſancto uiuit et regnat per omnia ſaecula ſaeculorum, amen.

§. CVII.

Praeterea apud Eccleſiam Friſingenſem perpetuum largitatis monimentum ſtatuit. Nimirum Anno MXXV *S. Kunigunda Imperatrix quaedam praedia, ſcil. Ranerſtorf ſeu Ratesboven, Hopertach, Oſtermütting, Veldkirchen, tradidit cum Eccleſiis et decimis, cum Foreſto Wilnhart, cum terris, cultis et incultis, et cum omnibus ad ea pertinentibus. Inſuper et praefata Imperatrix tradidit quidquid habuit in Hal, in aedificiis, terris cultis et incultis, ac Sartaginibus, ad altare S. Mariae ſanctique Corbiniani confeſſoris Chriſti Friſing. in ius perpetuum.* Ita HVNDIVS in Metropol. Salisb. T. I pag. 95. Totum inſtrumentum ſiſtit MEICHELBECK Tom. I Hiſtor. Friſing. p. 219, itemque PETZ in Theſaur. Anecdot. T. III P. III pag. 184 in ARNPECKHII Chronico Baioariorum.

Precaria, ſeu Complacitatio Domnae Chunigundae Imperatricis Auguſtae, atque Venerandi Egilberti Friſingenſis Eccleſiae Epiſcopi.

S Chunegunda permulta praedia donat Friſingenſi Eccleſiae.

Anno Dominicae Incarnationis Milleſimo Viceſimo quinto ſummae Diuinitatis miſeratione prouiſum eſt, ut pia Deoque amabilis

§. CVII. bilis Domina Chunigunda Imperatrix Auguſta ob amorem coeleſtis deſiderii, atque ob recordationem diuae memoriae Senioris ſui Henrici Imperatoris Auguſti, nec non ob quoddam uitae temporalis emolumentum cum conſilio glorioſi Ducis Bajoariorum, Henrici ſcilicet fratris ſui, cunctorumque procerum et optimatum, comitumque Bajoaricae prouintiae, ac Iudicum, quaedam ſui iuris *praedia* Rantersdorf, ſiue Ranteshoua, Hohperchach, Oſtermuntinga, Veltchiricha nominata traderet in manus *Venerandi* Egilberti Friſingenſis Eccleſiae Epiſcopi, et Aduocati ſui Uodalſcalchi cum Eccleſiis, ac decimis, cum foreſto Willinhart, ac foreſtariis, * cum terris cultis, et incultis, mancipiis utriusque ſexus, uineis, molendinis, et cum omnibus iuſte et legaliter ad ea pertinentibus, exceptis tantum quinque ſeruilibus manſis, cum pratis ad eosdem rite pertinentibus in beneficio Bezilini ſitis, quod nuncupatur * - - - - et quinque ſeruis cum quatuor ancillis, quibus ipſum beneficium tunc temporis erat poſſeſſum, quod uidelicet beneficium ea lege, ut dictum eſt, ipſa Domna Imperatrix Auguſta tradidit in proprium Uxori praefati Bezilini absque uenationibus, et ſaginationibus, ac ſine lignorum inciſionibus in foreſto iam dicto. Excepit etiam memorabilis Imperatrix Camerarium unum Azili nominatum absque beneficio ſui, et famulas duas Peza, et Raza nominatas. Inſuper etiam Imperatrix Auguſta tradidit eidem Epiſcopo, quidquid uiſa eſt habere in loco *Hal* dicto cum utriusque ſexus mancipiis, aedificiis, terris cultis et incultis, ſartaginibus, ac locis ſartaginum, ac locis onuſtariis * Witevendin, cenſalibus et cum omnibus iure et legaliter ad ipſam Salinam reſpicientibus, atque cum omnibus rebus, quas uiſa eſt habere ſupra fluuium Sala nominatum, ea uidelicet *ratione* **, ut ipſa uenerabilis Domina, quamdiu Deo ordinante uiueret - - - res omnes ſupra memoratas in integrum poſſideret. Poſt deceſſum uero uitae mortalis pro eleemoſina piae memoriae Domini ſui Heinrici Imperatoris, adoptato quoque *propriae* animae remedio ad altare S. Mariae ſemper Virginis, ſanctique Confeſſoris Chriſti Corbiniani Friſingae corporaliter quieſcentis, in ius uidelicet, atque dominium egregii Antiſtitis Egilberti Succeſſorumque ſuorum lege precaria refunderentur. Teſtes Gerolt Comes. Fridirih Comes. Arnolt Comes. Hartvvic palatinus Comes. Adalpero Comes. Tiemo Comes. Poppo Comes. Piligrim Comes. Altman Comes. Item Gerolt Comes. Gunspolt Comes. Heinrih filius Tiemonis comitis. Pera-

quaedam praedia. *Arnpeckh.*

uenerabilis. *Arnpeck.*

* Foreſtarius, qui ſyluas curat.

* Lacuna ereſa.

* Vbi ſcilicet currus aut naues onerantur ſale, uino, uel frugibus etc.

** tenore. *Arnpeck.* Adiiciuntur certae conditiones.

proprio. *Arnpeck.*

Peraholt filius Friderici comitis. Gerolt filius Geroldi comitis. Sarhilo filius Sarhilonis comitis. Gerolt. Maganus. Gamanolf. Albrih. Item Gamanolf. Helmperht. Hartvvic. Ekkihart. Luitolf. §. CVII.

E contra uero Praelibatus Pontifex cum conſilio, atque conſenſu ſuorum tam Clericorum, quam laicorum, maximeque pii Ducis Heinrici, ac Optimatum ſuorum retradidit Deo deuotae Imperatrici Chunigundae, lege ut ſupra dictum eſt, precaria cum manu Aduocati ſui Uodalſcalchi de rebus Eccleſiae ſuae curtem Iſona uocatam. Curtem Purgreina ac curtem, quae dicitur Dorfa. Curtem etiam Tegrinvvach cum terris cultis, et incultis, cum ipſo Monaſterio, et Congregatione Sancti Zenonis, ac reliquis Eccleſiis, et decimis, cum mancipiis utriusque ſexus, molendinis, ſiluis, compaſcuis, Zidalvveidis, omnique poetenus utilitate ad praedictum uenerabilem locum pertinentibus, rerumque praedictarum ueſtituram, eo tenore, ut praedicta Domina, et datum, et acceptum usque ad felicem uitae ſuae terminum poteſtatiue poſſideat: poſtea uero integritas ambarum partium, dati ſcilicet, et accepti omni contradictione remota ad altare Sanctae Mariae, Sanctique Corbiniani ad ſpecialem uſum Friſingenſis Praeſulis Egilberti, ſuorumque ſucceſſorum firma allegatione, iureque proprio ſubſiſtat: Si autem forte, quod abſit, euenerit, ut uiolentia ſiue uſurpatiua poteſtate alicuius Imperatoris uel Regis, aut etiam Ducis ſiue Epiſcopi haec precaria in illa uel in iſta parte diſſoluatur, aut infringatur, uterque, quod dedit, recipiat, et in ſuum uſum ac ueſtituram, ſicut ante habuit, reflectat. Gerolt Comes. Fridirih Comes. Arnolt Comes, et reliqui ut ſupra. Egilbertus erga S. Chunegundam gratum ſe exhibet.

MEICHELBECK. hanc annotationem adiecit:

Porro quo die hic tractatus fuerit concluſus, non exprimitur in inſtrumento. Illud certum uidetur, *hanc complacitationem*, ſeu *bene placitum* contigiſſe ante menſem Iulium huius anni. Cum enim Chunegundis iuxta Baronium III Id. Iulii anniuerſarium Henrici diem celebraſſet, ad Confungenſem, ſeu Confugienſem Parthenonem, a ſe haud procul Caſſalis * Haſſiae oppido, ad Fuldam amnem conditum, ſe recepit, et illo ipſo die Monaſterii illius Baſilicam dedicari fecit, quo ipſo tempore intra Miſſarum ſolemnia, Imperiali ueſte ornata, ad altare proceſſit, ibique ligni Dominici pretioſam S. Chunegundis fit Monialis. *Heſſen Caſſel.

§. CVII. ſam crucem obtulit, ac demum, lecto Euangelio, poſita Regali purpura, fuſci coloris tunicam, quam ipſa ſibi elaborauerat, accepta Sacerdotali benedictione, induit, capillisque reſectis, uelo, et annulo inſignita, Chriſto ſub diui Benedicti regula conſecrata, ſicque ſacrarum filiarum ſuarum contubernio aggregata eſt, quibus omnibus ſe deinceps inferiorem exhibuit, et exquiſitiſſimae ſanctitatis facem annis quindecim (ut quidam opinantur) praeluxit. Sane quo anno poſtea bona, in inſtrumento deſignata, Eccleſiae Friſingenſi tum acceſſerint, tum redierint, incertum eſt. Certum eſt, et acceſſiſſe, et rediiſſe, ac Friſingenſem Eccleſiam ſanctae Imperatrici manere obaeratam; de cuius feliciſſima morte ſuo loco agemus.

§. CVIII.

Bambergenſis epiſcopatus, conſentiente Kunigunda, inſtituitur.

Omnium piorum operum praeſtantiſſimum ſine dubio erat templi Bambergenſis dedicatio, id namque conſentiente Cunigunda factum eſſe docent literae Henrici Imperatoris de Epiſcopatu Bambergenſi inſtituto in LVDEWIG. cit. loc. p. 283: *Proinde patere uolumus omnium fidelium uniuerſitati, quod quendam paternae hereditatis noſtrae locum*, Babenberc *dictum, in ſedem et culmen epiſcopatus proueximus, et Romanae ſedis auctoritate firmatum atque uenerabilis Henrici Wirzburgenſis epiſcopi conſenſu et dilectae coniugis noſtrae, Chunegundae, uoluntate ac pari communique omnium noſtri fidelium, tam archiepiſcoporum, quam epiſcoporum, abbatum, nec non et ducum, et comitum conſulto decretoque ac totius regni noſtri, principumque concordi deuotione laudatum* etc.

SPENER. in Iur. publ. P. VI pag. 259 arbitratus eſt, Henricum coniugi dotalitium in terris hiſce Bambergenſibus conſtituiſſe, quod, illa inuita, ne diuis quidem dicari potuiſſet. Teſtis eſt DITMAR L. VI f. 383: *Rex a puero quandam ſuimet ciuitati Bavenberg nomine in Orientali Francia ſitam unice dilectam prae ceteris excoluit, et uxore ducta ei in dotem dedit.* Quae de communione bonorum inter coniuges ad Caeſaris quoque domum pertinente, aſſerit SPENERVS, ea tam facile nobis perſuaderi non patimur.

§. CVIIII.

§. CVIIII.

§. CVIIII. Kunigundae nomen chartis mariti admodum familiare.

Frequentiſſimam Cunegundae commemorationem deprehendimus in Henrici II mariti diplomatibus, e quibus nonnulla ſpecimina pro more noſtro decerpere liceat:

LINDENBROG. ſcript. rer. germ. p. 135: *interueniente dilecta coniuge noſtra et regnorum conſorte Cunigunda* etc. IDEM p. 136: *dilectae contectalis noſtrae Chunigundae uidelicet Imperatricis Auguſtae interuentione* etc.

MEIBOM. Tom. II rer. germ. p. 376: *interuentu contboralis noſtrae Chunigundae Reginae* etc.

CALMET. hiſt. de Lorraine T. I pr. p. 398: *pro remedio animae noſtrae, et dilectiſſimae coniugis noſtrae Cunegundae* etc. IBID. p. 564.

ZYLLES. P. III n. 19: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Cunigundis uidelicet Reginae.*

SCHATEN. ann. Pad. P. I p. 363: *per interuentum dilectae coniugis noſtrae et reginae Cunigundae* etc. IBID. pag. 374: *pio admonitu uener. epi Rotharii - - memoriae - - quam etiam dilectiſſimae contectalis noſtrae Cunigundae uidelicet reginae animae conſulentes. - - ad monaſterium in honore S. Liborii Padrabrun - - - dedicatum, quoniam praetaxata amabilis coniux noſtra regiae conſecrationis inibi adinuenit dominium* etc. IBID. pag. 391, pag. 394, pag. 402, 417, 418, 422. IBID. pag. 424: *et dilectiſſimae coniugis noſtrae, qui duo ſumus in carne una Cunigundae uidel. imperatricis auguſtae rogatu et inſtinctu* etc. IBID. p. 425: *cum interuentu amantiſſimae coniugis noſtrae Cunigundae uidelicet Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. pag. 426: *dilectiſſimae foeminae ſiue coniugis noſtrae Cunigundae ſcil. Imperatricis Auguſtae interuentu.* IBID. pag. 429, 430, 432, 433, 435, 438, 439, 441, 444, 451, 452, 453, 454.

MARTEN. Tom. I uet. mon. p. 380: *pro remedio animae noſtrae ac dilectae coniugis noſtrae Chunigundae* etc.

SAMMARTH G. Chr. T. V p. 469: *in primis pro amore Dei eiusque genitricis, nec non pro aſſiduis petitionibus dilectae coniugis noſtrae Chunegundae* etc.

HEDA de Epiſcopis Vltraiect. p. 100: *per interuentum dilectae coniugis noſtrae reginae Cunigundae* etc. IBID. p. 113.

§. CVIII. TSCHVDII Chron. Heluet. ad A. 1114: *ob remedium animae noſtrae, dilectaeque coniugis noſtrae Kunigundae Imperatricis Auguſtae* etc.

SCHANNAT. Hiſtor. Wormat. p. 35: *per interuentum Cunigundae, dilectae coniugis noſtrae* etc. IBID. p. 36, 37, 38, 52.

HERRG. Vol. II p. 105, a. 1019: *ſpecialiter tamen in dilectiſſimam noſtram coniugem Kbunegundam - - Imperatricem Auguſtam, qui in Chriſto ſumus una caro, nos liberaliſſimos eſſe, res et ipſa ratio compellit.* IBID. p. 106 a. 1023: *nec non per interuentum ac petitionem dilectiſſime coniugis noſtre Cunigunde uidelicet Imperatricis Auguſtae* etc.

MEICHELBECK. T. I Hiſtor. Friſing. p. 212: *ob ſpem quoque diuinae remunerationis tam nobis, quam etiam dilectae noſtrae contectali Cbunigundae impetrandam* etc. IBID. p. 206, 198.

HVND. Metrop. Saliſb. T. II p. 16: *interuentu dilectae contectalis noſtrae Cbunigundae* etc. IBID. p. 17, 25, 260, 406. IBID. T. III p. 280.

LVDEWIG. ſcript. rer. Bamb. p. 283: *conſenſu et dilectae coniugis noſtrae, Cbunegundae, uoluntate* etc. IBID. p. 332, 333, 334, 335, 336, 1118. T. II p. 15.

PEZ. theſ. Anecdot. T. I P. III p. 63 ſq. in tribus chartis: *interuentu etiam dilectae coniugis noſtrae Cunigundae Imperatricis Auguſtae.* IBID. T. VI p. 150: *per interuentum ac petitionem Kunigundae, noſtrae dilectiſſimae coniugis et Imperatricis.*

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII p. 440: *qualiter nos pro remedio anime noſtre parentumque noſtrorum, nec non dilectiſſime contectalis noſtre Cunigunde, uidelicet Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. p. 466.

MVRATOR. Antiq. Ital. T. II p. 63: *qualiter nos pro Dei amore noſtraeque remedio animae, eciam interuentu ac peticione Cunigundae Imperatricis noſtraeque dilectae coniugis* etc. IBID. p. 1007.

LINDENBROGII ſcript. ſept. p. 135: *interueniente dilecta coniuge noſtra et regnorum conſorte Cunigunda.* IBID. p. 136.

LVNIG. Reichs-Archiv. Part. ſpec. Contin. I pro ep. Sabion. I: *pro remedio animae Kunigundae reginae dilectae coniugis noſtrae.* et II Contin. II Fortſ. p. 352. it. ſpicil. eccl. P. I p. 150: *interueniente dilectiſſima contectali et regnorum conſorte uidel. Kunegunde.* ID. in ſpic. Eccleſ. P. III pag. 320 in charta pro Abbatia Aſſindenſi: *per ſuam et dile-*

dilectiſſimae contectalis noſtrae Kunigundae, ſcilicet reginae, interceſſionem. IBID. P. II pag. 19: *ob deuotionem dilectae coniugis noſtrae Kunigundis uidelicet reginae.* §. CX.

§. CX.

Sicco pede praeterire non poſſumus commentum iſtud de ſerico filo Kunigundis. Audiamus HOFFMANNI Annal. Bamberg. Lib. I §. 68 ſq. ap. LVDEW. cit. loc. p. 44. Ceterum inter tot praeclara et memorabilia beneficia, conceſſiones et iura, illud in primis celebratur, quod conſilio pleno prudentiae et liberalitatis, potentiſſimos Germaniae principes, ſupremos eccleſiae Bambergenſis OFFICIALES conſtituit. Ratus enim ad fidem ſuam et dignitatem pertinere, ut urbem Babebergenſem, quam non ſolum Romani *imperii uillam*, ſed catholicae quoque religionis domicilium, eſſe uolebat, illuſtri aliquo praeſidio inſtrueret, regia auctoritate ſtatuit, ut principes electores eccleſiae Babebergenſis officiales et uaſalli eſſent, et *imperii feuda, quae electorali nomine ac titulo tenent, ab epiſcopo Babebergenſi acciperent*, eaque fide, quae domino feudi debetur, eidem obligarentur. Maxime uero in celebritate illa, qua recens electus epiſcopus, cum apparatu ſplendidiſſimo, urbem de more primum intrare ſolet, comitandi et deducendi gratia praeſto eſſent, et, ſuo quilibet munere functus, tantae eccleſiae maieſtatem, auctoritate ſua et praeſentia, fulcirent et adminiſtrando illi ſubſeruirent - - - Et fuit ſane ſuperioribus diebus tanta regiae huius atque imperatoriae conſtitutionis autoritas, ut uulgo *ſericum filum* appellaretur, quo Imperator et *Cunigundis*, auguſta prudentiſſima, eccleſiam ſuam et ciuitatem, quaſi muro ac propugnaculo fortiſſimo, muniuit, et aduerſus imminentium extremorum bellorum ac diſſidiorum domeſticorum incommoda, ſecuram reddidit. Ac licet haud diffitendum ſit, nonnullos optimates imperii tam excelſo epiſcopatui feuda obtuliſſe, atque adeo miniſterialibus ſe adſcribi uoluiſſe: tamen ſeptemuiri electores praeſuli Bambergenſi eadem, qua Caeſari et imperio fidę, non obſtringuntur. Conf. CAR. GVL. GAERTNER de feudis et officiis Bambergenſibus S. R. I. Electorum, inprimis Saxoniae Nouemuiri. De ſerico Kunigundis filo.

§. CXI.

§. CXI.

§. CXI.

Bulla canoniſationis Cunigundae imperatricis.

Quemadmodum Cunigundis inter uiuos mira morum caſtimonia fulgebat: ita non defuere, qui opem eiusdem, ſaeculi rebus ereptae, implorarent. Inde euenit, ut auxilia miranda praeſtitiſſe diceretur, quibus Innocentius III, Pontifex, permotus eam caelitibus ſolenni ritu adſcripſit. En! tabulas ἀποθεώσεως, quas tradit LVDEWIG. ſcript. Rer. Bamb. p. 487 ſqq. et MABILLON. Saec. VI Bened. p. 466.

*Thimo epiſcopus Bamb. qui Othoni argo ſucceſſit.

INNOCENTIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI, uenerabili fratri * *Theumoni* epiſcopo, et dilectis filiis capitulo Babenbergenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem.

Matth. 5.

Cum ſecundum euangelicam ueritatem *nemo accendat lucernam, et ponat illam ſub modio, ſed ſuper candelabrum; ut omnes, qui in domo ſunt, uideant:* pium pariter eſt et iuſtum, ut, quos Deus merito ſanctitatis coronat et honorat in caelis; nos, uenerationis officio laudemus et glorificemus in terris: cum ipſe potius laudetur et glo-
1. Tim. 4. rificetur in illis, qui eſt laudabilis, et glorioſus in ſanctis. Pietas enim promiſſionem habet uitae, quae nunc eſt, et futurae, dicente
Matth. 13. domino per prophetam; *dabo uobis cunctis populis in laudem, gloriam et honorem:* et per ſe pollicente; *fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum.* Nam, ut ſuae uirtutis potentiam mirabiliter manifeſtet, et noſtrae ſalutis cauſam miſericorditer operetur, fideles ſuos, quos ſemper coronat in caelo, frequenter etiam honorat in mundo, ad eorum memorias ſigna faciens et prodigia, per quae prauitas confundatur haeretica, et fides catholica confirmetur. Nos ergo, chariſſimi, quantas poſſumus, etſi non quantas debemus, omnipotenti DEO gratiarum referimus actiones; qui in diebus noſtris ad confirmationem catholicae fidei et confuſionem haereticae prauitatis, euidenter innouat ſigna et miracula potenter immutat, faciens eos coruſcare miraculis, qui fidem catholicam tam corde, quam ore, nec non et opere tenuerint.

Inter quos beatae memoriae KVNEGVNDIS, Romanorum imperatrix Auguſta, quae degens olim in mundo, magnis meritis praepollebat; nunc, uiuens in caelo, multis coruſcat miraculis, ut eius Sanctitas certis indiciis comprobetur. Licet enim ad hoc, ut aliquis ſanctus ſit apud Deum in eccleſia triumphante ſola ſufficiat finalis

finalis perſeuerantia, teſtante ueritate, quae dicit; quoniam, *qui* §. CXI.
perſeuerauerit usque in finem, hic ſaluus erit: et iterum: *eſto fidelis us-* Matth. 10.
que ad mortem, et dabo tibi coronam uitae: ad hoc tamen ut ipſe ſanctus Apoc. 2.
apud homines habeatur in eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria; *uirtus morum*, et *uirtus ſignorum*, uidelicet, *merita et miracula*, ut et haec, et illa ſibi inuicem conteſtentur. Non enim aut merita ſine miraculis, aut miracula ſine meritis, plene proficiunt ad perhibendum inter homines teſtimonium ſanctitati: cum interdum angelus Satanae transfiguret ſe in angelum lucis: et quidam opera ſua faciant, ut ab hominibus uideantur. Sed et magi *Pharaonis* olim ſi- Exod. 7.
gna fecerunt; et antichriſtus tandem prodigia operabitur, ut, ſi Matth. 24.
fieri poſſet, in errores etiam inducantur electi. Verum, cum et merita ſana procedunt; et clara ſuccedunt miracula; certum praebent indicium ſanctitatis; ut nos ad ipſius uenerationem inducant. quem Deus et meritis praecedentibus, et miraculis ſubſequentibus exhibet uenerandum. Quae duo ex uerbis Euangeliſtae plenius colliguntur, qui de apoſtolis loquens aiebat: *illi autem profecti prae-* Marc. 16.
dicauerunt ubique, domino cooperante, et ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Sane cum ad audientiam bonae memoriae, CAELESTINI Papae, praedeceſſoris mei, merita et miracula praefatae imperatricis, uobis referentibus, perueniſſent, ut ipſe de illis notitiam conciperet certiorem; inquiſitionem eorum uenerabilibus fratribus noſtris, *Auguſtenſi* et *Eiſtetenſi*, et bonae memoriae *Wirtzburgenſi* epiſcopis, et dilectis filiis *Eboracenſi Lancheimenſi*, et *Hailsbrunnenſi* abbatibus, per apoſtolica ſcripta commiſit; poſt cuius obitum usque adeo manifeſtari coeperunt et multiplicari miracula, ut ex euidentia pariter et frequentia, ſanctitas eius ab omnibus, quaſi notoria praedicetur; ſicut ex multis teſtimonialibus literis epiſcoporum, abbatum, praepoſitorum et principum, nec non et aliorum multorum nuper noſtro extitit apoſtolatui reſeruatum.

Venientes igitur ad apoſtolicam ſedem, ex parte ueſtra dilecti filii N. abbas *Michelueldenſis*, *Gundelus* decanus, *Cunradus* cuſtos, *Marcus* archidiaconus, *Hermannus* ſubdiaconus maioris eccleſiae ueſtrae, *Lupoldus*, diaconus S. Stephani, *Burchardus* diaconus S.

§. CXI. MARIAE, *Heinricus* presbyter S. Michaelis, *Heinricus* ſubdiaconus S. MARIAE, nobis et fratribus noſtris humiliter ſupplicarunt, ut Matth. 16. ex plenitudine poteſtatis, quam IESVS CHRISTVS B. *Petro* conceſſit, praenominatam imperatricem ſanctorum catalogo dignaremur adſcribere, decernentes, eius memoriam inter ſanctos ab uniuerſis fidelibus de caetero celebrandam: cum hoc ſublime iudicium, ad eum tantum pertineat, qui eſt B. Petri ſucceſſor et uicarius IESV CHRISTI.

Nos itaque cognoſcentes, quod hoc re uera iudicium ſublimius eſt inter caetera iudicia iudicandum, in ipſius examinatione plenariam uolumus adhibere cautelam. Et ideo praenominatos iurisiurandi religione conſtrinximus, ut puram nobis ſuper nos dicerent ueritatem. Qui iurati dixerunt, quod, ſicut ex celebri fama et ſolenni ſcriptura nouerunt, B. KVNEGVNDIS S. HEINRICO imperatori fuit matrimonialiter copulata, ſed ab eo non extitit carnaliter cognita. Vnde, cum dominus imperator ageret in extremis, principibus et parentibus inquit de illa; *qualem mihi eam aſſignaſtis, talem uobis eam reſigno: uirginem eam dediſtis, et uirginem reddo.* Suam ergo uirginitatem domino conſecrauit, et ſeruauit intactam: ita quod, cum aliquando, inſtigante humani generis inimico, ſuſpicio quaedam contra ipſam fuiſſet exorta; ipſa, ut ſuam innocentiam demonſtraret, ſuper ignitos uomeres nudis plantis inceſſit et proceſſit illaeſa.

Item ſanctus imperator HEINRICVS, et haec imperatrix egregia KVNEGVNDIS, de propriis facultatibus BABENBERGENSEM fundauerunt eccleſiam et dotauerunt: quam, cum ſuis omnibus pertinentiis ex feruore deuotionis, quam ad apoſtolicam ſedem habebant, B. Petro apoſtolorum principi obtulerunt, annuum ei cenſum, ad indicium, quod iuris ſit eccleſiae Romanae, ſoluentem. Sed et alia plurima beneficia piis locis, et uenerabilibus eccleſiis contulerunt, Chriſtum ſibi facientes haeredem.

Haec et alia retulere de meritis; de miraculis aſſerentes, quod eis praeſentibus et uidentibus, ad memoriam huius uirginis, caeci uiſum, claudi greſſum, muti uerbum, et ſurdi recuperauerunt auditum, aliisque languoribus impetiti, frequenter et euidenter plenam conſecuti ſunt ſanitatem: et quod eſt mirabilis noui-

nouitatis, et noui miraculi, puluis de tumulo eius aſſumptus, ſaepe conuerſus eſt in frumentum. §. CXI.

Nos ergo de meritis et miraculis eius multis et magnis non ſolum teſtimoniis, ſed et teſtibus certiores effecti, cum ſecundum prophetam, *laudandus ſit Deus in ſanctis ſuis*; de fratrum noſtrorum conſilio et pontificum multorum apud ſedem apoſtolicam exiſtentium, ipſam beatam uirginem KVNEGVNDIM catalogo ſanctorum adſcripſimus, eiusque memoriam inter ſanctos decreuimus celebrandam. Pſalm 150.

Quapropter uniuerſitatem ueſtram monemus et hortamur in domino, per apoſtolica ſcripta mandantes; quatenus, quod nos ſolenniter et caute ſtatuimus, uos humiliter, et deuote ſeruetis, ut meritis eius et precibus apud miſericordiſſimum iudicem indulgentiam conſequamur.

Collectam autem et alias orationes in commemoratione eius dicendas, edidimus, quas in hac pagina duximus ſubſcribendas. Oratio: *Omnipotens et miſericors Deus, qui a gloria tua nullum excipis ſexum, nullamque conditionem excludis, te ſuppliciter exoramus: ut, ſicut beatae KVNEGVNDI uirgini tuae, poſt terreni culmen imperii, coeleſtis regni ſolium contuliſti: ita meritis eius, et precibus, nobis quoque famulis tuis aeternae felicitatis praemia largiaris. Per dominum.* Secreta; *ſacrificium laudis tuae tibi, domine Deus noſter, offerimus, tuam clementiam implorantes, ut, per huius ſacramenti uirtutem, intercedente beata KVNEGVNDE uirgine tua, nos et a peccatis expedias, et a periculis tuearis. Per dominum.* Complendo: *ſacramentum redemptionis humanae, quod in honore beatae KVNEGVNDIS obtulimus, tibi nos, domine, reddat acceptos, ut per hoc, quod et accepimus ipſi de tuo, et ſuſcepiſti de noſtro, in tui ſemper unione uiuamus: qui cum patre.*

Datum Laterani III Nonas Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

Digitized by Google

CAP. IV

DE
DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM PERIODI FRANCICAE.

§. CXII.

§. CXII.

Giſelae ſtemma,

GIſela, Conradi II Imperatoris uxor, modo Regina, modo Imperatrix appellatur. Proſapiam illius accuratius inueſtigare tentauit HAHN. in Conrado II §. 10, et KOEHLER. in diſſ. de Familia Auguſta Francon. p. 26 ſqq. Scil. Hermanni Ducis Alemanniae filia erat, ac uerſus de ea circumferebantur:

Quando poſt decimam numeratur linea quarta
De Carolo Magno procedit Giſela prudens.

et elogium.

Qui pro Carolo Magno ponunt Carlomannum, maiorem domum, rem facilius expediunt. A regni negotiis non erat aliena regina, cum praeſertim epiſcopi inſtituendi eſſent. Haud uulgaria laudis praeconia illi impertit WIPPO pag. 428: *Giſela in Dei ſeruitio erat timorata, in orationibus et eleemoſynis aſſidua - - liberalis ingenii, illuſtris ſolertiae, auida gloriae, non laudis, pudoris amans, foeminei laboris patiens, in caſſum minime profuſa, in rebus honeſtis et utilibus abunde larga, diues in praedis, ſummos honores bene tractare perita.*

2. Ipſa cum Conrado marito condit monaſterium Limburgenſe.

Commemoratur etiam inter coenobiorum fundatrices. EPISTOLA LIMBVRGENSIVM MONACHORVM apud MABILLON. T. IV Annalium Ordinis Benedictini L. LVI §. CV p. 372: *Diuae memoriae domnus Kunradus, Imperator, cum coniuge ſua, Giſla, deuotiſſimus noſtri loci* (ſcil. monaſterii Limburgenſis) *exſtitit fundator atque conſtructor, quo adhuc uiuente crypta et quaedam monaſterii altaria ſunt dedicata.* Alios teſtes excitauit HAHN. c. l.

3. Reginae archicapellanus.

Reginae archicapellani mentio fiebat in chartis Ottonis I; talem et ANNALES Hildesheim. ad a. 1029 appellant: *Werinherus, Argen-*

Digitized by Google

Argentinae praeſul, e mundo migrauit. poſtquam Willebelmus, reginae archicapellanus, ſubintrauit. An Archicapellanus hic Giſelae Archicancellarii quoque partes ſuſtinuerit, in medio relinquam; quamquam id CHRONICON GOTWIC. p. 258 aſſeuerat. §. CXIII.

§. CXIII.

Quam frequens aliorum precibus, regnique rebus interuenerit Auguſta, docent mariti Conradi II tabulae, quas inter primum locum iſta charta teneat, cui Giſela ipſa ſubſcripſit in VGHELLI Ital. Sacr. T. II p. 655. Giſela chartam aliquam ſubſcribiptione ſua roborat;

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Quotieſcumque aures noſtras ſanctarum Dei Eccleſiarum, nec non et reipublicae preſſura propulſat, totiens Regni noſtri fideles conſulentes pio de more praefatis Dei Eccleſiis noſtrae conſolationis tutamentum attribuimus, et reipublicae, quae ſunt congrua, procuramus. Qua propter omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium ſcilicet, et futurorum ſolertia nouerit, quod noſter fidelis Vbertus Epiſcopus S. Saſſenatis Eccleſiae humiliter poſtulando, noſtram adiit maieſtatem: Quatenus praedictae Eccleſiae omnes res immobiles, et mobiles, ſeſeque mouentes, ſeu etiam caſtella, ſicut a noſtris praedeceſſoribus recepta ſunt, ne a prauis hominibus uaſtarentur, ſub noſtri iuris tuitione reciperemus. . . . . Inſuper per Giſlae noſtrae coniungis interuentu, animaeque noſtrae remedio monaſterio S. Ambroſii, ſanctique Saluatoris. . . . . Porro autem, ut firmius credatur ab omnibus, diligentiusque obſeruetur, ſigilli noſtri poſitione ſubter iuſſimus roborari.

Conradus Imperator,

Giſla Auguſta.

Vgo Secretarius.

Data XIII Kalend. Iunii. Vberto Epiſcopo per manus D. Vgonis Cancellarii, per praeſentialem iuſſionem, et Giſlae eius coniugis anno ab Incarnatione Domini 1028.

§. CXIII. a. permultas alias ob ipſius interuentum dat Conradus Imp.

LINDENB. ſcript. rer. Septentr. pag. 137: *ob minime denegandam petitionem dilectiſſimae coniugis noſtrae Gyslae Imperatricis Auguſtae.* etc IBID. p. 137: *et ob interuentum dilectae contectalis noſtrae Gislae, Imperatricis Auguſtae, nec noc chariſſimae prolis noſtrae Henrici* etc.

MEIBOM. Tom. II rer. germ. pag. 428: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſelae imperatricis Auguſtae* etc.

CHAPEAVILL. Tom. I p. 263: *conſultu et interuentu coniugis meae Gislae.*

CALMET. hiſt. de Lorraine T. I pr. p. 400: *ob interuentum ac petitionem dilectae coniugis noſtrae Giſelae uidelicet reginae* etc. IBID. pag. 401, 402, 403.

VGHELL. Ital. ſacr. p. 805: *interuentu Ioannis ſummi praeſulis et uniuerſalis papae, nec non Gislae, Imperatricis noſtrae dilectae coniugis - - - atque Vgonis Capellani et Cancellarii noſtri.* IBID. p. 839: *interuentu Gislae dilectae coniugis noſtrae ac imperatricis Auguſtae nec non D Arbonis Aepi et Acc. atque Hugonis Co.* IBID. p. 113: *adiens per glorioſiſſimam atque praeexcellentiſſimam Gislam Reginam et dilectiſſimam coniugem noſtram ſerenitatem culminis noſtri uenerabilis Ingo S. Mutin. eccleſiae praeſul.* IBID. Tom. III p. 223: *Interuentu ad petitionem domini Ioannis ſummi pontificis, et uniuerſalis Papae, atque Gislae Imperatricis Auguſtae, noſtraeque dilectae coniugis* etc. IBID. T. III p. 624. Tom. IV p. 441, 701, 926. T. V p. 149, 283, 591, 592. IBID. T. X app. p. 487: *Nos quoque ratam eſſe petitionem conſiderantes precibus noſtrae dilectae contectalis, ſcil. Giſnae Imperatricis* etc.

ZYLLES. P. III n. 21: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſelae uidel. reginae.*

SCHANN. Cod. pr. hiſt. Worm. p. 49: *ut per ſingulos annos in die, qua diuina miſericordia regalem unctionem ſuſcepimus, memoria noſtra, atque coniugis noſtrae Giſelae reginae, filiique noſtri Henrici, in eleemoſynis et orationibus more ſolempni a praedictis fratribus celebretur.* IBID. p. 50, 52.

SCHANNAT. Vind. Lit. II p. 110: *per interuentum dilectiſſimae noſtrae imperatricis Giſelae.*

MIRAEVS T. I p. 56: *quia Gerardus Antiſtes noſter fidelis et ad profectum animae ſuae et omnium ante ſe et poſt ſe epiſcopum eccleſiae Came-*

Cameracenſis, ad conſeruandam quoque incolumitatem noſtri et noſtrae §. CXIII.
coniugis filiique noſtri, ad obtinendam etiam pacem et proſperitatem quandam Abbatiam conſtruxit etc.

HVND. M. S. p. 96: *Si erga domus Dei - - idcirco - - ac nos gratuita benignitate - - religioſis petitionibus - - - aſſenſum praebentes nec non dilectae contectalis noſtrae Giſelae imperatricis Aug.* etc.

SCHATEN. Ann. Paderb. p. 468: *interuentu noſtrorum fidelium in primis dilectiſſimae contectalis noſtrae Giſelae Dei gratia reginae* etc. IBID. p. 471, 476, 478, 479, 480, 481, 485, 488, 490, 492, 493.

HEDA de epiſcop. Vltraiect. p. 113: *qualiter nos interuentu dilectae coniugis noſtrae Giſelae uidelicet Reginae* etc. IBID. p. 114, 115.

HERRG. Vol. II p 106, a. 1025: *qualiter nos interuentu ac petitione dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſilae reginae* etc. IBID. p. 109, 110, 111.

MEICHELB. T. I Hiſtor. Friſing. p. 266: *ob interuentum et petitionem dilectae noſtrae coniugis Giſilae Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. p. 223, 226, 229.

HVND. Metrop. Salisb. T. I p. 316: *dilectiſſimae coniugis noſtrae Kiſelae atque nobiliſſimae prolis noſtrae Henrici interuentionem grauiſſime amplectentes* etc. IBID. p. 317, T. II p. 26.

LVNIG. Spicil. Eccleſ. P. III p. 331: *Intuitu dulciſſimae coniugis noſtrae Giſelae Imperatricis Auguſtae.* In Diplom. Abbatiae Aſſindenſis. IBID. P. II pag. 940 in charta Würzburg. *petentibus a nobis cara coniuge noſtra Giſela Auguſta et Arribone.* IBID. pag. 105: *interuentu noſtrorum fidelium inprimis dilectiſſimae contectalis noſtrae Giſelae Dei gratia, reginae.* adde pag. 106 et 108.

MVRATOR. Script. Rer. Ital. T. I, P. II pag. 508: *ob interuentum Giſlae Imperatricis noſtrae dilectae contectalis* etc.

BVDERS Sammlung ungedruckt. Schrifft. pag. 427: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſelae imperatricis Auguſtae* etc.

LVDEW. Reliq. MSS. T. XII p. 360 in charta Eccleſiae Magdeburgicae data: *per interuentum et petitionem dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſilae Imperatricis Auguſtae.*

MARGARINI Bullar. Caſinenſ. T. II, pag. 79: *ob interuentum Giſlae noſtrae contectalis dilectiſſimae* etc.

RVDOL-

Digitized by Google

§. CXIII. RVDOLPHI Gotha Diplom. P. V, p. 188: *qualiter nos ob interuentum dilectiſſimae contectalis noſtrae Giſlae, cuidam Hludouico Comiti et conſanguineo noſtro, praedium, quod ab incolis Thuringiae regionis comparauit, uillam ſcilicet Altinberc et noualia, prope hinc inde iacentia - - - - contulimus.*

HARTMANNI Annales Einſidel. p. 120: *qualiter nos interuentu, ac petitione dilectiſſimae coniugis noſtrae Giſilae reginae* etc.

MVRAT. Antiq. Ital. T. II p. 73: *interuentu dilectiſſimae coniugis noſtre Giſle Imperatricis* etc. IBID. T. I, p. 561, 595, T. II p. 95, 327, 877.

HVND. Metr. Salisb. T. III p. 238: *ob interuentum ac petitionem dilectae coniugis noſtrae Giſilae uidelicet Reginae* etc.

De FALCKENSTEIN Cod. diplom. Antiq. Nordgauienſ. p. 22: *interuentu ac petitione dilectae coniugis noſtrae Giſelae, Imperatricis Auguſtae* etc.

Documenta Henrici III.

3. et Henricus III filius. MEICHELB. T. I, Hiſtor. Friſing. p. 238: *ob interuentum Giſilae dilectae matris noſtrae Imperatricis Auguſtae* etc.

LVDEW. ſcript. rer. Bamb. pag. 294 et 1284: *per interuentum dilectiſſimae matris noſtrae Giſilae, imperatricis Auguſtae* etc.

LVDEW. Reliq. MSS. T. VII, p. 442: *qualiter nos ob maternam petitionem dilectiſſimae genetricis noſtrae Giſelae inperatricis Auguſte* etc.

HVND. Metr. Salisb. p. 100 a. 1041: *ob interuentum ac petitionem Giſelae dilectiſſimae matris noſtrae Imperatricis Auguſtae* etc.

HERRG. Vol. II, p. 120, a. 1049: *pro remedio animae noſtrae, genitorisque noſtri Chonradi Imperatoris, noſtraeque genitricis Giſilae Imperatricis.*

§. CXIIII.

Henrici III Imp. coniux prior Cunechildis. Henrici III uxor prior Cunehildis, aliis Kunigunda, erat Canuti M. regis Anglorum filia. TENZEL. in Supplemento II hiſtor. Gothan. p. 395 ob uerba in diplomate quodam Henrici occurrentia: *ob remedium animae genitoris noſtri felicis memoriae Imp. Conradi et dilectae coniugis noſtrae Cunehildis et ob noſtrae utriusque uitae felicitatem*, exiſtimauit, Kunigundam diuerſam a Cunichilde fuiſſe, atque adeo Henrico tres dedit coniuges. Sed iam in GVNDLINGIANOR. P. XLII,

P. XLII, et in KOELERI diſſ. de Famil. Aug. Francon. p. 51 Ten- §. CXV.
zelii error detectus et emendatus fuit. Ceterum Cunechildis nomen tabulis mariti haud obſcurum eſt:

MADER in Antiq. Brunſuic. pag. 219 a. 1041: *pro remedio animae noſtrae, genitorisque noſtri Chuonradi, ſiue etiam beatiſſimae memoriae coniugis noſtrae Chunigundae.*

HERRG. Vol. II p. 114, a. 1040: *pro aeterna memoria patris, coniugisque noſtrae Chunigundis ſimulque ob interuentum Dominae matris noſtrae Hislae Imperatricis.*

HEDA de Epiſcop. Vltrai. p. 123, a. 1042: *ob remedium animae genitoris noſtri, felicis memoriae Imp. Conradi, et dilectae coniugis noſtrae Cunehildis, reginae, et ob noſtrae utriusque uitae felicitatem.* BVCHELIVS in nota Lit. N. hanc explicationem addit: „Quamuis Onuphr. Panuinius unam tantum Henrico coniugem tribuat „Hagnetem matrem Henrici IV, poſt ipſum imperatoris: alii tamen „Cunelindim Cnitonis uel Canuti Anglorum Reg. filiam anno 1036 „patre adhuc uiuo ab illo ductam tradunt, quae anno D. 1038 unica relicta filia, Wippone teſtante, obiit. Contractus Eliphdrudam uocat, meminere huius Cunildae Vrſperg. Abbas et Pontanus in Danicis.

§. CXV.

Agnes, Wilhelmi, principis Pictauorum filia, altera Henrici III coniux, poſthaec uidua, cum filio puerulo cunctorum iuſſu principum rem publicam gubernauit, ſed incredibile odium ſibi contraxit, neque immerito in offenſionem optimatum cadebat, ſi uera ſunt, quae refert LAMBERTVS SCHAFFNABVRGENSIS ad a. 1062 p. 715: „Imperatrix nutriens - - filium ſuum, regni negotia per ſe „ipſam curabat, utebaturque plurimum conſilio Henrici, Auguſtenſis „Epiſcopi. Vnde nec ſuſpicionem inceſti amoris effugere potuit, „paſſim fama iactitante, quod non ſine turpi commercio in tantam „coaluiſſent familiaritatem. Ea res Principes grauiter offendebat, „uidentes ſcilicet, quod propter unius priuatum amorem, ſua, quae „potiſſimum ualere debuerat auctoritas, pene oblitterata fuiſſet. Et „ad an. 1064, p. 721, Henricus Auguſtenſis Epiſcopus inuiſus Regi, inuiſus Epiſcopis omnibus (erat) propter ſuperbe adminiſtratam regni gubernationem tempore Imperatoris.„ Etſi hodie Germano-

Agnes, altera Henrici III uxor, non ſine uituperatione tutelam regis gerebat.

§. CXV. manorum genius mulierum dominatum moleſtius ferre uideatur: tamen olim, TACITO teſte de Morib. Germ. c. 8, in feminis ineſſe ſanctum aliquid et prouidum putarunt, nec aut conſilia eorum adſpernati ſunt, aut reſponſa neglexerunt; quapropter Veleda, uirgo nationis Bructerae, late imperitabat, uetere apud Germanos more, quo pleraſque feminarum fatidicas et augeſcente ſuperſtitione arbitrantur Deas. TACIT. hiſt. L. IV, c. 61. Nec, cum Ottonum aeuo Dominae imperiales regnarent, Germani ad muliebre imperium faſtidia habebant. Agnetis uero conſilia perdita ac diſſolutam uitae rationem approbare non poterant; itaque principes puerum matre ſpoliabant, cauſſantes, non decere regnum adminiſtrari a femina. AVCTOR VITAE HENRICI IV p. 381. ADAM BREMEN. L. 3, hiſt. eccleſ. c. 35, p. 41 ſq. Auguſta denique lubricis ſaeculi cupiditatibus ſatiata labem religione ſumma expiare laborabat. Colligimus id ex Iohannis Abbatis prologo ad Imperatricem uiduam Henrici Imperatoris, quam aliam, niſi Agnetem, eſſe non poſſe monſtrat MABILLONIVS Veter. Analector. p. 120, notis huic prologo ſubiectis.

Germani non tam dominatum muliebrem, quam prauos Agnetis mores, aſpernabantur.

a. Agnes redit ad bonam frugem. Iohannis Abbatis prologus ad eandem.

Iohannis Abbatis Prologus ad Imperatricem uiduam Henrici Imperatoris, in opus precum uariarum a ſe compoſitum ex Patribus.

Dudum quidem, Domina Imperatrix, tibi petere placuit, ut ex ſcripturis colligerem luculentos breueſque ſermones, in quibus iuxta legem ordinis tui abſque graui labore diſcere poſſes normam bene uiuendi. Omnis enim gradus, aetas et ſexus ad informationem uitae ſuae in ſacris litteris propriam habet doctrinam: ut unuſquiſque inuocatione qua uocatus eſt rectiſſime ambulans, peruenire ualeat ad regnum in quo multae ſunt manſiones. Denique poſt obitum reuerendae memoriae Domni HENRICI, clariſſimi ſapientiſque Imperatoris, quondam uiri tui, laudabile propoſitum norioſae uiduitatis totis amplexa es uiribus. Et quamquam nobilitas, opes et aetas ad repetendum thalamum te inuitarent; noluiſti tamen cor tuum inclinare ad uerba hominum pro ueris falſa contendentium: ſed erecta ſurſum, accinctis lumbis ſtetiſti fortiter ſuper pedes tuos, ut contemptis illecebris carnis et mundi ſeruias Chriſto Domino in caſtitate, et ceteris nobilibus matronis praebeas dignum imitationis exem-

exemplum: uidelicet ut per continentiam tuam ad meliora prouo- §. CXV.
catae, defunctis maritis ſeruent fidem, eisque per caeleſte ſacrificium, nec non per aſſiduas eleemoſynas petant a Domino peccatorum remiſſionem. Quam decorum et honeſtum eſt, ut Chriſtiana mulier, poſt primam amiſſae uirginitatis palmam, ſic deinceps caſte et ſobrie ſtudeat uiuere, quatenus unius uiri uxor, opitulante Domino, et eſſe et dici ualeat. Hanc autem unius copulae glorioſam uirtutem, ni fallor, obſeruandam pronunciat il launa coſta, quae tulta eſt de corpore uiri, ex qua formata eſt mulier.

Cognitis itaque piis deſideriis cordis tui, mox operam dedi, et nonnullas ex opuſculis Patrum ſententias celeriter defloraui: ut ueridica ubique tecum habeas documenta, quae rectum plenius oſtendant iter, per quod fidelis uidua iuſte et pie incedere debeat. Inſuper et alium addidi ſermonem de uita et moribus Virginum, ad inſtruendas ſanctimoniales, quae in tuo Monaſterio congregatae ſunt. Et quia te actibus miſericordiae deditam comperi; nec illud quoque me ſcribere piguit, quod non Eccleſiaſticis diuitias multas poſſidentibus, ſed uiduis, orphanis, infirmis, peregrinis, illisque permaxime qui uere ſunt pauperes Chriſti, procul dubio diſpenſandae ſunt eleemoſynae. Haec uero omnia faciens, in laboribus meis propter multam caritatem tuam non ſenſi laborem.

Obmuteſcite, Syllaei canes, en ego obturata aure obſtrepentem lacerationes ueſtrae rabiem pertranſibo. In conuenticulis ueſtris, ut ferunt, ſonat littera haec de nare canina. Cum profitearis te Monachum, et monaſticae Religioni tacere ſit proprium, quid ergo tibi et mulieribus? Unde tibi tanta auctoritas, ut in cathedra magiſtrorum ſedeas, et ipſas etiam feminas absque rubore conſcriptis ſchedulis doceas? Silete miſeri: ideo iſtud dicitis, quia caeci eſtis, duces caecorum. Redite praeuaricatores ad cor; et ubi turpiter iacetis, diligenter conſiderate. Utinam malicioſa mens ueſtra reſipiſceret, et honeſtarum mulierum pia opera aliquatenus imitari ſtuderet. Nonne mulier haec totius uenerationis digna eſt, quae diuitiis et honoribus praetulit Chriſti amorem? Igitur cum eſſet domina regnorum, humiliauit ſe et facta eſt ſerua pauperum. Taceam quod totam fere peragrauit Italiam, deuotiſſime uiſitans ſanctorum reliquias, et offerens eis pretioſa donaria, plurimasque faciens eleemoſynas in urbibus et uicis, et in omnibus locis, ad quae

Digitized by Google

§. CXV. orationis gratia properauit. Igitur quia epiſtolaris anguſtia non ſinit me in eius laudibus diutius immorari, libet et hoc praeterire, quod Galliarum partes regreſſa, ſimiliter pauperes et eccleſias Dei larga conſolata eſt manu, ſicut ſcriptum eſt: *Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſaeculum ſaeculi.*

Verum his procul amotis qui in terram ſufflant, et ne ſe uideant, puluerem in oculos excitant; ad te redeo, uenerabilis Chriſti ancilla, ut ſermo meus qui te coepit inſtruere, tanquam praeſens colloquendo ad extremam ſuſcepti operis manum auctore Deo pertingat. Igitur licet illas prauitatis meae defloratiunculas, quarum ſuperius memini, ſaluti tuae poſſe ſufficere arbitrer; tamen quia relatione amicorum didici te deſiderare et poſcere, ut ipſe quoque, quem de contemplatione diuina Chriſtique amore, et de illa ſuperna Hieruſalem omnium Fidelium matre editum habeo, tibi ſcribatur libellus; multum gaudet, fateor, cor meum, et in te magnificat datorem omnium bonorum Deum. Niſi enim Chriſto duce ad altiora conſcenderes, ambulans de uirtute in uirtutem; nullo modo ualeres talia petere. Quis non miretur animum tam feruentem, qui riuulos dulcium bibendo aquarum non ceſſat ſitire? Satis ſtolidus eſt et nimis obſtinatus, qui talis feminae pias preces ſpernit, et uotis iuſtiſſimis non acquieſcit. Ecce ego libens atque ouans pro ſcire quod mihi dedit Deus, paratus ſum, mater ueneranda, tuae in omnibus obſequi uoluntati. Utinam ille in me igniculus foret, qui uaporatae menti aliquid incrementi addere poſſet!

Accipe igitur tu, bona anima, praeclarum ſanctae uiduitatis exemplar, accipe, quaeſo, peruigili mente illud quod expetis meae per Chriſti gratiam deflorationis opuſculum: in quo uidelicet reperies magna ex parte coeleſtis theoriae dulcia uerba, quae reuerenter legenda ſunt, et cum timore debito meditanda, ne forte de temeritate iudicetur, qui tepidus et indeuotus acceſſerit. Unde ſciendum eſt, quod huius libelli lectio illis praeſertim debetur, qui mentes ſuas carnalibus deſideriis et terrenis concupiſcentiis obtenebrari non ſinunt. Quando autem iſta leguntur cum lacrymis et deuotione nimia, tunc mitis lector ipſo cordis palato ſapit quid dulcedinis intus lateat. Si ita eſt, immo quid ita eſt, eloquiorum diuinorum arcana et ſublimia uerba tangere non praeſumat ſuperba et faſtidioſa mens, ne forte labatur in errorem: quia caecis oculis lumen

intueri

intueri non poteſt. Hinc etenim actum eſt, ut plerique per haereſim in damnationis aeternae baratrum ruerent, alios ſecum in mortem trahentes: quia ſacrae Scripturae myſteria, quorum radices in coelo ſunt, nemini perfectorum hic tota patent. Illi uero ſoli ſecundum Deum ſapientes, qui profunda pollent humilitate, tantum capiunt, quantum eis Spiritus ſanctus reuelare dignatur. Haec ergo frequenter lege, et tunc praecipue cum mentem tuam caeleſti afflatam deſiderio uides. Iuſtum namque eſt, ut tu quae in actuali bene conuerſaris uita, contemplationis pennas aſſumas; et ſurſum uolitans, de fonte ſupernae dulcedinis haurias, dicens cum Propheta: *Apud te eſt fons uitae, et in lumine tuo uidebimus lumen. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae.* Similiter et illa quae in amoris Cantico leguntur, ubi anima quae ſolum Deum amat, loquitur Chriſto dilecto ſuo dicens: *Unguentum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulae dilexerunt te. Trahe me poſt te, curremus in odore unguentorum tuorum Dilectus meus mihi, et ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec adſpiret dies, et remoueantur umbrae.* §. CXV.

Inter haec autem ſcire oportet, quod illa ſumma et incommutabilis eſſentia quae Deus eſt, in hac terra morientium mortalibus oculis nullo modo conſpici ualet, nec aliquando uiſa eſt ab ullo mortalium, ex quo primus parens de paradiſi amoenitate in has aerumnas expulſus eſt. Hinc namque eſt quod contemplatiua uita hic incipit, ſed illic perficitur, ubi Deus facie ad faciem cernitur. Mens etenim mitis et ſimplex, cum in ſpeculationem attollitur, et carnis anguſtias ſuperans caeleſtia rimatur; retrahente eam mole carnis ad ima, diu ſuper ſe ſtare, nequaquam permittitur. Sed licet ipſa ſuperni luminis immenſitate reuerberata celeriter ad ſe reuocetur, magna tamen proficit uirtute ex eo ipſo, quod diuinam dulcedinem praelibare poteſt: quia mox amore nimio accenſa ire ſuper ſe feſtinat, et ſubleuata cernit, quia uidere non poſſit hoc quod ardenter diligit; nec tamen ardenter diligeret; niſi aliquatenus inſpiceret. Sunt aliqui minus proficientes, qui Deum ſibi imaginaliter fingunt: quia in haec temporalia deformiter ſparſi illam miram et circumſcriptam lucem contemplari intellectualiter neſciunt. Quid iſtis aliud eſt oculus contemplationis, niſi laqueus perditionis? Ammonendi quippe ſunt tales, ut ſolius actiuae uitae exercitio contenti, con-

§. CXV. templationis montem non praeſumant aſſcendere, quia, ſicut ſcriptum eſt, *Animalis homo non percipit ea quae ſunt ſpiritus Dei; et ſapere ſecundum carnem, mors eſt.* Humanus enim animus niſi exteriorum deſideria a ſe repellat, interna non penetrat: quia tanto ſubtilius inuiſibilia conſpicit, quanto perfectius uiſibilia contemnit. Idcirco quamuis inuiſibilis et incomprehenſibilis in natura ſua ſit Deus, tamen per mentem mundam et ſanctam quae ſolis ſupernis inhiat, hic ſine adſpectu cernitur, ſine ſono auditur, ſine motu ſuſcipitur, ſine corpore tangitur, ſine loco retinetur. His ita neceſſario praemiſſis, rogo dilectionem tuam, ut ſi quoslibet inueneris, qui libellum hunc uelint habere; moneas eos et diligenter transſcribere, et ſcriptum frequenter relegere, usque adeo ut aliquid addi, uel ſubtrahi, aut immutari non patiantur in eo. Hoc autem dicimus propter incuriam librariorum, qui non ſolum ueritatem corrumpunt, ſed etiam mendacia mendaciis iungunt. Sit Deus tecum, et confortet te manus eius, ut tanquam pennatum et oculatum animal effecta, per dies ſingulos in utraque proficias uita, modo cum Martha in actiua ſeruiens Chriſto in membris ſuis, modo cum Maria in contemplatiua ſedens ad pedes Domini, et intente audiens uerbum ex ore eius: quatenus bene operando et pure contemplando, ad illam beatiſſimam peruenias uiſionem, ubi palam de Patre loquitur Filius. Ad hanc autem pro pietate et bonitate ſua perducere dignetur ſeruos et ancillas ſuas, ipſe, qui deſcendit ad haec ima, ut nos aſcenderemus ad illa ſumma; qui inclinauit ſe, ut nos erigeret; qui infirmatus eſt, ut nos fortes faceret; qui ſuſcepit uitam noſtram, ut nobis donaret ſuam. Unigenitus quippe eſt omnipotenti Patri coaeternus, qui cum eo uiuit et regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſaecula ſaeculorum Amen.

Ego IOHANNES ultimus ſeruorum Chriſti, et qui mecum ſunt Fratres, beatitudinem tuam ſalutamus in Chriſto, pia mater pauperum, et nobile decus uiduarum. Vale.

Conſeruet te in uoluntate ſua ſemper omnipotens Trinitas.

Anno-

§. CXV.

Annotationes:

3. Oſtenditur, prologum ad Agnetem pertinere.

Quatuor indiciis deſignatur Imperatrix, cui prior libellus inſcriptus eſt: nimirum quod relicta fuerit reuerendae memoriae Domni Henrici clariſſimi ſapientiſque Imperatoris: quod poſt primam amiſſae uirginitatis palmam, ſecundis nuptiis nuncium remiſerit: quod actibus miſericordiae debita, uiduis, orphanis, aliiſque indigentibus facultates ſuas diſpenſarit: quod totam fere peragrarit Italiam, deuotiſſime uiſitans ſanctorum reliquias et eis offerens pretioſa donaria; idque ipſum in Galliarum partes regreſſa praeſtiterit.

Atqui haec nullatenus conueniunt Mathildi Henrici primi uxori: tum quia Henricus iſte ſollemni more Imperator coronatus non eſt: tum quia Mathildis poſt Coniugis obitum reliquum uitae in Saxonia exegit. Neque conueniunt Cunegundi Henrico ſecundo nuptae: quippe quae in coniugio uirginitatem ſeruaſſe memoratur, et poſt anniuerſarium mariti obitum in Confugienſi Monaſterio uſque ad mortem delituit. Certe haec omnia in unam conſpirant Agnetem Auguſtam, quae Willelmi Comitis Pictauenſis filia, Henrico III Imperatori nupſit; eoque mortuo (quod anno MLVI contigit) totam Italiam deuotionis cauſa perluſtrauit, maxime Fructuarienſe Monaſterium, atque adeo Caſinenſe, ubi per ſex menſes demorata eſt, pretioſis donariis ſancto Benedicto oblatis. Eadem uero elogia, quae in ſuperiori Praefatione ipſi tribuuntur, commemorat Petrus Damiani in epiſtola Agneti Auguſtae Imperatrici directa, a Baronio relata ad annum MLXII, qua Agneti in Italia tum degenti ſalutaria monita praeſcribit Petrus. Eiuſdem hortatu Agnes ex Germania, quo per aliquot peregrinationis annos receperat ſe ſe, reuerſa eſt Romam; ubi ſupremum uitae abſoluit diem anno MLXXVII, quo anno Baronius eius epitaphium refert. Exſtat in Bibliothecae Sebuſianae Centuria 2, cap. 77 eiuſdem Imperatricis eximia epiſtola, Alberto, non Andreae Fructuarienſ. Abbati directa, cuius fragmentum huic loco illuſtrando adducere non erit otioſum. (nos epiſtolam pleniorem dabimus.)

4. Agnetis epiſtola, qua ſcelera ſua deteſtatur.

A. *Imperatrix* et *Peccatrix*. A (a) *Patri bono et fratribus*, in Fructuaria congregatis, in nomine Domini; ſeruitutem Ancillae, cuius

---

(a) *A Patri*) *Andreae* ſcilicet, Fructuarienſis Coenobii Abbati.

§. CXV. cuius oculi in manibus Dominae ſuae ſunt. Conſcientia mea terret me peius omni larua, omnique imagine; ideo fugio per ſanctorum loca, quaerens latibulum a facie timoris huius, nec minimum deſiderium eſt, mihi ueniendi ad uos, de quibus comperi, quia ueſtra interceſſio certa ſalus eſt, ſed noſtrae profectiones in manu Dei ſunt, et non in noſtra uoluntate. Interim uero mente adoro ad pedes ueſtros, rogans *ut Gregoriana pietate in Traianam, petatis mihi ueniam a Domino*: Quia namque ille unus homo ab inferni clauſtris exorauit *Paganum*, multi uos facile ſaluabitis Chriſtianam unam: Quod ſi decreueritis, peto, ut in ſignum pietatis, ſocietatem et fraternitatem ueſtram mandetis et mittatis mihi quam primum; rogo etiam, ut paruum quod mitto *munuſculum* admonitionis ſignum ſuſcipere dignemini, quatenus credam, quia de me curare inceperitis; ualete, et tu, *Pater* bone, diligenter commenda me ſpiritalioribus fratribus de Coenobiis, atque cellis, ut faciant me participem in orationibus et ieiuniis, atque omnibus benefactis ſuis.

§. Eiusdem itinera Italica uaria. Agnetis uaria in Italiam itinera diſtinguit Baronius: primum, poſt ſuſceptum quidem uelum, anno MLXI, cui itineri fere triennium inſumſit: alterum anno MLXVI, cui ſex annos: tertium anno MLXXIII: quartum denique anno MLXXIV. Itaque libellus precum, qui ipſi poſt Italicam peregrinationem, regreſſumque in Galliarum partes, nuncupatus eſt, conditus fuit eo temporis interuallo, quod ab anno MLXVI ad MLXXV effluxit.

Cum his concordare uidentur, quae apud PETZ. Tom. III, Theſaur. Anecdot. P. III, p. 188 in Arenpekhii Chronic. Baioarior. traduntur de Imperatrice Agnete, quae Bauariam rexit. Agnes Imperatrix Ducatum Bauariae uberi pace ſeptennio gubernauit. Sed quia diſſenſiones in regno, Eccleſiae perturbatio, Monaſteriorum deſtructio, totius iuſtitiae ac religionis conculcatio, et multa incommoda oriebantur, ipſa nobiliſſima Imperatrix regis Hainrici genitrix rerum permutationes conſiderans, tadio affecta, uel potius diuinitus compuncta Ducatum Bauariae depoſuit, et regni gubernacula penitus pro Chriſto contemnens anno Chriſti MLXIX ad Monaſterium *Fruteriam* religioſe uiuens ſe contulit, ac inde Romam ueniens XX annis uidua permanens, et per aliquod tempus ibidem manens, ibidemque dignis poenitentiae fructibus mira inſeruiens

humi-

humilitate, poſt aliquot annos in Domino praeſentem uitam finiuit anno Domini MLXXVII, et in eccleſia B. Petronellae honorifice in tumba marmorea eſt ſepulta. §. CXVI. et CXVII.

§. CXVI.

Quum Auguſtae in eo ſingularem erga Deum pietatem ponerent, ſi caelitibus uel aedem ſacrarent, uel religioſorum delubrorum poſſeſſiones augerent: tam ſplendidae beneficentiae nec Agnes deeſſe uoluit. Excitauit enim S. Petro Goslariae templum, prouti docemur ab HEINECC. Antiquit. Goslar. p. 46, ubi de initiis collegiatae Eccleſiae Petri Goslarienſis agit: *Addo potius*, inquit, *quatuor ſigilla ad hanc eccleſiam pertinentia. Primum ut eſt antiquiſſimum, ita hiſtoriam huius eccleſiae mirifice illuſtrat. Notabis in illo S. Petrum Apoſtolum, huius eccleſiae olim tutelarem, ſellae ſiue cathedrae antiquiſſimae inſidentem, ſiniſtra clauem praeferentem, dextra uero benedictionem impertientem fundatrici Agneti Henrici III, Caeſaris coniugi, in genua prouolutae, dextraque tenenti templum binis turribus inſtructum. Additur nomen AGNES. In limbo uero ſigilli legitur haec epigraphe:* Agnes condit eccleſiam S. Petri Goslar.

S. (Sigillum) MOTIS SCI (Sancti) PET. (Petri) APVT GOSLARI. A. (Agnes) IPATX (Imperatrix) uid. tab. n. 10. Imperatrix in ſigillo huius eccleſiae repraeſentata.

§. CXVII.

Eccleſiae Wormatienſi curtem aliquam precariae nomine conceſſerat Agnes; ſed filius eius Henricus IIII, ob matris petitionem, eandem curtem dein in proprium ius eccleſiae dictae largitus eſt, teſtante charta in SCHANNAT. hiſt. Wormat. p. 58. Cod. prob. Agnes in eccleſiam Wormatienſem beneficia.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. HEINRICVS Diuina fauente Clementia Rex, etc.

Noſſe uolumus induſtriam omnium Dei, noſtrique Fidelium tam futurorum quam praeſentium; quoniam nos curtim, quae nobis haereditario iure contingere debuit, in auſtrali parte Wilenburgenſis Monaſterii, intra muros ſitam, in pago Logenahe, in Comitatu WERNHERI Comitis, quam Mater noſtra AGNES Imperatrix, nobis praeſentibus et annuentibus, cum manu Aduocati ſui GERLAHI, ad altare Apoſtolorum Petri et Pauli, in Wormatia in preca-

§. CXVII. CXVIII. riam dedit, propter petitionem ipſius, et ob interuentum ANNONIS Colonienſis Archiepiſcopi, nec non ob iuge meritum et deuotum ſeruitium ARNOLDI, eiusdem ſedis Epiſcopi, eidem Eccleſiae, et iam dicto Epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus pro remedio animarum aui noſtri CHVONRADI, et Genitoris noſtri HEINRICI, clariſſimorum Imperatorum, et pro incolomitate noſtra, Regnique noſtri ſtatu, atque pro aeternae retributionis praemio, nec non pro animabus aliorum parentum noſtrorum Regia noſtra poteſtate et authoritate, cum omnibus appenditiis ſuis etc. in proprium condonamus, ea uidelicet ratione, ut praenominatus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores de praefato Praedio liberam de hinc poteſtatem habeant obtinendi, commutandi, precariandi, uel quidquid illis placuerit, ad uſum Eccleſiae faciendi.

§. CXVIII.

Altmannus, Imperatricis capellanus.

MALLINCROT ap. WENCKER in Collectis Archiui p. 487 ita: *Altmannus Pataurenſis epiſcopus ſacellanus Agnetis Auguſtae fuit, Henricorum III Coniugis, IV genitricis, quod nomen de illo capio, qui non ab epiſtolis minus quam ſacris fuerit pro illorum temporum ſolemni conſuetudine.* Reſpexit ſine dubio locum LAMBERT. Schaffn. ad a. 1065: *Eilbertus Pataurii epiſcopus obiit, cui Altmann capellanus imperatricis ſucceſſit, qui dum ipſo tempore cum caeteris principibus Hieroſolymam abiiſſet, per interuentum imperatricis abſens deſignatus eſt epiſcopus.* Non conſtat, an Altmannus etiam Auguſtae Cancellarii munus geſſerit, ſi modo Imperatrici peculiaris fuerit Cancellarius.

§. CXVIIII.

Auguſta iudicio quidam bonorum reſtituendorum adeſt.

Iam ex rerum geſtarum commentariis oſtendimus, Agnetem auctoritate ſingulari rempublicam adminiſtraſſe. Id ipſum confirmabimus quibusdam literarum documentis. LEVCKFELD in Antiquitat. Ganderh. p. 279 exhibet epiſtolam congregationis Gandersheimenſis ad Pontificem, ex qua perſpicimus, Imperatricem iudicio adfuiſſe, quo res quaedam monaſterii in beneficium datae reſtitui iubebantur.

Summo Pontifici Chriſtianorum puſilla grex Gandersheimenſis aſſiduas excubias precum. Locus noſter cum omnibus appendiciis ſuis

ſuis Apoſtolicae ſedi, et ſancti Petri et ueſtro dominio et omnium §. CXVIII.
ueſtrorum ſucceſſorum ſubiectus eſt, ſub tempore Iohannis Papae, aſtantibus imperatoribus Ottone et filio ſuo, ſereniſſimis imperatoribus auguſtis humiliter rogantibus apoſtolicam paternitatem coram Archiepiſcopis et aliis epiſcopis uidelicet Italicis et ultra montanis numero XXX et VI. Quatenus praefatum monaſterium Gandersheim, quod conſtat tuae ſubeſſe filiationis regimine ad honorem ſanctorum confeſſorum Chriſti Innocentii et Anaſtaſii patronorum noſtrorum rogantibus, ut apoſtolica auctoritate et iure apoſtolicae ſedis in perpetuum ſuſciperent patrocinium, ut non amplius ullus homo haberet poteſtatem inde aliquid accipere, niſi Aduocatus, quem Abbatiſſa eligeret, excepto Romano Imperatore, quando itineris indigeret hoſpitio. Hanc libertatem habuit iſte locus usque ad tempus Henrici nouiter defuncti, ſoror ipſius Beatrix conſtituta eſt nobis Abbatiſſa. Ipſa imprimis conſtituit milites in Abacia, et dedit illis bona eccleſiae in beneficium, unde nos ſuſtentari uictu et ueſtimento debuimus; Inde, Domine, querimoniam fecimus Imperatrici Agne, quod ipſa per nuncium ſuum ſtatim demandauit conquerendo beato Leoni Papae. Ipſe autem per regiam legationem clementer accipiens noſtrae congregationis querimoniam et lamentationem ſcito miſit legatum ſuum ad nos imbecilles ſcilicet Hillebrandum monachum, qui - - effectus eſt apoſtolicus, quid mora - - - -? ſtatim uenit et Abbatiſſa ante Regem et ante Imperatricem Agnam matrem ipſius Regis et ante principes terrae percipiens ibi querimoniam totius congregationis. Percepta autem cauſa ex utraque parte diiudicatum eſt, ut milites illi, qui acceperunt in beneficium, unde deberet dari praebenda ſororibus, aut ipſi redderent, aut ipſi milites excommunicarentur, et inſuper ipſa Beatrix Abbatiam amitteret. Qua cauſa ita definita nos et noſtri fuimus ſecuri ab omnibus militibus potius dicendis raptoribus, usque ad obitum ipſius Beatricis. Poſt obitum autem eius ſoror N. ſucceſſit in eundem locum, quae iterum multum militibus ſuis erogauit; Illa autem ſuprema morte ſubcuciente ſucceſſit alia eiusdem nominis N. quae gratia Dei in tantum dampni adimpleuit. Poſt autem iſtam ſucceſſit quarta, quae ita ſicuti prior diſpenſauit alia multa in militibus, et in alia uanitate. Vnde, Domine, priuamur per totum annum brebenda et ueſtimentis, inſuper etiam, Domine, ſyluae no-

§ CXX. ſtrae et nemora uendita ſunt mercatoribus, unde ipſi aes et argentum theſaurizant, nos autem in refectorio et in dormitorio, et in omnibus officiis noſtris pluuiam et alia nocentia patimur; Patroni autem noſtri et Clerici in tribus monaſteriis et in aliis capellis ruinam et grandinem et pluuiam patiuntur. Inde, Domine, ad quid nobis refugium niſi ad Caput? Domine, miſeriam noſtram attendite, duces, comites et alios milites haec poſſidentes gladio ſpirituali conſtringite et inde literas ueſtras imprimis Regi noſtro et Moguntino Epiſcopo, atque Magdeburgenſi Epiſcopo et Halberſtadenſi Epiſcopo et Hildesheimenſi Epiſcopo, ſub quorum parochia haec omnia iacent, dignetur apoſtolica autoritas dirigere.

a. Praeſente Agnete, Vdalricus quidam miles in triplum damni iniuria dati condemnatur.

SCHANNAT. Vindem. literar. Collect. I pag. 43 profert ſententiam latam in Vdalricum Militem ob uſurpatum denuo Praedium Scerſtein.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam poſteris, quam modernis, qualiter quidam VDALRICVS Miles Epiſcopi Magontiacenſis, quoddam praedium S. Michaelis in Babenberhc, Scerſtein dictum, poſt obitum celebris memoriae HEINRICI II Imp. et III Regis, iniuſte inuaſit, pro quo iam pridem eodem Imperatore uiuente, nummum Abrenuntiationis accepit. Regnante autem filio eius HEINRICO ſcilicet IIII anno regni eius primo, cum Abbas ſupradictae Abbatiae ſancti Michaelis, iniuriarum proclamaret, praeſente ſupradicto Rege, et Matre eius AGNETE Imperatrice, et principibus Regni, qui tum aderant, adiudicatus eſt, quicquid de eodem praedio uiolenter abſtulerat, triplum reddere; et Regali Maieſtati, deinde etiam eiusdem Abbatiae Aduocato, iuſtam legitimamque iniuriarum ſatisfactionem perſoluere. Actum eſt autem Wormaciae anno Dominicae Incarnationis MLVII. Indict. X. II Non. Aprilis, V uero Feria Septimanae Paſchalis. Praeſentibus fauentibusque et probantibus Epiſcopis et ſaeculi Potentibus, quorum nomina ſubſcripta ſunt. LVITPOLDVS Archi-Epiſcopus Magontinus. ANNO Archi-Epiſcopus Colonienſis. ARNOLDVS Epiſcopus Wormacienſis. OTTO Dux Sueuiae. KVONO Dux Carinthiae. SIGEFRIDVS Comes. GERLACH Comes.

§. CXX.

Reuocemus in memoriam tabulas, quibus Otto M. Adelheidem abbatia S. Maximini dotalitii nomine donauit; tum et hos codicillos

dicillos intelligemus, qui pro Agnete exarati fuere. Abbas reginae §. CXX. in curia ſeruire debet; ſed non adiicitur, ut in Ottoniano diplomate, *ad capellam et ad menſam.* In alia charta Henrici Imperatoris apud LVNIG. Tom. I, Spicileg. eccleſiaſt. p. 272 de Aduocatis Abbatiae St. Maximini diſponitur, adiecta hac clauſula: *Addimus etiam nos et noſtra imperiali authoritate firmiſſime interdicimus, ut nullus Aduocatorum aliquod placitum, praeter tria iure debita, in Abbatia habeat, nullus illorum hoſpitia ſeu ſeruitia in curtibus Abbatis aut fratrum ſiue a ruſticis, uiolenter exigat, nullus eorum per inciſiones aut petitiones homines grauare, aut ui pecora illorum, aut paraueredos tollere praeſumat, quia ſex millia, ſeptingentos, quinquaginta et amplius manſos de bonis Sancti Maximini, unde Abbas in militiam ire, et noſtrae contectali uel nobis in ſecundo ſemper anno ſeruire debuit, adhoc idem Aduocati ex noſtra parte habent in beneficium, ut caetera, quae fratribus remanſerant abſque omni Aduocatorum moleſtia, quiete poſſideant.* Sed prodeant tabulae dotales ex ZYLLESII defenſione S. Maximini P. III p. 34 n. 22.

Abbas S. Maximini ob 6750 et plurium manſorum poſſeſſionem in militiam ire et Auguſtae ſeruire debet.

a. Agnetis dos regnū.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Heinricus diuina fauente Clementia Rex. Cum Regiae dignitatis officium ſit, diuerſarum partium negotia pia ſollicitudine praeuidere, maxime tamen et magis proprie illius Eccleſiae utilitatibus conſulere nos decet in omnibus, per quam Regni noſtri ſtatum confirmare, et contectalem noſtram dotali lege et legitimo iure in Regnum nobis aſſociare et ſublimare. debemus. Qua propter fidelium noſtrorum tam praeſentium, quam futurorum uniuerſitati notum eſſe uolumus, qualiter nos de noſtri ſtatu regni tractantes, dilectiſſimam nobis in Chriſto contectalem Agnetem, a cunctis Regni noſtri Principibus electam, et regali more, ac pia omnium fidelium noſtrorum deuotione in Moguntina Ciuitate ſolenniter conſecratam, et regalibus inſignibus decoratam, ad honorem Regni noſtri ſublimauimus, corroborauimus, et ſecundum morem et inſtitutionem piiſſimi Genitoris noſtri Conradi Imperatoris inuictiſſimi, aliorumque praedeceſſorum noſtrorum Henrici, et trium Ottonum, Arnolffi, Magni Caroli, Pipini, Dagoberti, et aliorum Regum et Imperatorum usque ad nos, cum Abbatia S. Maximini pretioſiſſimi Confeſſoris Chriſti, quae in ſuburbio Treuirorum ſita eſt, quam Conſtantinus et Helena Regina in Chriſto ſacratiſſima in honorem S. Ioannis Apoſtoli et Euangeliſtae pri-

Digitized by Google

§. CXX. mitus conſtruxerant. Hanc igitur et cum omnibus rebus, Eccleſiis et poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis iuſte et legaliter pertinentibus, praefatam coniugem noſtram, Agnetem ſcilicet, nobis in Chriſto chariſſimam, dotali lege et legitima Regni dote ad thronum et honorem Regni noſtri dotauimus, ſublimauimus, et confirmauimus, ut ſicut reuera per B. Petrum Apoſtolum, et diſcipulos eius ſanctiſſimos, Eucharium, Valerium, Maternum, in Treuirenſi Epiſcopio, et inde per totam Galliam, Catholicae fidei primitus coepit pullulare et initiare ſacramentum: ita et per hanc praedictam Abbatiam omnes Reges et Imperatores cum ſuis coniugibus propagandae ſobolis incrementum et Regiae poteſtatis ac dignitatis ſemper percipiant teſtamentum. Decernimus etiam atque huius noſtrae Regiae auctoritatis confirmamus edicto, ne eadem Abbatia alicui Sedi uel Eccleſiae famula aut appendix unquam ſubiaceat, ſed ſicuti ſub praedeceſſorum noſtrorum: ſic ſub noſtro quoque, ſucceſſorumque noſtrorum Mundiburdio libera ſemper permaneat: Addentes uidelicet et conſtituentes, ut Poppo eiusdem loci Abbas, ſuique ſucceſſores, praenominatae coniugi noſtrae, Agneti ſcilicet, aliisque poſt illam Reginis in Regali curia ſemper ſeruiant et obſequantur, et quia ſub Heinrico Imperatore ea bona illis ablata ſunt, unde ad militiam ire, uel nobis in ſecundo ſemper anno Regale ſeruitium perſoluere, uel unde ſe ſuosque uictitaſſe uidebant, uolumus atque conſtituimus, ut quotiescunque ad Curiam Regiam uenerint, ſiue uocati fuerint, de Regia menſa paſcantur, et incuriales et domeſticos Regis et Reginae non infimi ſemper habeantur, ſicut reuera Magiſtros ac prouiſores illius Eccleſiae decet, per quam Regum et Imperatorum Coniuges in Regnum et Imperium ſemper conſecrari et confirmari uidebuntur. Conſtituimus praeterea, et ad praebendam fratrum, inibi Deo famulantium, ſpecialiter delegamus, quidquid ſub temporibus Caroli, prout ipſe diſpoſuit, aliorumque praedeceſſorum noſtrorum Regum uel Imperatorum ad peculiaritatem illorum pertinere cognouimus, id eſt, has Eccleſias Gozoluesheim, Albucho, Wieldeſtein, Wienheim, Diedenhouun, Winvvelde, inſuper omnes S. Maximini Eccleſias cum decimis et decimationibus, et omnes ſalicas decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum deſtinamus: uel quidquid in his locis habere uidentur hactenus, hoc eſt Suaueheim, Euernesheim, Hezinesheim, Mannendal, Narheim,

Apula,

§. CXXI.

Apula, Alſontia, Scheringesuelt, Bukinheim, Symera, Baſinbach, Vkinhesheim, Guntereshuſun, Kuosbah, Holtzhuſun, Dieffenbach, Suueppenhuzun, Riuenacho, Louuun, Ockisheim, Liezenich, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Buocheneburi, Folemaresbach, decima et Vallis cum ſuis pertinentiis, Marchedeh, Daleheim, Friſinga, Mormirdinga, Druhdildinga, Tauena, Scitelinga, Merſche, Mambra, Linnich, Euerlinga, et Fula, Areurlere, Windingun, uel quod in pago Salingouue, aut iuxta Metenſem Ciuitatem in Villa Willere, uel in ipſa Vrbe in uineis, aut areolis, aut agris habere uidentur, et ultra Rhenum fluuium Curtem, quae Prichina dicitur, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam ad ſagimen et femoralia, mantelas et menſalia fratrum et ad ſuſceptionem hoſpitum ac pauperum, ac infirmorum curam, ſpecialiter ſtatuimus atque firmamus. Et ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum Regum, uel Imperatorum, neque Abbas quidquam de his rebus, praeter haereditaria illius Eccleſiae miniſtris beneficia alicui praeſtare, uel a praebenda fratrum quoquomodo abalienare praeſumat, firmiter praecipimus, et praecipiendo firmamus. Cui rei teſtem chartam hanc inde conſcribi, et ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Tertii, Regis inuictiſſimi.

Euerhardus Cancellarius Vice Domni, Bardonis Archicancellarii recognoui.

Data VIII Kal. Auguſti Anno Incarnat. Domni MXLIV. Indictione XII. Anno autem Domni Henrici Tertii ordinationis eius XVI. Regni uero Quinto.

Actum Moguntiae in Dei nomine feliciter. Amen.

§. CXXI.

Tabulae Henrici III et IV Agnetis, illius coniugis, huius matris nomen reſonant creberrime. In promtu ſunt documenta plurima.

Interueniente Agnete, negotia permulta gerit et chartas conſcribendas curat Henricus maritus.

MEIBOM. T. II rer. germ. pag. 429: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Agnetis reginae.*

CALMET. hiſt. de Lorr. T. I pr. pag. 438: *per interuentum chariſſimae contectalis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae, noſtrique filii dilectiſſimi Henrici quarti regis.* IBID. p. 447.

VG-

§. CXXI. VGHELL. Ital. ſac. T. I p. 447: *petitione dilectae contectalis noſtrae Agnetis Imperatricis.* IBID. T. V p. 511: *ob interuentum ac petitionem dilectae contectalis noſtrae Agnetis imperatricis.* IBID. T. V p. 513, 759, 762.

ZYLLES. a. 1056: *ob amorem Dei et per interuentum cariſſimae contectalis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae noſtrique filii dilectiſſimi Henrici quarti regis - - - - in cellulis deſtructis Dei tamen noſtroque et dilectiſſimae coniugis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae, ſi uita comes fuerit, auxilio patrocinante conſtruendis.* IBID. n. 25, eod. an.

SCHANNAT. Cod. pr. hiſt. Worm. p. 55: *ob interuentum noſtri thori noſtrique regni conſortis ſcil. Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. p. 53, 55, 56.

HERRG. Hiſt. Habsp. Vol. II p. 122: *in praeſentia Henrici coimperatoris et Agnetis coniugis noſtrae dilectiſſimae* etc.

HVND. Metr. Salisb. p. 243 a. 1045: *ob interuentum noſtri thori ac regni conſortis ſc. Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. T. II p. 17, 18. uid. poſtea MEICHELBECK. DVELL. PETZ. LVNIG.

SCHATEN. Ann. Paderb. P. I p. 528: *pro remedio animae noſtrae Agnetisque reginae dilectiſſimae contectalis noſtrae* etc.

MARTENE T. I uet. mon. p. 432: *interuentu cariſſimae contectalis noſtrae Agnetis imperatricis Auguſtae, noſtrique filii dilectiſſimi Henrici regis.*

MEICHELB. T. I Hiſtor. Friſ. p. 243: *ob interuentum noſtri thori ac Regni conſortis, ſcil. Agnetis Imperatricis Auguſtae.* IBID. p. 252: *in memoriam noſtri, et regni thorique noſtri conſortis Agnetis Imperatricis.*

LEVCKFELD. Antiquit. Poeldenſ. p. 275: *qualiter nos ob diuinum amorem et ob remedium animae noſtrae et dilectae coniugis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. IBID. pag. 276: *qualiter nos ob aeternam noſtri noſtrique thori ac regni conſortis, ſcil. Agnetis Imperatricis Auguſtae commemorationem* etc.

TSCHVDII Chron. Heluet. ad a. 1045: *Nos interuentu Agnetis Reginae coniugis noſtrae ipſum monaſterium ſitum in Pago Argowe in Comitatu Arnolfi Comitis, cum Eccleſiis et Curtibus ſuis ſcil. Hechdorff Sarnen* etc. IBID. ad a. 1045: *ob interuentum et petitionem dilectae coniugis noſtrae Agnetis Reginae* etc.

HERRG.

HERRG. Vol. II p. 116: *ob interuentum ac petitionem dilectae coniugis noſtrae Agnetis reginae.* IBID. p. 117 iisdem formulis. It. p. 118, 119; IBID. p. 121, a. 1050: *ob interuentum et petitionem dilectae contboralis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae.* IBID. p. 122 a. eod. in Charta Henrici III, quae a ſtilo curiae nonnihil recedit, poſt *datum* additur: *In praeſentia Henrici coimperatoris et Agnetis coniugis noſtrae dilectiſſimae.* §. CXXI.

LVDEWIG. ſcript. rer. Bamb. p. 295: *pro remedio animae noſtrae, dilectaeque coniugis noſtrae ſcil. Agnetis* etc.

IDEM T. VII Reliq. MSS. p. 421: *qualiter nos, pro noſtraque thori ac regni conſortis, ſcilicet Agnetis Imperatricis Auguſte, beatitudine deuota* etc. IBID. p. 423.

RAIMVNDI DVELLII Miſcell. Lib. I pag. 106: *ob interuentum noſtri thori ac regni conſortis ſcil. Agnetis Imperatricis Auguſtae.*

PETZ Theſaur. Anecd. T. VI, P. I p. 243: *ob interuentum tori ac regni conſortis ſcil. Agnetis Imperatricis Auguſtae,* IBID. p. 233.

LVNIG. Continuatio ſpicileg. Eccleſ. p. 1150: *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Agnetis Reginae prefati loci ſanctimonialibus licentiam concedimus* etc.

ID. cit. loc. P. III p. 303 in diplom. pro Abbatia Porcetenſi: *per interuentum contectalis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae.*

IBID. P. II pag. 257: *ob interuentum noſtri thori ac regni cariſſimae conſortis ſc. Agnetis, Imperatricis Auguſtae.* ID. p. 771.

MARGARINI Bullarium Caſinenſe T. II p. 87 - - - - *ob interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae imperatricis Agnetis.*

MVRATOR. Antiquit. Ital. T. III p. 641: *interuentu itaque Agnetis noſtre dilecte contectalis* etc. IDEM T. II p. 75, 711. T. IV p. 15.

HEINECC. Antiquit. Goſlar. p. 47: *qualiter nos ob aeternam noſtri noſtrique thori ac regni conſortis, ſcil. Agnetis imperatricis Auguſtae commemorationem* etc.

Diplomata Henrici IIII.

LEVCKFELD Antiquitat. Poeldenſ. pag. 278: *qualiter nos ob interuentum et petitionem dilectiſſimae genetricis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. a. et Henricus filius.

§. CXXI. GVICHENON Biblioth. Sebuſian. p. 136: *qualiter nos pro amore diuino, animaeque beatae memoriae Patris noſtri, Henrici Imperatoris Auguſti, et noſtrae remedio, et per interuentum piiſſimae matris meae, Agnetis, Auguſtae Imperatricis* etc. IBIDEM p. 303: *qualiter nos pro amore diuino, animaeque noſtrae remedio, et per interuentum dilectae matris meae Agnetis Auguſtae Imperatricis* etc.

LVDEWIG ſcript. rer. Bamb. p. 1120: *per interuentum dilectiſſimae matris noſtrae Agnetis, imperatricis Auguſtae* etc.

FVGGERS Ehren-Spiegel des Hauſſes Oeſterreich pag. 163: *Nos preces praeclariſſimi et nobiliſſimi Principis Domini Erneſti Marggrauii Auſtriae, Sac. Rom. Imp. Prioris et fideliſſimi Principis, et generoſiſſimae Dominae Dn. Agnetis Romanorum Imperatricis, genitricis noſtrae chariſſimae, competitricis eiusdem, per portas admiſimus exauditiones, eis fauorabiliter annuere uolentes.*

RAIMVNDI DVELLII excerpta Genealogico-hiſtor. pag. 29: *ob interuentum atque petitionem Agnetis dilectiſſimae genitricis noſtrae Imp. Aug.*

HARENBERG in Hiſtor. Gandersheim. p. 187: *ob interuentum ac petitionem dilecte genetricis noſtre Agnetis imperatricis Auguſte.*

LVDEW. in Reliq. MSS. T. IV, pag. 241: *qualiter nos ob interuentum atque petitionem Agnetis dilectiſſimae genitricis noſtrae Imp. Aug.* etc.

De FALCKENSTEIN Cod. diplom. Antiq. Nordgau. p. 27: *nec non ob interuentum dilectiſſimae matris noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc.

IBIDEM p. 28: *per interuentum dilectiſſimae matris noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae.*

HEINECC. Antiquit. Goslar. pag. 69: *qualiter nos ob interuentum ac petitionem dilectae genetricis noſtrae Agnetis, imperatricis Auguſtae* etc.

LINDENBROG. ſcript. ſeptentr. p. 139: *et ob interuentum dilectae matris noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. LVNIG. Spicileg. Eccleſiaſt. T. I p. 84 inter chartas Bremenſes.

GVDEN. cod. diplom. T. I p. 372: *per interuentum dilectiſſimae matris noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae.* IBID. p. 374.

HVND. Metr. Salisb. p. 244 ſq. a. 1067 et LVNIG. Spic. Eccl. P. II pag. 772: *ob interuentum ac petitionem matris noſtrae Agnetis*

tis Imperatricis Auguſtae, *inſtinctu quoque Berthae reginae*, *regni thorique noſtri conſortis* etc. IBID. p. 175: *ob interuentum ac petitionem dilectiſſ. genitricis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae* etc. §. CXXII.

ZYLLES. P. III, n. 29: *pro remedio parentum noſtrorum aui ſcil. Cuonradi et patris noſtri Henrici Imperatorum*, *Giſlae auiae noſtrae*, *Agnetis matris noſtrae Imperatricum et filii noſtri dilectiſſ. Henrici V regis* etc.

CALMET. c. l. p. 459: *per interuentum dilectiſſimae genitricis noſtrae Agnetis uidelicet Imperatricis Auguſtae.* IBID. p. 483: *pro anima noſtri Henrici Imperatoris patris*, *et deuota interuentione matris Agnetis* etc.

SCHATEN. Annal. Paderb. P. I p. 553: *per interuentum dilectiſſimae matris noſt. Agnetis Imperatricis Auguſtae.* IBID. pag. 555: *rogatu et ammonitione dilectiſſimae genitricis noſtrae Agnetis Imperatricis Auguſtae.* It. LVNIG. Spicil. Eccl. P. II p. 1097.

MARTEN. T. I uet. mon. p. 443: *ob interuentum noſtrae cariſſimae matris*, *ſcil. Agnetis imperatricis Auguſtae.*

LVNIG. Spicil. Eccleſ. P. II pag. 109: *conſiliante et precante dilectiſſima matre noſtra imperatrice Auguſta.*

Ex Diplomate Wilhelmi Imperat.[1]

HEINECC. Antiquit. Goslar. pag. 44: *quae bone memorie Agnes mater ſua Imperatrix Auguſta ob remedium anime ſue --- tradidit ſancte Dei Eccleſie in Orientali plaga Goslarie uille ſite* etc.

§. CXXII.

In MABILLON. T. IV Analect. pag. 437 incidimus in epiſtolam ab L. ad A. Imperatricem directam. Argumentum literarum nobis perſuadet, Agnetem Auguſtam et Leonem IX Pontif. intelligendum eſſe. **Leonis P. epiſt. ad Agnetem.**

Epiſtola L. Epiſcopi ad A. Imperatricem.

A. Imperatrici glorioſae, L. diuino iuuamine Pontificatus honore ſublimatus, preces iugiter cum famulatu deuotas. Pacem dignae quietis Eccleſiae Dei nobis commiſſae cupientes, ut decet, ſtabiliter monaſterium ſancti Magni. Cum fuimus ingreſſi, nuntius Comitis SICCONIS redeuntis de Italia occurrit nobis inuiſe, qui

 fate-

§ CXXII. fatebatur ipſum Sicconem uix fuga reuulſum fuiſſe de illa regione. Nam HVGO uinculo fidae pacis undique disrupto, belligerationis iniquae ſtimulos renouare uolens, nullos ueſtrae ditionis uiros, uoluntatisque deuotos ſuo libitu permittit inde inlaeſos diſcedere. Hoc uobis omnimodis eſt trutinandum, qualiter iſtiusmodi diſcordiis ſit ſubueniendum. Valete.

Agnetem ad concordiam inter Pontificem et Regem conciliandam multam operam adhibuiſſe, ex Gregorii L. III ep. 5 et aliis colligimus.

a. Victoris P. epiſt. ad Agnetem. Ex MABILLONII Annal. Bened. Tom. V p. 647 recitabimus Victoris Papae III epiſtolam ad imperatricem pro releuando tributo S. Sepulchri.

Victor epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, glorioſae et dilectae filiae A. Imperatrici Auguſtae. Apoſtolicae Sedis debito compellimur, cariſſima nobis in Chriſto filia, maioribus et minoribus non ſubtrahere ſolitaria monita, in qua utique cauſa tanto magis inſiſtere ſublimioribus debemus, quanto eos temporaliter plus prodeſſe aut nocere poſſe Chriſti pauperibus ſcimus. Vnde cupiens tuam dignitatem in futuro non condemnari pro temporali oppreſſione peregrinorum et pauperum, ſed glorificari pro reuelatione eorum, denunciamus et obſecramus in Domino IEſu, ut ab oratoribus et uiſitatoribus ſancti et glorioſi Sepulchri eius facias ceſſare grauiſſimum et importabile tributum quod eis imponitur a tuis officialibus. Vt enim alia quae ubiuis locorum imperii tui patiuntur taceamus, in duobus tantum locis adeo angariantur, ut pro ſingulis equis tres aurei, et ex binis peditibus totidem tollantur. Inſuper equos eorumdem oratorum uiolenter ablatos quandiu uolunt angariant et uexant. Cuius quidem periculi malum, niſi quantocius imperiali edicto a regno tuo propellas, in animam tuam, quod abſit, redundaturum ſcias: quia ad maiores reſpicit, quicquid a minoribus delinquitur, et facientes et conſentientes pari poena plectentur. Nos tamen, ut decet, ſemper in bono memores tui, et tuae uenerabilis genealogiae, optamus te prae multis ſic temet atque tuos regere, quatenus ſic nomen bonum, quod melius eſt quam diuitiae multae, acquiras, et in futuro gaudium domini tui feliciter introeas. Valere perpetuo tuam excellen-

cellentiam et optamus et oramus: atque ut Romanae eccleſiae, ſci- §. CXXIII.
licet primae et propriae matris tuae, ſicut te decet, recorderis, eamque ſemper uenereris admonemus. Equidem ipſa iugiter tui in bono recordatur, et auitam proſapiam tuam ueneratur.

§. CXXIII.

BARONIVS in annalibus eccleſiaſt. ſingulari ſtudio res geſtas Agnetis enarrauit, easque documentis illuſtrauit. Forſan haud iniucundum erit iſta rebus noſtris, ut iſtis plenior lux reddatur inſerere. Ita uero BARONIVS ad a. 1062:

Hoc eodem anno ad finem dilabente peruenit Agnes Auguſta Romam ad limina Apoſtolorum, illic perpetuo permanſura. Ita quidem caſuum uarietate mirum in modum agitata, ſapienter uitam inſtituit, ut ſe ſe totam diuino obſequio manciparet, quod didiciſſet illud eſſe uere regnare, cum Dei ſeruituti ſe, ipſi inhaerendo, ſpontanee ſubiugaret, illud propheticum mente retinens ac ore concinens: *Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum.*

De eadem, quod Romam ueniens, ibi Petrum Damiani Oſtienſem Epiſcopum magni nominis et ſanctitatis uirum nacta, fecerit in confeſſione Petri Apoſtoli confeſſionem ſuorum omnium peccatorum, teſtatur idem ipſe Petrus in Epiſtola ad ipſam poſtea ſcripta, quam acceptam nuper a Caſſinenſi bibliotheca induſtria domini Conſtantini Caietani monachi Caſſinenſis, hic tibi deſcribendam putauimus, egregium antiquitatis monimentum, quo potiſſimum tanquam ſcopa omnis puluis aſperſus de tantae foeminae fama euerratur. Sic enim ſe habet:

Scuto bonae uoluntatis Dei coronatae Agneti Auguſtae Imperatrici, Petrus peccator monachus ſeruitutem.

Regina Saba uenit in Hieruſalem audire ſapientiam Salomonis. Petri Dam. epiſt. ad Agnetem Aug.
Imperatrix Agnes Romam adiit addiſcere ſtultitiam piſcatoris. Nam ſicut Paulus ait: quia non cognouit mundus per ſapientiam Deum, placuit Deo per ſtultitiam praedicationis ſaluos facere credentes. Illa, ſicut ſacra teſtatur hiſtoria, ingreſſa eſt cum multo comitatu et diuitiis, camelis quoque portantibus aromata, et aurum infinitum nimis et gemmas pretioſas; iſta uero cum Hermiſinde cognata ſua non diſpari ſancti Spiritus feruore ſuccenſa, tanquam Maria Magda-

 lena

Digitized by Google

§. CXXIII. lena cum altera Maria ueniunt ad ſepulchrum, non ut corpus IESV perungant fomentis aromatum, ſed ut pedes eius fluentis irrigent lacrymarum. Non enim iam quaerunt uiuentem cum mortuis, ſed adorantes tenent ueſtigia reſurgentis. Carnalis plane Salomon Reginae Sabae quaeſtionem nodos et myſteria reſerauit aenigmatum: noſtra uero Regina nihil ſibi ſolui propoſuit; niſi ſuorum uincula peccatorum. Salomon, *inquam*, fuit figura Chriſti, et quaedam uelut imago ſiue prophetia perſonam noſtri Saluatoris expreſſit. De illo quippe dicitur, quia locutus eſt tria millia parabolas, et fuerunt carmina eius quinque millia. Vbi praeſto ſubiungitur: quia diſputauit etiam ſuper lignis, a cedro quae eſt in Libano usque ad hyſſopum, quod egreditur de pariete, et diſſeruit de iumentis, et uolucribus et reptilibus, et piſcibus: quae ſcilicet Redemptori noſtro non ambiguum erit cuncta congruere, cui uacat haec diligenti conſideratione tractare. Ipſe nimirum tria millia parabolas eſt locutus, qui et per myſtica patrum praecedentium facta, per allegorica Prophetarum oracula, uel etiam per conſonantis Euangelii documenta, dum ſub figurarum uelamine pene cuncta diſſeruit, quaſi tria millia in uerbis ſuis parabolas numerauit. Vnde et in Euangelio Matthaeus ait: Haec omnia locutus eſt IEſus in parabolis, et ſine parabolis non loquebatur eis. Cuius etiam carmina quinque millia ſunt, quia chorus Virginum ſub quinario numero deſcribitur ante thronum eius (ſicut Ioannes in Apocalypſi dicit) canticum nouum iugiter modulari. *Et poſt plura alia de collatione Chriſti cum Salomone iſta ſubiungit:*

Qualis Agnes Auguſta uenerit, et cur aduenerit.

Ad hunc ergo tu nuper Salomonem, o Regina, ueniſti, non ut illa Sabeorum curribus et equitibus et elephantis; ſed in lachrymis potius gemitibus et lamentis. Tu ergo ueraciter es Regina Saba; Saba ſiquidem interpretatur humilis uel campeſtris. In campum quippe certaminis deſcendiſti, ut manus manibus conferas, et pro caſtris Chriſti ſtans, non eneruiter cum hoſte confligas. Veniſti, *inquam*, non ut aenigmatum tibi myſteria ſcrupuloſa diſſolueret, ſed ut per ſimplicis Clauicularii ſui miniſterium regni coeleſtis aditum reſeraret. Veniſti humilis ad humilem, pauper ad pauperem, et quaſi - - - - et incultis gregum paſtoribus adorare ueniſti puerum in praeſepio uagientem. Veniſti nempe, Tu et quinque circa te, mirandum ualde ſpectaculum, et imitandum Saluatoris eras aedificatio-

nis

nis exemplum. *Videtur ſignificare, ueniſſe Romam Agnetem Impera-* §. CXXIII.
tricem Natalis diei Domini tempore. Pergit de babitu quo eſt Vrbem ingreſſa. Veſtis enim pulla et lanea, is cui inſidebas, non dicam equus, ſed potius burdo, uel burricus, uix menſuram deſidis excedebat aſelli. Mutaueras enim coronam uelo, purpuram ſacco, et manus, quae in modum columbae geſtare conſueuerat ſceptrum, attrita iam erat porta pſalterium. Reuera, quia omnis gloria filiae Regis ab intus. Vernantium decor ille gemmarum, et coruſcantium auro ueſtium cultus iam ad interiora migrauerat, et in occulti ſpeculatoris obtutibus interior ſponſae ſpecies relucebat. Cui ſponſus: Tota, *inquit*, pulchra es amica mea, et macula non eſt in te. *Et iterum:* Pulchra es amica mea, ſuauis et decora.

Delicatam porro ceruicem illam, ex qua cum bracteolis aureis et rutilantibus margaritis dudum murena pendebat, nunc margo laneae ueſtis exaſperat. Vnde miniſtri coeleſtis illius Sponſi tibi blandiuntur, et dicunt: Murenulas aureas faciemus tibi uermiculatas argento. Et ſponſus adhuc: Coronaberis, *inquit*, de uertice Sanir, de capite Amana et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Amana quippe mons eſſe Ciliciae dicitur, qui et Taurus a compluribus appellatur. Sanir et Hermon terrae Iudaicae montes ſunt, in quibus leones et pardi habitare creduntur. Per hos ergo montes Reges et Principes, diuerſaeque mundi huius intelligendae ſunt poteſtates, quae uelut montes ſe ſe in ſuperbiae culmen attollunt, et malignis ſpiritibus tanquam pardis atque leonibus habitaculum faciunt. De his ergo montibus coronaberis, quia quotquot mundi Principes ac poteſtates ad Deum per tuum conuertentur exemplum: pro his omnibus aeternae gloriae tibi cumulabitur praemium. Eris quoque non modo coronata, ſed et ipſe corona, Propheta teſtante, qui ait: Et eris corona gloriae in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.

Amiſiſti Regina uirum, poſt quem dedignata es thalamos iterare, uel proci cuiuslibet foedi admittere, niſi qui priorem uirum excellentioris gloriae dignitate tranſcenderet. Quid ergo faceres? Vir ille tuus Imperator extitit, regiae dignitatis apicem tenuit, et quod in hominibus ſingulare eſt, Romani Imperii monarchiam diſpenſauit. Quia igitur in tantae celſitudinis arce praeminuit, eo ſuperior quispiam in humano genere reperiri non potuit. Quae

Conſilium Agnetis Aug in dedicando ſe Deo.

ergo.

§. CXXIII. ergo in terris idoneum, et qui tuis placeret oculis inuenire non poteras uirum: in coeleſtis Sponſi prouolaſti uiolenter amplexus, uiolenter, *inquam*, Regnum quippe coelorum uim patitur, et uiolenti diripiunt illud. O beata iſta ſuperbia, o beata mentis elatio et omnibus digna praeconiis! quae dum carnalis thalami uitam contempſit, in dotalitium regis aeterni glorioſa tranſiuit. Carnalis plane uirginitatis arcanum corrupit ſponſus terrenus; Sponſus autem ille coeleſtis eas etiam, quas ſibi uiolatas aſſociat, in uirginale decus ilico ſine difficultate reformat, ut nimirum contracti ſqualoris inquinamenta deponant, et uelut aridae prius arbuſculae denuo conantes in priſtinam decoris gratiam reuireſcant. Porro autem cum carnali uiro nuptura exornatur: mox apud affines et notos undique pecunia quaeſita congeritur et quidquid ualet acquiri, ſacculis ilico uel obſignandis ---- et quo magis ad uirum mulier ornata deproperat, eo et glorioſior appareat, et ille propenſius in eius amore ſedulus inferueſcat.

Profuſa Agnetis Aug. munificentia.

Tu contra ut nuptialia cum coeleſti Sponſo foedera contrahas, regalis aerarii congeriem prodigis, radiantia quoque cum auro uel argento margarita diſpergis, aurea tua blattina, uel potius deaurata templorum laquearibus appenduntur, ornamenta regalia ſacris famulantur altaribus. Nullis (ut ita fatear) parcitur rebus, et hoc ſolum indigentibus et eccleſiis confertur, quod extra tui iuris peculium reperitur. Cuncta proiicis, cuncta dilapidas, ut apud Sponſi coeleſtis amplexus exornata prorſus, immo nuda peruenias. Haec autem non propter te, uenerabilis Imperatrix, ediſſero, quam et his uerbis potius offendere pertimeſco: ſed ob id potius, ut dum tuae uirtutis inſigne utcunque depromitur, non parua legentibus aedificatio procuretur. Vbi enim tanta ſublimitas pro ſui Creatoris amore ad pauimentum usque deiicitur; quae ceruix ſuperbiae protinus a ſui rigoris tentigine non flectatur? Quae tumidae cuiuslibet mentis inflatio praeſto non folleat; cum tantae gloriae principem nunc uelut deſpicabile mancipium cernat? Quis praeterea non tranſeuntium pertimeſcat inopiam, cum ſpontaneam uideat in ea muliere pauperiem, quam tot utique regnis paulo ante aſpexerat imperantem? Aut quis inculti habitus iniuriam perhorreſcat, cum aureo ſubtegmini regalibus pompis a regia maieſtate uile ſtramen praelatum eſſe conſiderat?

Veniam

§. CXXIII. Agnetis mira abſtinentia.

Veniam ad menſam et ad famelicam (ut ita loquar) epularum affluentium ubertatem. Quale, rogo, eſt, congeſtam ante ſe ſtruem lancium et renidentium carnium epulas per menſas circumquaque transmittere, et carnium nec ipſam quidem pinguedinem deguſtare, contrectare manibus dapes, et eas in ore non ponere? immo ipſum panem uel quaelibet incultioris apparatus edilia cum timore ſummotenus ligurire? Vnde mihi conqueſta es, eatenus non poſſe cohibere te ab edendi prurigine, ut ex his quae appoſita cerneres, non aliquid tibi quando libet immoderatius indulgeres: hinc ſaepius lachrymae, hinc gemitus, hinc profunda ſuſpiria. Lugebas enim, quia quantauis diſciplinae cautela cuiuslibet diſtrictionis inſtantia naturam funditus ſuperare non poſſent: ſed ſicut ex tunc forte non tacui, ieiunium Regina tuum multiplex eſt. Nos enim aliquando ieiunamus a cibis, ſed tu ieiunas a purpura, ieiunas a corona, atque a quotquot magnificis Imperialis gloriae pompis. His enim abſtinere, non immerito ieiunium nuncupatur, quibus utique mens quanquam carnalis delectabiliter paciſcitur. Nam ſi ſimplex aqua a Dauid proiecta, Scriptura teſte, in ſacrificium uertitur: tot rerum honorumque contemptus quantam apud Deum gloriam promeretur? O quam grauis eſt, quamque laudabilis abſtinentia, aſſuetam iuuenculam a uirili ieiunare complexu! Nunquid et hoc graue ieiunium non eſt, ut quae conſueueras, iſtos in honorum culmen attollere, illos inſolentes a dignitate priuare: nunc regulis contenta domeſticis, aſpectus hominum fugias, et in orationibus et pſalmodiae ſedula modulatione perſiſtas? Et quia fueras olim Suſanna cum uiro: merito nunc facta es Anna poſt uirum. Et quia tunc coniugalem pudicitiam immaculate ſeruaueras, nunc cum filia Phanuel (quod templum Domini dicitur) in eccleſia perſeueras.

Agnetis Aug. ſcrupulus eius mentis candorem patefacit.

Hinc eſt quod a me per uenerabilem Rainaldum Cumanum Epiſcopum requiſiſti: Vtrum liceret homini inter ipſum debiti naturalis egerium aliquid ruminare pſalmorum? Ad quod ego, quod tempus occurrebat, expoſui. Quoniam Iob Deus omnipotens uiſitauit in ſterquilinio conſtitutum, et beata martyr Agnes, cuius et tu aequiuoca es, in obſoletis ac ſordidis lupanarium locis et Angelum ſimul et angelicum reperit indumentum. Nam et Apoſtolus ubique nos praecepit orare, cum dicit: Volo ergo uos uiros orare in omni loco, leuantes puras manus ſine diſceptatione. Quanquam haec magis

§. CXXIII. gis eo loci uerſanda tunc in corde quam explicanda ſermone. Hoc ego quanquam ſilentio dignum fuerit, et nequaquam per multorum ora uulgandum, idcirco dixerim, ut liquido legentibus innoteſcat, quantus ſancto pectori diui amoris candor incaleſcat; ut ne ad breue quidem punctum a diuinis obticeſcere laudibus acquieſcat. Quid ad haec dicent, qui de Eccleſia non oratorium, ſed locutorium, et non oraculum, ſed conciliabulum faciunt? ac per hoc in ea domo ſaecularia uerba permiſcent, quae duntaxat ob hoc constructa dignoſcitur, ut in ea prorſus a negotii ſaecularis actione uacetur.

Sed ut his qui ad Apoſtolorum limina confluunt, ſanctae deuotionis tuae ſalubriter imitentur exemplum, ſub arcana quoque beati Petri Confeſſione ante ſacrum altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus et amara ſuſpiria, ab ipſa quinquennii infantia tenera adhuc et nuper ablactata coepiſti, et tanquam illic ipſe beatus Apoſtolus corporaliter praeſideret, quidquid ſubtile uel minutum in humanitatis tuae potuit titillare uiſceribus, quidquid in cogitationibus uanum, quidquid praeterea ſubrepere potuit in ſermone ſuperfluum, fideiibus eſt relationibus euolutum. Ad quod mihi uiſum eſt, ut nullum aliud poenitentiae pondus iniungerem, ut illud diuinae legationis elogium iterarem: Age quod agis, operare quod operaris; uel illud quod iis, qui Thyatirae erant, per Angelum mittitur: Non mittam ſuper uos aliud pondus: tantum id quod habetis, tenete. Nam Deo teſte, unum quidem diem ieiunii uel cuiuslibet afflictionis indidi, ſed ut in coeptis ſolummodo ſanctis perſeuerares operibus, imperaui. Et utinam a quibusdam homicidis uel diuerſorum criminum reis illi gemitus, illi fletus in confeſſione prorumperent, ſic tabeſcentis ac acerrimo dolore transfixae mentis ſpiritus fremeret, ſic male ſibi conſcia pectora ſingultirent, ſicut illic plangebantur uel inanium phantaſmata cogitationum, uel quarumlibet puerilium ineptiae leuitatum. Hoc prouocentur exemplo, qui ad ueneranda Sanctorum corpora pia deuotione feſtinant. Illic itaque proprii reatus morbos, quaſi noxios humores euomant, quibus per conatus purae confeſſionis egeſtis, poenitentiae ſalutaris antidotum ſumant. Illic baptiſmum poenitentiae ſtatuant, in quem per iudicium officii ſacerdotalis immerſi uetuſti hominis indumenta reponant, iamque de ueteribus noui uiuant.

Ad S Petri confeſſionem Petro confitetur peccata ſua.

Tu

§. CXXIII. Tu autem domina mea (nam quia te Redemptoris mei ſponſam eſſe non ambigo, meam te uocare dominam nullatenus erubeſco) domina, *inquam*, mea fige pedem in radice perſeuerantiae, et in amorem illius, ad quem per manus ſacerdotum et pauperum quotidie cuncta transmittis, medullitus inflammare, ut illud tibi iure contingat, quod in lege praecipitur, uidelicet: Vt qui captam in bello mulierem forte diligeret, eamque ſuſcipere uoluiſſet uxorem: prius eius caeſariem radat, unguesque praecidat, ac ueſtem in qua capta eſt, auferat. Sicque ad ingenuitatem Iſraelitidis ex more proſilientem, iure ſibi matrimonii copularet. Iam igitur ungues tui cum caeſarie coepere praecidi, iam ueſtis, qua tegebaris auferri, quia quidquid in tui cultus ornatibus pulchrum, quidquid in facultatibus pretioſum te uelut ambire uel comere in exterioribus cernitur, in pietatis opera quotidie profligatur. Reſtat ergo ut ad intimi Sponſi tui iam peruenire dulcedinem, et ſuauiſſimam illam confoederati ſpiritus cupias unitatem, qui enim adhaeret Domino, unus cum eo ſpiritus eſt. Videlicet ut ille diuini amoris ſapor tuis uiſceribus influat, illa ſuauitatis flamma tui pectoris arcana ſuccendat, quam et miſer mundus, et mens quaeque carnalis ignorat. Vt illud Canticorum ardenter exclames: Guttur dilecti mei ſuauiſſimum, et totus deſiderabilis, et ille tibi uiciſſitudine grata reſpondeat. Fauus deſtillans labia tua ſponſa, mel et lac ſub lingua tua, et odor ueſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Petrus roborat eam in tolerantia aduerſitatum per exempla,

Nec turberis, ſi qua te aduerſitas feriat: ob id enim fit, ut internus ille diſpoſitor ad hanc te dulcedinem trahat. Nam et mater cum ablactare uult filium, aliquando fel uberibus adhibet, ut dum aſpernatur illud quod horret, compellatur ad alimentum ſe transferre quod roboret. Iſraeliticum populum idcirco Rex Aegypti percellere ac lacerare permittitur, ut ad repromiſſionis arua contendere feſtinantius prouocetur. Porro ut de te ſileam, quod talione uicaria et odis mundum, et peroſa iam exploderis a mundo: nunquid et ipſis Regibus, a quibus mundus iſte diligitur, et quibus captioſa fraude blanditur, non quantocyus in amaritudinem uertitur? ut nimirum hodie qui ex hoſtibus uictoriae ſigna reportat, triumphalis eum gloriae pompa praecedat: et cras illum ignobiliter terga uertentem hoſtilis mucro transfodiat? Balthaſar nempe ipſo die, quo uaſa templi Domini iam temulentus concubinarum labiis foe-

§. CXXIII. dare praeſumſit, Medorum gladiis Dario uictoriam obtinente ſubiacuit. Galba Rom. Imp. quatuor tantummodo menſibus imperauit, et in Romano foro, gladio percuſſus occubuit. Taceo Neronem, praetereo Ottonem, quos a ſemet ipſis interfectos, Romanae Reipublicae teſtantur hiſtoriae. Nonne Vitellius interemptus eſt a ducibus Veſpaſiani? Nonne et Pertinax occiſus eſt a militibus Praetorianis? Macrinus, Antoninus, Alexander, Philippus, Gallienus: nonne omnes hi Imperatores militis impetus gladii pertulerunt? Domitianus praeterea ſuorum coniuratione confoſſus eſt. Probus dum caſtra ſuper Tigridem haberet, coeleſti fulmine repente peremptus eſt. Sed qui uult plenius noſſe, ſeriatim Romanae antiquitatis percurrat hiſtorias, ibique liquido uidebit, quam pauci Reipublicae Principes communi morte defecerunt. Nam et Gordianus, et Philippus, Decius, Gallus, Voluſianus, Gallienus, Quintillus, Aurelianus, Numerianus, Licinius, Conſtans, Conſtantinus iunior, Iulianus, Valens, Gratianus, Valentinianus iunior, Ioannes, Valentinianus Terſius, Maiorianus, Anathemius, Nepos, omnes iſti Romani Imperii rectores, nonne initio ſeditioſa ſuorum ſunt fraude necati, uel in procinctu hoſtilibus perierunt gladiis interempti.

Sed et quibusdam quid profuit, quod eorum in hoc ſaeculo prolixius durauerit annoſa uita? Nam ut infinita praeteream, Valerianus Imperator in Meſopotomiam cum Sapore Rege praelium commiſit, et perdidit, quem ille protinus captum irreuocabilis cuſtodiae uinculis mancipauit, qui nimirum ignobili (ſicut tradit hiſtoria) apud Parthos ſeruitute conſenuit, et quoad uixit, huic probroſae addictus eſt poenae, ut eiusdem prouinciae Rex, incuruato eo pedem ceruicibus eius imprimeret, et ſic in equum arrogantia tumidus aſſiliret. Quis eſt enim cui ſe fortuna non transferat, et modo de aduerſis ad proſpera, modo de proſperis in aduerſa ſcenica ſe uarietate conuertat? Quanta plane gloria, quantus ſuorum fauor arriſit Hannibali, cum apud Cannas Paulum Aemilium cum tot Romanorum militum agminibus ſtrauit, cum denique tres annulorum aureorum modios, quos equitum Romanorum, Senatorum, et militum manibus detraxerat, Carthaginem deſtinauit? plurimas etiam Italiae ſibi ciuitates ſubdidit, adeo ut iam Romani ciues Italiam relinquere decreuiſſent, et ſtatum labentis Imperii funditus deſperarent. Sed quam in contrarium ſucceſſus iſte conuerſus eſt, cum

Mago

Mago frater eius a Scipione caput Carthaginem Hiſpaniae capitur, §. CXXIII.
Aſdrubalis alterius fratris apud mucrone reſectum ante ipſius Hannibalis caſtra proiicitur? ipſeque deinceps poſt ineuaſibile fugae periculum, ut ueneno ſe perimat, imminente neceſſitate compellitur? Quam et in contrarium uerſa eſt illius eximii fortuna Pompeii, qui poſt tot triumphos, claraſque uictorias, quas diuerſo terrarum orbe confecit, poſtquam uiginti duos Reges in ſolo Orientali climate ſuperauit, uilis Achillae gladio detruncatus occubuit? Caeſar etiam, quem uictoriae cupidum totus occiduus orbis ſatiare non potuit, cui uelut quidam contradictione obex (ut ita loquar) importunus et arrogans Oceanus obſiſtebant, cuius ora flammantia innumerabilium ſtrages gentium non complebat, Senatorios intra curiam pertulit gladios, a quibus utique uiginti duabus plagis confoſſus interiit.

Nunquid et mulieres ab huius mundanae deceptionis rotali uertigine reperiuntur immunes? Cleopatra nempe magnifice toti dominabatur Aegypto, quod uidelicet regnum centum millia uillarum includere perhibetur. Huc acceſſit, quod Antonius, qui Orienti ſimul imperabat et Aſiae, Octauiani Auguſti ſororem repudio ſpreuit, et hanc ſibi infauſtis auſpiciis in matrimonium copulauit. Verum ad quem finem tam glorioſi, tamque magnifici coniuges peruenerunt? Antonius ſiquidem ab Auguſto apud Actium nauali proelio ſuperatus in Aegyptum fugit, ibique deſperatis rebus, ipſe ſibi propria deliberatione mortem conſciuit. Sed et Cleopatra poſtmodum non diſſimili neceſſitate coacta in pretioſi uiri ſui ſepulchrum ſe ſponte proiecit, aſpidemque propriis uberibus adhibens, dum et ille ſanguinem ſugeret, et haec in ſe uenena contraheret, expirauit. Semiramis etiam poſt obitum uiri ſui quot ſtrages dederit, quod ſibi regna ſubdiderit, quo demum fine deceſſerit, liquido ueterum teſtantur annales.

Cum ergo fallax huius mundi felicitas tot calamitatibus ſit obnoxia, cum potentia temporalis tot caſibus uarianda ſubiacet, et rerum ordo ſe ſe ut ſcenicae uertiginis alternitate confundat: quis ſanae mentis a rebus tam friuolis, tamque fugacibus animum non auertat? Nam ut et ipſa quae tibi ſunt notiſſima, non praeteream, cum quanta gloria Papa Victor, et uir tuus Imperator Henricus, uterque uir ſanctae memoriae tum erant et aetate uirentes et dignitate

Recentioribus monet exemplis.

§. CXXIII. tate florentes, cum luna ſereniſſimo terram fulgore perfundens eclipſim paſſa repente contabuit, et rutili ſplendoris ſpeculum non dicam pallore, ſed obſcuritate mutauit? quod profecto ſicut in proximo patuit, nil aliud quam uicinum utriusque Principis interitum praeſignauit. Nam eodem anno uterque defunctus eſt. Quod autem poſtea ante hoc ferme biennium luna in ſanguinem uerſa eſt (quia ſanguis peccata ſignificat: Libera me, *inquit*, Dauid, de ſanguinibus Deus) in quantum mihi uidetur, nil aliud niſi ſanctam ſignificauit Eccleſiam, Cadaloici ſceleris ſanguine cruentandam. Cadalous enim millies anathematizatus, dum pro uenaliter acquirenda Romana Eccleſia infinitas per populos pecunias ſpargit: corda hominum per auaritiam in aeris ſpeciem, uelut in ſanguinem uertit. Sicque dum peſtilentes homines metalli huius non deſinunt habedinem, ſplendor Eccleſiae quodammodo uertitur in cruorem. Cor enim quod cupit, eius ante Dei oculos ſpeciem induit. Sed haec alias.

Vt igitur ad id, unde digreſſus ſum, redeam: omnes homines ſiue potentes, ſiue ſint inopes, eandem ſortiuntur originem, nec diſſimilem habituri ſunt finem. Inter hos autem eſt quaedam uitae diuerſitas; ut alii ſe glorientur eſſe ſpectabiles, alii ſe doleant indigentes: ſed haec humanae uitae uarietas momentanea breuitate concluditur, et ut alii elati quique diutius de ſua proſperitate non gaudeant, et in gloriae ſuae deiectionis incommodum feſtinanter euadant. Quod eſt ergo principium noſtrum et qui finis, quae (ſicuti dictum eſt) uariare non poſſumus; ſed omnes in commune mortales haec indifferenter poſſidemus (Sed audi ſapientem uirum in libro Sapientiae perhibentem: Sum, *inquit*, et ego mortalis homo, ſimilis omnibus, et ex genere terreno illius qui prior factus eſt, et in uentre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, et delectamento ſomni conuenientis, et ego natus accepi communem uocem, et inſimiliter factam decidi terram, et primam uocem ſimilem omnibus emiſi plorans, et in uolumentis nutritus ſum, et curis magnis; nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vbi et protinus additur: Vnus ergo introitus eſt omnibus ad uitam, et ſimilis exitus. Si ergo unus qui dicitur introitus ad uitam, et exitus ſimilis diligenter attenditur, uarietas illa, quae uerſatur in medio, tanquam

Ex humana miſeria ad mundi contemptum eam roborat.

Digitized by Google

quam uolax fugacis ſomnii uanitas contemnatur. Hoc etiam, quod praemiſſum eſt: Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis et delactamento ſomni conuenientis, ſi non pigeat, uigilanter aduerte. Quae mens haec audiens typho ſuperbiae ualeat ſuperbire? Et quis continuo non compellatur ſe ſe noſſe putredinem, dum tamen obſeruans ortus ſui conſiderat foeditatem? dicens intra ſe: Quid ſuperbis terra et cinis? quod etiam poſt exitum futurum eſt, primo uermis deinde puluis. Erubeſcat ergo cordis elata ſuperbia, et qui ſe conſiderat inter ortum et exitum communi cum caeteris naturae lege conſtringi: deſinat de ſublimiori gloriae ſingularitate iactari. § CXXIII.

Tu autem, uenerabilis domina, quae de coeno terrenae ſuperbiae ad ſublimae uerae humanitatis faſtigium conſcendiſti: ita conſtanter in eius arce perſiſte, ſic in ea, quam per ſpem ſemel ingreſſa es, terra uiuentium perſeuerantiae pedem immobiliter fige, ut in ſaecularis uiae lubricum non libeat ulterius declinare. Nam quae dudum terreni fuerat uxor Imperatoris, nunc per ſanctae profeſſionis dotem ſponſa facta es Redemptoris. Sic igitur ei te in uera cordis humilitate ſuppone, ſic illi glutino feruidae charitatis unire, ut cum myſtica illa ſponſa congruenti ualeas uoce cantare: Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Et illud: Dilectus meus intra ubera mea commorabitur; ut quoniam cor hominis inter ubera ſitum latitat, continuus ſponſi tui amor a uiſceribus cordis tui non recedat. Et cui nunc ſancta anima tua in amore coniungitur, nequaquam de caetero a dulcedinis eius amplexibus auellatur, quatenus illud in te Eſaiae uaticinium ſolenniter impleatur: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, et gaudebit ſuper te Deus tuus. Ad perſeuerantiam exhortando perorat.

Ad an. 1063.

Hoc eodem anno, Synodo abſoluta, recedentibus ab Vrbe Rainaldo Comano Epiſcopo, nec non Petro Damiani, quem patrem ſpiritualem elegerat ſibi Agnes Auguſta, ſimulque chariſſima Hermiſinda Comitiſſa cognata eius ad propria remeante: cum eiusmodi deſtituta ſolatiis ipſa aliquid humani pateretur, Petrus Damiani eam literis eſt conſolatus, quas acceptas ex Caſſinenſi bibliotheca hic tibi reddimus, atque in lucem edimus. Sic ſe habent: 1. Agnes deſtituta a ſuis affligitur.

Dominae

§. CXXIII. Dominae ſuae Imperatrici Agneti Petrus peccator monachus ſeruitutem.

Petrus Dam. conſolatur moerentem Auguſtam.

Arbitror uenerabilis domina, quod ex quo domnus Rainaldus Comanae ſedis Epiſcopus, et ſancta mulier Hermiſinda relicta quondam germani tui, ego quoque ſeruus tuus ad propria quique receſſimus, mens tua nunc fluctuat, et uelut omnium deſtituta ſolatio, ſola ſe remanſiſſe deplorat. Grauat forte longioris cenſura ſilentii, et taedium eſt ſuorum deeſſe praeſentiam, quos ſaepe refugiens dum adeſſent, remotioris anguli latibulum expetebas. Toleramus enim ſaepe quod gratis offertur: perfruimur quod difficilius obtinemus, paruipendimus quod abundat, et quod deeſſe conſpicimus, inhianter optamus. Verum pia mens tua, quae diuini amoris igne ſuccendi uotis omnibus aeſtuat, nequaquam humanae ſocietatis abſentia contabeſcat, immo quanto ſibi terrena ſolatia deeſſe conſiderat, tanto magis de propinquo ſancti Spiritus paracliti praeſentia confidat.

Vnde Saluator cum iturum ad patrem ſe poſt reſurrectionis gloriam declararet, et ex hoc diſcipulorum animos non mediocriter perturbandos eſſe conſpiceret: praeſto ſubiunxit: Quia haec locutus ſum uobis, triſtitia impleuit cor ueſtrum. Sed ego ueritatem dico uobis: Expedit uobis ut ego uadam. Niſi enim abiero Paraclitus non ueniet ad uos; ſi autem abiero, mittam eum ad uos. Si ergo illuminator mentium Spiritus Apoſtolicis illabi pectoribus plena diffuſione non poterat, niſi Veritas ipſa, qua eis illum miſſurus erat, corporalem ſui praeſentiam ab eorum ſubtraxiſſet obtutibus: quanto magis neceſſe eſt, ut purus homo ab hominum ſe frequentia ſubtrahat, quatenus ſuperni numinis capax fiat? ſicque mens humana dum uacat ab aſpectibus hominum, ſancti Spiritus mereatur ingreſſum? Eorum ergo qui tecum conuerſabantur abſentiam, nolit deputare iacturam; immo ſalutis occaſio; perfectionis lucrum, et perfectum noſtri meriti deputetur argumentum: quia dum ſtrepitus humani ceſſat alloquii, conſtruitur in te per ſilentium templum Spiritus ſancti.

Hinc eſt quod de Iſraelitici templi conſtructione ſacra teſtatur hiſtoria, quia malleus et ſecuris, et omne ferramentum non ſunt audita in domo Domini cum aedificaretur; templum quippe Dei per ſilentium creſcit, quia cum mens humana per exteriora ſe uerba

non

non fundit: in ſublime faſtigium ſpiritualis aedificii ſecreta conſurgit; tantoque ſuccreſcens in altiora ſuſtollitur, quando per ſilentii cuſtodiam circumcluſa ſe ſe extrinſecus fundere prohibetur. Cuſtos enim iuſtitiae ſilentium; et per Ieremiam dicitur: Bonum eſt praeſtolari cum ſilentio ſalatura Domini: bonum eſt uiro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius et tacebit, quia leuabit ſe ſupra ſe. Solitarius plane dum tacet, ſe eleuat ſupra ſe, quia mens humana dum intra ſilentii clauſtra undique circumcluditur: in ſuperiora ſublimis erigitur, ad Deum per coeleſte deſiderium rapitur, et in amorem eius per ardorem ſpiritus ſancti inflammatur. Et tanquam fons uiuus dum per uerborum riuulos effluere non ſinitur hinc inde; undis excreſcentibus ad altiora cumulatur. Templum ergo tui pectoris nunc per ſilentium creſcat, uirtutum ſpiritualia tanquam coeleſtium lapidum in te ſtructura conſurgat, ubi ſupernus ille Sponſus, quem totis uiſceribus diligis, uelut in thalamo tuo delectabiliter requieſcat. Memento itaque quod Apoſtolus ait: Quia fundamentum nemo poteſt ponere aliud praeter id quod poſitum eſt, Chriſtus IEſus. Si quis poſuerit ſuper hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretioſos, lignum, foenum, ſtipulas; qualecunque fuerit, ignis probabit. §. CXXIII.

Quid enim per aurum, argentum, lapides pretioſos, niſi robur et ornamenta uirtutum? quid per ligna, foenum et ſtipulas, niſi fragilitas innuitur? Attende ergo ut aedificium quod in te fit, non ex fragili ſit materia, quae flammis eſſe poſſit obnoxia, quae uentis ſit impellentibus ruitura. Lignum plane foenum et ſtipulas facile poteſt uorax flamma conſumere; aurum uero uel argentum ſiue lapides pretioſi neſciunt incendio ſubiacere. Et uere per eundem Apoſtolum dicitur: Sumentes ſcutum Fidei, in quo poſitis omnia tela nequiſſima ignea extinguere. Ignis ergo, quem clandeſtinus hoſtis immittit, inueniat in te pretioſa metalla uirtutum, non ſtipulas fomites uitiorum, ut furentibus flammis, quas callidus inſidiator exufflat, non materia putris et fragilis eneruiter cedat, ſed impenetrabilis ac robuſtae ſoliditatis uigore obſiſtat, ut illa uirtus Altiſſimi, qui uirginalis uteri uiſceribus obumbrauit, mentem quoque tuam in perpetuo uernantis pudicitiae uirore cuſtodiat, eamque (quod abſit) aduri ſpiritalis nequitiae uaporibus non permittat.

§. CXXIII. Conſolare igitur, uenerabilis domina, et a corde tuo omne taedium noxii in moeroris expelle: Chriſtus ſit confabulator tuus, Chriſtus tibi contubernalis ſit et conuiua: imo Chriſtus ipſe tuae ſint delitiae, ipſe quotidianae refectionis epulum, ipſe tibi ſit intimae dulcedinis alimentum. Cum illo ſimul lege, cum illo iugiter pſalle, cum illo denique te in pauimento oratura proſterne, cum illo te erige, cum illo te dormituram lectulus capiat, cum eodem ſopor inueniat, eius te pudicus atque uirgineus amplexus aſtringat, ut in te quoque ueraciter impleatur, quod per Iſaiam dicitur: Gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, et gaudebit ſuper te Deus tuus; et tu ſpecialis dicere ualeas, quod generalis Sponſa dicit in Canticis: Dilectus meus inter ubera mea commorabitur. Conſtat enim quod inter ubera pectoris cor hominis ſitum eſt. Dilectus ergo inter ſponſae ubera commoratur, cum a fideli qualibet anima Chriſtus toto corde diligitur. Huic ergo Sponſo dicit anima ſancta tua: Ecce tu pulcher es dilecte mi, et decorus, et lectulus noſter floridus. Ipſe enim ſpecioſus forma prae filiis hominum.

Et quia propter eius amorem regales infulas contempſiſti, Imperiale faſtigium deſpexiſti: ipſe corona, ipſe tibi ſit inſuper purpura, ipſe totius gloriae praeparet beata ornamenta, ut merito debeas cum Propheta cantare: Induit me Dominus ueſtimento ſalutis, et indumento laetitiae circumdedit me, quaſi ſponſus decoratus corona, et quaſi ſponſa ornata monilibus ſuis. Hic in te ſocietatis humanae conſoletur abſentiam, hic tibi, uel pro omnium uiſitatione et allocutione ſufficiat. Hic uelut alter, ſed longe praeſtantior Helcana ueraciter dicat non iam Annae, ſed Agnae: Cur fles, et quare non comedis, et quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior ſum, quam decem filii? Et quoniam Helcana Dei Zelus dicitur: Zelus Dei, dilectio Redemptoris animum tuum in omni moerore et anguſtia in Deo conſoletur, ut in eum te in omni quam pateris aduerſitate proiicias, ſub eius umbraculum ab humanae perſecutionis ardore confugias, ut in eius amplexibus ſecura ſuauiter quieſcas: quatenus ipſe uel ſe ipſum quietis intimae praebeat portum, qui pro te dignatus eſt in mundanis fluctibus inundantium procellarum perferre naufragium. *Haec Petrus.*

Qui cum audiſſet ex eo etiam ipſius Agnetis Auguſtae augeri moerorem, quod cenſu ſubtracto, reddita pauperior eſſet, et quod uilis habita iam

iam nullius aeſtimationis penes ſuos ſe eſſe cognoſceret: his occurrens ſa- §. CXXIII.
pientiſſimus catechiſta Petrus, uerbo Dei eam ſtuduit ſubleuare, iſtam ſubiungens epiſtolam:

Dominae ſuae Imperatrici Agneti Petrus peccator monachus quidquid ſeruus.

Agnetem Aug. paupertate laborantem conſolatur Petrus Dam.

Quoniam a ſancta praeſentia ueſtra remotus ſum, et hoc tempore uobiſcum eſſe non poſſum, ſatis doleo, et quotidiana lamentatione ſuſpiro. Interim tamen antequam ad uos redeam, hortor ſanctam patientiam ueſtram, ut ei graue non ſit aſpera quaeque ac dura perferre, et pro amore coeleſtis Sponſi ſolitudinem, uel etiam neceſſarii ſumptus inopiam ſuſtinere. Cum enim Chriſtus pro te pertulerit crucem: quid mirum ſi tu ſuſtineas pro illius amore pauper eſſe? ſi ille, cui Virtutes et Dominationes famulantur in coelo, ſputa, flagella, opprobria, colaphos, et alapas patiebatur in mundo: quid magnum, ſi tu, quae terra es, Imperialis gloriae uanam proiicias pompam, et non mundi Reginam, ſed, quod longe glorioſius eſt, te praebeas aeterni Regis ancillam? recordare quod dicit Apoſtolus: Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperium eius portantes: non enim habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Felix nimirum tale commercium, ubi datur lutum, tollitur aurum, pro tenebris lucem, pro terrenis honoribus coeleſtis gloriae comparamus dignitatem. Sicut enim per Prophetam dicitur: Omnis caro foenum, et omnis gloria eius tanquam flos foeni. Aruit foenum, et flos eius cecidit; qui autem ſeruat uerbum Domini, manet in aeternum.

Porro autem qui hodie induitur purpura, cras includitur ſepultura: hodie quis hominibus dominatur, cras autem uermis factus, et putredo corrumpitur: hodie regalibus inſulis redimitur, cras uilibus panniculis exanime cadauer obuoluitur: hodie ſplendet coronatus in regalis excellentiae ſolio, cras foetet marcidus in ſepulchro. Has igitur et huiusmodi, domina mi, ſubtiliter penſa, et huius uitae labores cum IESV aequanimiter tolera. Cum ipſe qui iudicatus eſt, iudicaturus aduenerit; tu uelut una de ſapientibus uirginibus, ornatis lampadibus ei decenter occurras, et pro temporali purpura ſtolam immortalitatis accipias, ac pro corona, quae terre-

§. CXXIII. no fuerat fabricata metallo, illud diadema ſuſcipias, quod in coelo factum eſt de lapide pretioſo.

Hucusque ad Agnetem Auguſtam Petrus.

Ad a. 1065.

Quod ad Agnetem Auguſtam pertinet, permanſiſſe in Germania adhuc anno ſequenti, ex his, quae de ipſa idem auctor inferius narrat, poſſumus affirmare, ubi ait, anno Redemptoris milleſimo ſeptuageſimo ſecundo in Germaniam rediiſſe, cum poſt ſex annos, et amplius ex Germania diſceſſiſſet. Tam longam moram Petrus Damiani eius in uita monaſtica catechiſta aegerrime ferens, timens ſexus lubricitati, has ad eam literas dedit, quas ex codice Caſſinenſi hic tibi deſcribimus:

Dominae ſuae Agneti Imperatrici Petrus peccator monachus ſeruitutem.

9. Agneti Aug. epiſtola Petri Dam. Vix referre ſufficit, quanto cor meum moerore confunditur, dum reditus ueſtri laetitiam ſuſpenſis quotidie uiſceribus praeſtolatur. Heu me cur itineri ueſtro uecors et ſtolidus aſſenſum praebui? Immo cur ingredienti me ipſum non uiolenter oppoſui? Cur non equorum fraena corripui, et curſum ueſtrum uelocibus manibus, in quantum licuerat, non tardaui? In ueſtri plane receſſus abſentia moeret Roma, beati Petri luget eccleſia, et tota per ſanctos uiros et mulieres lamentatur Italia. Tu ſiquidem uelut aureum ſidus terrena quaerentium uidebaris illuſtrare caliginem atque ad Deum prouocans, micantis exempli refundebas te ſequentibus claritatem. Et (ut multa praeteream) ego quoque donec tu procul abes, ſuſpiro, Romana reſpicere, moenia perhorreſco. Reuertere ergo domina mi, reuertere, ſed lugentibus feſtiuam reduc laetitiam, qui rutilantem coeli gemmam de capite mundi Roma quodammodo ploramus auulſam. Ingerat tibi nauſeam aula regalis Imperii, ſola tuis naribus ſagena redoleat piſcatoris. Illic cum Petronilla ſimul habere te libeat ſepulturam, ut inſignis ille pater geminas iuxta ſe carnis uidelicet ac ſpiritus gaudeat requieſcere filias. *Hucusque Petrus. At plane et in his tanto patri obediſſe Agnetem Auguſtam conſtat, ut redire Romam, et tandem ſepeliri uoluerit apud ſanctam Petronillam, quod ſuo loco pluribus dicturi ſumus.*

Ad

Ad a. 1073. § CXXIIII.

Tempus hoc illud eſſe cognoſcitur, quo eadem Agnes Imperatrix per ſex menſes (ut Leo Oſtienſis teſtatur) Caſſini eſt commorata. De ipſa enim iſta habet his uerbis: *Nec Imperatricis* Agnetis religioſam deuotionem ſilere conuenit, quae uelut altera Regina Sabana, Salomonis alterius et alterius templi magno uiſendi deſiderio ducta, ex ultimis huc Germaniae finibus aduenit, et ſex ferme hic menſes remorata, multo maiora ſe quam fama perceperat, uidiſſe gaudebat, aſſerens merito et locum et patrem ac Fratres omnibus, qui per totum orbem eſſent, religioſis uiris praeferendos. Obtulit autem beato Benedicto dona magnifica regia, id eſt, planetam diaſphoram, undique auro contextam, Albam quoque a ſcapulis et capite et manibus phrygio decenter ornatam, amictumque ſimilis operis, purpurea Pluuialia duo pretioſis aureis liſtis ornata, pannum cliadorinum cum phrygio et auro ante faciem maioris altaris, pallium etiam magnum cum elepharis, quod dorſale cognominant, Euangelium cum tabula fuſili argentea opere anaglypho et pulcherrime deaurato. Duo item candelabra argentea librarum duodecim. *Haec Leo.*

4. Agnes Aug. Caſſini degit.

§. CXXIIII.

Bertha, Ottonis, Marchionis Italorum, filia Henricum IIII coniugem ſibi aliquamdiu ita infeſtum cognoſcebat, ut is, teſte LAMBERT. Schaffnab. ad a. 1069 ſtatueret, communicato cum ea ſolum regni nomine, ſic eam habere, quaſi non haberet. De regis diuortio in Synodo Moguntiae congregata agebatur; ſed Pontifex Rom. per legatum ſuum Petrum Damianum Regem a conſiliis ſuis dehortabatur. conf. ill. MASCOVII commentar. de rebus imperii ſub Henrico IIII libr. I §. 10. Nihilo minus tamen poſtea in gratiam cum ea rediiſſe uidebatur, ſiquidem e Bertha liberos tolleret, eamque Romae coronari pateretur. Huius Auguſtae proſapiam et res geſtas luculentius explicant GVNDLINGIANA P. XXX p. 401. Ad rem diplomaticam ſpectant codicilli, quibus Henricus conſorali eandem, quam Henricus III Agneti, dotem roborauit in ZYLLES. c. l. p. 43 n. 27:

Berthae reginae dos conſtituitur.

§. CXXIIII. In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Henricus diuinae pietatis adiuuante clementia Rex. Si locis diuino cultui mancipatis, et inibi Deo famulantibus digne conſulimus, multo magis in illi loco ſacratiſſimo aliqua pietatis opera impendimus, per quem, et a quo Regni noſtri ſtatum ſemper confirmabimus, et coniugem noſtram legitimo iure noſtrae Regalitati in Regnum aſſociare, dotare et ſublimare debemus. Proinde cunctis fidelibus noſtris, tam praeſentibus ſcilicet, quam futuris notum eſſe uolumus, qualiter nos de noſtri ſtatu regni tractantes Berhdam contectalem noſtram in Chriſto nobis dilectiſſimam a cunctis regni noſtri Principibus electam, regalibus nuptiis in Villa Triburia noſtrae regalitati copulauimus, et ſecundum morem et inſtitutionem piiſſimi Genitoris noſtri, Auique noſtri, Henrici uidelicet atque Chuonradi inuictiſſimorum Imperatorum, aliorumque praedeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum, Henrici, nec non trium Ottonum, Arnolphi, Magni Karoli, Pippini, Dagoberti, Conſtantini et omnium Regum et Imperatorum a tempore praefati Conſtantini et Helenae matris illius ſanctiſſimae usque ad nos, cum Abbatia ſancti Maximini, qui in ſuburbio Treuirorum corporaliter quieſcit, cum omnibus rebus et Eccleſiis ac poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis iuſte et legaliter pertinentibus praenominatam Coniugem noſtram Bertham ſcilicet Reginam legitimo iure in regnum nobis aſſociauimus, dotauimus ac perpetuo iure firmamus, ut ſicuti reuera primitus per Beatum Petrum Apoſtolum, et diſcipulos illius ſanctiſſimos Eucharium, Valerium et Maternum, et poſtea per beatum Agritium, Maximinum atque Paulinum in Treuirenſi Epiſcopio, et inde per totam Galliam Catholicae fidei et Chriſtianae deuotionis cepit pullulare et initiare ſacramentum: ita et praefatam Abbatiam Sancti Maximini omnes Reges et Imperatores ac Coniuges illorum regiae dignitatis et propagandae ſobolis percipiant fundamentum. Volumus etiam atque huius noſtrae Regalitatis edicto praecipimus atque firmamus, ut eadem Abbatia nulli Eccleſiae uel ſedi ſiue perſonae quoquo pacto unquam famula aut appendix ſubiaceat, ſed, ſicut ſub praedeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque Mundiburdio et defenſione, aliorumque ſucceſſorum noſtrorum tuitione libera ſemper permaneat. Addentes uidelicet, et per hoc noſtrae Regiae authoritatis priuilegium firmiſſime decernentes, ut Theodericus eiusdem loci Abbas,

Abbas, ſuique ſucceſſores praenominatae contectali noſtrae Berh- §.CXXIII
dae, ſcilicet in Chriſto nobis cariſſimae, aliiſque poſt illum Reginis et Imperatricibus in regia curia ſemper ſeruiant et obſequantur. Et quia ſub Heinrico, piae memoriae Auguſto, ante Auum noſtrum Cuonradum proximo ea bona illis ablata ſunt, unde ad militiam ire uel noſtrae regalitati ſeruire, aut unde ſe, ſuosque prius uictitare uidebantur, uolumus atque conſtituimus, ut quotiescunque ad regalem curiam uenerint, ſiue uocati fuerint, de regia menſa paſcantur, et inter curiales et domeſticos, atque Capellanos Regis et Reginae non infimi ſemper habeantur, ſicut reuera miniſtros et procuratores illius Eccleſiae decet, de qua et per quam Reges, et Imperatores, et Coniuges illorum legitimo iure in regnum et Imperium ſemper dotari et confirmari uidebuntur. Conſtituimus praeterea, et ad praebendam fratrum inibi Deo famulantium ſpecialiter delegamus, quidquid per priuilegia Heinrici Genitoris noſtri atque Cuonradi Aui noſtri, aliorumque praedeceſſorum noſtrorum Regum et Imperatorum, a Conſtantino uidelicet et Helena matre eius usque ad nos, ad peculiaritatem illorum pertinere cognouimus, id eſt, has Eccleſias, Gozoluesheim, Albucho, Weildeſtein, Wienheim, Huſun, Diedenhouun, Winuddun, et inſuper omnes ſancti Maximini Eccleſias cum Decimis, cuicunque Curtes beneficiatae ſint, nec non omnes ſalicae terrae decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum conſtituimus, uel quidquid in his locis habere uidentur hactenus, hoc eſt, Suaueheim, Euernesheim, Mannendal, Narheim, Apula, Sceringesfelt, Bukinheim, Heſinesheim, Siemera, Gunthereshuſun, Ruosbach, Holtzhuſun, Sueppenhuſun, Riuenacho, Louuin, Okeisheim, Lieznich, Fracturis, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Frainkingun, Mietriche, Decima et Vallis cum ſuis pertinentiis, Markideth, Daleheim, Murmirdinga, Druhildinga, Liſche, Scittlinga, Mambro, Linniche, Mierſche, Euerlinga, Fula, Aſtillabrunna, et quod in pago Bleſenſe, ſiue Salanenſe, aut Sallingouue, uel iuxta Metenſem Vrbem in uilla Willere, aut in ipſa Ciuitate in uineis aut areolis habere uidentur Curtem etiam quandam uocabulo Prichina ultra Rhenum fluuium ſitam, quam genitor noſter Heinricus piae memoriae Imperator Auguſtus per praefatum Theodoricum Abbatem cuidam Anshelmo miniſtro ſuo beneficiari praecepit, ſed poſtea poenitentia ductus, et beati Leonis Papae atque

§. CXXV. atque Agnetis Genetricis noſtrae piiſſimae interuentu commonitus, eidem loci fratribus reddidit atque firmauit, ita et nos illius exemplum ſectantes, eandem curtem cum omnibus rebus ad eam iuſte et legaliter pertinentibus ſancto Maximino et Fratribus ſibi ſeruientibus ab iſta die et deinceps per interuentum Berhtae contectalis noſtrae dilectiſſimae reddimus atque firmamus, et ut ſagimen et femoralia, mantelas et menſalia inde habeant, et hoſpites ac pauperes inde ſuſcipiant, ſtatuimus atque iubemus, et ut nullus ſucceſſorum noſtrorum Regum uel Imperatorum, neque Abbas aliquid de praedictis Curtibus uel Eccleſiis praeter haereditaria ſeruientium beneficia cuiquam praeſtare praeſumat, firmiſſime interdicimus. Harum omnium rerum teſtem cartam hanc inde conſcribi, et ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Signum Domini Henrici Quarti Regis.

Sigehardus Cancellarius ad Vicem Sigefridi Archicancellarii recognoui.

Data III Idus Iulii Anno Dominicae Incarnationis MLXVI. Indictione IV. Anno ordinationis Domini Henrici IV Regis XII Regni uero X.

Actum in Triburia in Dei nomine Amen.

§. CXXV.

Bertha, chartarum adiutrix.

Bertham ſaepius regni conſortem appellauit maritus, nec interuentum ipſius neglexit. Teſtemur chartas:

HVND. Metr. Salisb. I pag. 103: *ob petitionem et interuentum Perthae reginae regnique throni noſtri conſortis dilectiſſimae* etc.

PEZ Theſ. Anecd. VI, I p. 252 et 253: *ob interuentum ac petitionem Berthae reginae, regni thorique noſtri conſortis dilectiſſimae.*

VGHELL. Ital. ſac. T. V p. 516: *interuentu quoque dilectae noſtrae regni thorique noſtri conſortis Bertae reginae* etc.

IBID. T. V, p. 516: *interuentu quoque dilectae noſtrae, regni tronique noſtri conſortis Bertae reginae* etc. IBID. p. 770: *Interuentu ac petitione dilectae noſtrae Bertae Imperatricis.*

CALMET. hiſt. de Lorr. p. 458: *interuentu noſtrae dilectiſſimae ſponſae Bertae* etc.

SCHA-

Digitized by Google

SCHATEN. Annal. Paderb. P. I, pag. 568: *interuentu conte-* §.CXXVI.
ctalis noſtrae Berchtae. IBID. p. 570: *ob interuentum dilectae noſtrae contectalis Berthae.*

HEDA de Epiſc. Vltrai. p. 137: *Submonentibus ac rogantibus Bertha et regni et thori ſocia.*

TOLNER. COD. DIPLOM. PALAT. p. 35: *pro amore Dei et remedio animae noſtrae - - - - et coniugis noſtrae Berthae Imperatricis.*

TSCHVDII Chron. Heluet. ad a. 1067: *interuentu Berthae reginae coniugis noſtrae* etc.

HERRG. Vol. II p. 124 a. 1071: *interueniente noſtra dilecta Bertha regina.* IBID. p. 126 a. 1073: *Ego igitur Heinricus quartus Dei gratia rex, adſtipulatione praeſentium regni principum - - - - ſuper omnia autem annitente Bertha et regni et tori participe* etc. IBID. p. 127 a. 1080 p. 128, a. 1081.

MEICHELBECK T. I Hiſtor. Friſing. p. 261: *ob petitionem et interuentum Berthae reginae, regni thorique noſtri conſortis dilectiſſimae* etc.

LVDEWIG ſcript. rer. Bamb. p. 875: *ob interuentum Berthae regni et thori ſociae.*

HEINECC. Antiquit. Goslar. p. 82: *quo pacto nos ſubmonentibus et conſilium dantibus fidelibus noſtris, tum Bertha, thori regnique noſtri conſorte* etc.

Bertha defuncta, Henricus Adelheidin duxit in matrimonium, uiduam Henrici, Marchionis de Stadhe, filiam Demetrii, Ruſſorum regis. Haec Auguſta Coloniae a. 1089 ſolenni ritu marito iungebatur, ibique ab Archiepiſcopo Magdeburgenſi, permittente Hermanno Colonienſi, coronabatur; ſed poſtea multis iniuriis laceſſita maritum deſerebat. **8. Adelheidis, altera Henrici uxor.**

§. CXXVI.

Mathildis, Henrici Regis Anglorum filia iam quinquennis Henrico V deſponſata, multis laudibus conſpicua, uocabatur *die gute Methilt*, teſte CHRON. MAGDEB. Epkonis de Repkau. ap. MENCKE S. R. G. T. III p. 355: *Vnd dis was der loſe Keiſser Heynrich, der uff ſinen Vatir alſo loſe vil vrlogitte unde ſin wip alſo vil vorſuchte und ſie waz geheiſen die gute Methilt.* Ipſa tabulam edidit, quam accipe ex HEDA de Epiſcopis Vltraiectinis p. 153. **Mathildis laudatur.**

 In

§.CXXVII. Tradit S. Martino Traiect. proprietatem aliquam Richterke dictam.

In nomine S. et Ind. Trinit. Mathildis Dei gratia Romanorum Regina etc. Quae Eccleſiis et Deo famulantibus conferuntur, conferentibus ad aeternam retributionem proficiunt. Hoc ego Mathildis conſiderans tradidi S. Martino in Traiecto, proprietatem, quae dicitur *Richterke*, cum omni utilitate et appenditiis, ſicut dominus meus Imp. et ego hereditaria poſſeſſione habuimus, pro remedio animae dilecti domini mei Imperatoris Henrici, cuius uiſcera ibidem ſepulta ſunt in tumulo quo et ataui eius Conradi Imp. inteſtina condita ſunt, ad perpetuam memoriam eorundem Impp. et meae peccatricis animae, ea conditione, ut perpetua obſeruantia haec inde exhibeantur iugiter die ac nocte, lumen cerae ad idem ſepulchrum in medio choro permaneat; Eccleſiis ſc. B. Petri, S. Iohannis et S. Mariae. Eleemoſina in anniuerſario dilecti domini noſtri Imp. conferatur ſecundum arbitrium Epiſcopi et Epiſcoporum Eccleſiae, et quicquid ſuperfuerit, habeant Canonici S. Martini 2 partes in eodem anniuerſario, et tertiam partem Canonici S. Bonifacii. Vt autem haec traditio noſtrae Auctoritatis rata permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria roborantes, ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus.

Signum domini Henrici V Imp. inuictiſſ. Philippus Cancellarius uice Adelberti Archicapellani recognoui.

Data VII Kal. Iunii Anno domini MCXXV. Indict. 3 anno Domini Henrici V, Regni quidem XXVI, Imperii uero XV.

Actum eſt ap. Wacheningen.

conf. §. XXXVI.

§. CXXVIII.

Mathildis iudiciis praeeſt,

Pro ea, qua pollebat, prudentia Mathildis mariti curas in adminiſtranda republica multum leuabat. Iudiciis praeerat, ferebat ſententiam, inueſtiebat poſſeſſionibus, bannum imponebat. Quae cuncta luculentius comprobant documenta VGHELLI Italia ſac. T. II pag. 287.

Iudicatum Mathildae Reginae pro Vghone, Praepoſito Regienſi.

Cum in Dei nomine in Roccha Carpineta in cauſa dominicata in iudicio reſideret D. Mathilda Dei gratia Romanorum Regina, aſtantibus cum ea Vubaldo iudice, et Aduocato, et Reinerio de Saſſo,

Saſſo, Altemano Capellano, Dono Odone Archipresbytero, Falche Marco Ariberto aduocato de Regio, et Albrigone, et Iulio Gualterii Balbi, et Milo de Quertiola, et reliquis pluribus, ibique in eorum praeſentia D. Vgo Praepoſitus S. Regienſis Eccleſiae conqueſtus eſt de filiis Vgonis de Rodilia, qui iniuſte, et ſine iudicio diſueſtierant Eccleſiam ſuam de terra de Prignano, quam Pater eorum Vgo refutauerat in manus domni Boniſenioris Regien. Epiſcopi coram Comitiſſa Mathilda, quando dedicabat Eccleſiam S. Andreae de Carpineto; et coepit dicere, id eſt Vgo Praepoſitus, nos altera uice iuimus ante uos, et mandaſtis filios Vgonis, ut uenirent, et hodie terminus eſt, et noluerunt uenire; precamur ueſtram celſitudinem, ut iuſtitiam nobis faciat. Tunc domina Regina per conſilium Vbaldi iudicis fecit eos iterum uocare uoce praeconis, et cum non apparuiſſent, inueſtiuit praefatum Praepoſitum de iam dicta poſſeſſione, et bandum poſuit, ſi qua perſona eum diueſtiret ſine regali iudicio, componeret poenam centum libras argenti medietatem camerae Imperatoris, et medietatem Eccleſiae S. Mariae. §. CXXVII

inueſtit poſſeſſione, bannum ponit.

Factum eſt hoc anno ab Incarn. D. N. I. C. 1117. XI die exeunte menſis Septembris, indict. 10.

Actum Carpinetae feliciter.

Ego Vbaldus Iudex interfui et ſſ.

Ego Odo Praepoſitus ſſ.

Ego Ioannes - - - - interfui et ſſ.

Ego Altemanus regius Capellanus interfui et ſſ.

Ego Althmarus Capellanus Imperatoris interfui et ſſ.

Ego Guido Notarius ſacri Palatii ſcriptor iuſſione Mathildae Reginae hanc notitiam conſcripſi.

IBID. pag. 364.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis, Patris, et Filii, et Spiritus ſancti.

Anno ab incarnatione Filii Dei 1118. tempore Henrici ſereniſſimi Imperatoris 4 menſis Nouembris, Indictione XII. apud Plebem S. Reparatae de Caſtrocoro. Ea, quae iuſte, rationabiliterque geſta eſſe uidentur, maxime quidem de rebus Eccleſiaſticis, ne forte obliuioni tradantur, memoriae commendare duximus. Quapropter

2. Partem quartam eccleſiae S. Reparatae a Petro Liuienſi electo uſurpatam reddi iubet.

§. CXXVIII. propter nos quidem Burebundus clericus, et capellanus clariſſimae dominae Reginae Mathildis in praeſentia electi Archiepiſcopi Rauenn. Eccleſiae Philippi, et Cancellarii Imperatoris, et Erbordi Siniſchalchi, et Comitis Caualcacomitis, et Tationis, et Martilingi, et Petri ducis, et Alberici, et aliorum illuſtrium uirorum, adiuuante Domino, iuſſu, et conſenſu dominae noſtrae Reginae Mathildis ſcripſimus, ut hoc equidem quod in praeſentia noſtra, et praedictorum actum eſt, nullatenus in poſterum obliuioni tradatur. Itaque dominus Vuitto monachus, et diaconus una per conſenſum, et iuſſionem D. Ioannis Abbatis S. Mariae de foris portam, et caeterorum confratrum acceſſit coram domina noſtra Mathilde Regina, et proclamauit ex eo, quod Petrus ille Liuienſis electus poſt biennium transactum partem quartam praemiſſae EccleſiaeS. Reparatae, quam ex conceſſione, et chartularia inſtitutione, ſeu corroboratione priorum Liuienſium Epiſcoporum diu Eccleſia S. Mariae de foris portam poſſederat, et obtinuerat, inuaſit, et fraudulenter ſubripuit. Tunc domina Mathildis Regina in conſpectu omnium praedictorum, et aliorum uirorum ſurrexit, et impoſuit bannum ſuper capita omnium, ut ſi quis deinceps ſiue uir, ſiue mulier praenominato monaſterio S. Mariae partem illam Eccleſiae S. Reparatae uſurpare uoluerit, et aliquo in tempore moleſtari, indignationem per controuerſiam praedicto Abbati, uel ſucceſſoribus ſuis generauerit, ſub poena regalium decretorum conſtituatur. Similiter autem, et ſub eadem poenae impoſitione praecepit, ut comes Bonifatius cum caeteris de caſtro Caro procurationem, et concordiam huiusmodi de praedicta cauſa S. Mariae haberent; nequaquam ulterius praefato monaſterio inde pateretur. Adhaec praecepit Ioanni, ut dominum Vuittonem de praelibata parte Eccleſiae inueſtiret, et omni modo in ſua uice praemiſſum monaſterium S. Mariae ex ea re corroboraret: quod factum eſt, et ut iuſſum eſt Ioanni Canis ſine mora perfecit.

banno impoſito.

§. CXXVIII.

Suadente Mathilda, diplomata conſcribuntur.

Ex his facile iudicabimus, Auguſtam noſtram etiam multorum diplomatum adiutricem fuiſſe; imo noſtra ſententia rerum teſtimoniis roborari poteſt:

MAR-

MARTEN. p. 685: *per interuentum dilectiſſimae coniugis noſtrae Mathildis reginae* etc. §. CXXVIIII.

ZYLLES. P. III, n. 30: *ob interuentum Mathildis reginae dilectiſſimae coniugis noſtrae* etc. IBID. c. l. n. 31.

VGHELL. Ital. ſacr. T. IV p. 599: *interuentu noſtrae dilectae contectalis Matildis reginae* etc.

CALMET in hiſt. Loth. p. 530: *ob interuentum Mathildis Reginae dilectiſſimae coniugis noſtrae.* IBID. p. 533.

TSCHVDII Chron. Heluet. ad An. 1110: *interuentu Mathildis reginae coniugis noſtrae* etc.

HERRG. Vol. II p. 131 a. 1110: *pro aeterna memoria patris coniugisque noſtrae Mathildae.* IBID. p. 140 a. 1125: *ſedula et deuota petitio Mathildis reginae dilectae noſtrae.*

MVRAT. Antiq. Ital. T. II p. 39: *qualiter nos ob interuentum dilectae conlateralis noſtrae Mathildis reginae et aliorum principum noſtrorum.*

GVDENI Cod. dipl. T. I, p. 63: *qualiter nos interuentu coniugis noſtrae Mathildis* etc.

§. CXXVIIII.

Vt conſtet, quanta reuerentia alii Mathildem proſecuti fuerint, loquatur apud MARTENE Tom. I theſaur. Anecdotor. p. 328 ſq. Hugonis Floriacenſis Monachi epiſtola nuncupatoria ad Mathildem imperatricem, in librum de geſtis modernorum regum Franciae. Hugonis Floriacenſis epiſtola ad Mathildem.

Incipit prologus in libro qui modernorum regum Francorum continet actus.

MATHILDI glorioſae imperatrici, HVGO indignus monachus Patris Benedicti Floriacenſis coenobii, temporali pariter et aeterna felicitate laetari. Praeſentem libellum uobis ideo, Domina mea, deflorare decreui, ut generis ueſtri ſublimitas poſteris innoteſcat, et alta auorum ueſtrorum nobilitas uenturis ſaeculis intimetur; quo etiam in libro modernorum regum Francorum actus uobis breuiter explanare curabo, eorum uidelicet qui poſt LVGDOVICVM imperatorem regnauerunt in Franciam, ad deliniendum animum ueſtrum. Quae nusquam hiſtoria ſeriatim digeſta, ſed hac illacque An. 1110. Ex MS. Trudonis.

 quibus-

§. CXXVIIII. quibusdam in Codicibus inſerta, et aliis tractatibus interfuſa tenetur: eo quod nemo usque modo eam curauit in unum corpus adgregatam congerere, et in unius libri formam redigere. In hoc praeterea prologo uobis ueſtrorum atauorum ſplendidam genealogiam recenſere curabo, et quae ſit ſtirpis ueſtrae generoſitas lucide neſcientibus declarabo. ROLLO igitur, de cuius ſanguine proceſſiſtis, Danorum dux inclytus extitit, qui CAROLI CALVI regis Francorum temporibus, poſt imperatoris LVGDOVICI deceſſum, per Sequanam intrauit in Galliam, et ingreſſus in eam, totam ſibi uindicauit Neuſtriam, quae nunc Normannia uocitatur. Rolloni uero ſucceſſit filius nomine GVILLELMVS, et Guillelmo RICHARDVS, princeps nobilis atque magnificus. Hic quoque RICHARDVS genuit alterum RICHARDVM uirum Deo carum atque ſanctiſſimum. Et iſte RICHARDVS genuit Robertum, et ROBERTVS Guillelmum Anglorum regem inclytum, qui memoratum regnum ſua ſibi ſubiugauit induſtria, quod nullus Romanorum imperatorum auſus eſt aggredi, praeter Claudium et Iulium Caeſarem. Nullus rex noſtrorum temporum hoc Guillelmo fuit felicior ac moderatior. Eius magnanimitatem et magnificentiam nemo laudare ſufficit, quibus ille usque ad terminos terrae ſuper omnes aeui noſtri reges ac principes apparuit glorioſus. Pauci poſt hac reges, ſicut reor, illum imitabuntur, et eius affluentia et morum elegantia perfruentur, quibus eum Deus in hac uita felixque fortuna ditauit. Huius quoque fuit heres ac filius HENRICVS Anglorum rex, magnificus pater ueſter. Haec in transcurſu de ueſtra ſufficiat dixiſſe proſapia, et de progenie celſitudinis ueſtrae. Porro ego dudum amitae ueſtrae, relictae uidelicet comitis STEPHANI Carnotenſis codicem unum de geſtis Romanorum imperatorum deflorare curauī, qui continet Francorum aduentum in Galliam, et regum antiquorum eiusdem gentis refert proſapiam usque ad Carolum Magnum et eius filium Lugdouicum: quorum CAROLVS MAGNVS ſua induſtria Romanorum ſibi uindicauit imperium, et decedens ſuo reliquit filio Lugdouico. LVGDOVICVS uero cum quatuor genuiſſet filios, illud eis dimiſit. Vnde inter eos magna diſcordia pullulauit, et tres germani, LOTARIVS uidelicet, LVGDOVICVS, atque Pippinus, contra fratrem ſuum KAROLVM dimicauerunt atrociter anno ſecundo obitus Lugdouici apud Fontanidum campum

Mathildis proſapia inde a Rollone repetita.

Caroli M. filii et nepotes.

§. CXXVIII.

pum, cupientes eum Franciae regno priuare, ſed non ualuerunt; praeualuit enim aduerſus eos Francorum exercitus. Ab illo tamen die usque nunc manet regnum Francorum ab imperio Romanorum ſciunctum atque diuiſum; nam LOTHARIVS Germaniam et Italiam ſortitus eſt, et Romam et Rauennam regias urbes, cum nomine imperatoris; LVGDOVICVS uero Germanus ipſius poſſedit Baioariam et Saxoniam, et PIPPINVS Aquitaniam atque Vaſconiam; et KAROLVS Franciam, Burgundiam, et minorem Britanniam atque Neuſtriam, ſed et Aquitaniam ipſe ſibi poſtmodum acquiſiuit. Cuius CAROLI regis genealogiam in ſubſequenti libro ſigillatim per ſingula capitula denotabo, usque ad Lugdouicum huius proſapiae regem ultimum, qui ſine liberis deceſſit. Poſt cuius obitum proceres Franciae prouexerunt ſuper ſe HVGONEM Magnum, Magni cuiusdam Hugonis ducis Franciae filium, cuius etiam catalogum ordine ſuo ſubiiciam, et horum omnium actus partim usque ad praeſentis temporis regem domnum LVGDOVICVM clementiſſimi regis Philippi filium, Deo annuente, ſicut promiſi, paucis ſermonibus comprehendam. Eius uero actus meo inculto ſtylo contaminare non audeo, nam quod ſcribo, breui ſermone concludo, nullum rhetoricae facundiae fucum interſerens. Sed et illa, quae uobis deſlorare curauimus, non a nobis accepimus, ſed a multis codicibus noſtro ſudore decerpſimus, ad ſupplementum hiſtoriae illius, cuius ſupra meminimus, et quam, ſicut promiſimus, nuper edidimus. Vos autem munus oblatum fauorabiliter, quaeſo, ſuſcipite, et auctoritatis ueſtrae ſigno corroborare curate. Valete. Deus omnipotens ſua uos gratia benedicat, et prole fecundet, et proſperitate ſemper laetificet. Amen.

2. Mathildis, poſt mariti obitum, in Angliam reuertitur.

Mathildis Imperatrix uidua in Angliam reuertit, alterasque nuptias cum Godfrido Plantageneto, filio Fulconis, comitis Andegauenſis et Hieroſolymae regis celebrauit, titulumque Imperatricis retinuit. Proferamus documenti loco ex RYMERO Tom. I pag. 3.

Milonem creat comitem Hereford. Ann. D. 1141. *A. R. Steph.* 6.

Chartam illius de Creatione Milonis in Comitem Hereford. Qua Charta de creando Comite antiquiorem non extare creditur.

Matilda Imperatrix Henrici Regis Filia, et Anglorum Domina, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Iuſticia-

Digitized by Google

Ex Autogr. in Bibl. Cottoniana. ſticiariis, Vicecomitibus, Praepoſitis, Miniſtris et omnibus fidelibus ſuis Francis et Anglis totius Angliae ſalutem.

Sciatis me feciſſe Milonem de Gloceſtria Comitem de Hereford, et dediſſe ei Motam Hereford, cum toto Caſtello, in Foedo et Haereditate ſibi et Haeredibus ſuis ad tenendum de me et Haeredibus meis.

Dedi etiam ei tertium Denarium redditus Burgi Hereford quicquid unquam reddat, et tertium Denarium placitorum totius Comitatus Hereford.

Dedi etiam ei tria Maneria in ipſo Comitatu de meo Dominio, viz Mavverdinam, et Luggevvordinam, et Wiltonam cum omnibus Appenditiis ſuis.

Dedi etiam ei Haias Hereford, et Foreſtam de Trinela, cum hoc quod ad hoc pertinet.

Dedi etiam ei ſeruitium Roberti de Chanados, et Hugonis Filii Willielmi, et Richardi de Cormeill, et omnia Feuda eorum ubicunque ea habeant.

Et haec omnia ſupradicta dedi et etiam conceſſi in Foedo et Haereditate ſibi et Haeredibus ſuis ad tenendum de me et Haeredibus meis.

Hanc autem Donationem feci ei apud Oxineford Die Sancti Iacobi Apoſtoli, uidelicet Octaua Die ante Feſtum Sancti Petri ad uincula, pro ſeruitio ſuo quod mihi fecerat, et ita quod tunc habebam in captione mea apud Briſtoll Regem Stephanum, qui, Dei miſericordia, et auxilio Roberti Comitis Gloceſtriae Fratris mei, et auxilio ipſius Milonis et aliorum Baronum meorum, captus fuit in Bello apud Lincoln die purificationis Sanctae Mariae proximo ante praedictum diem Sancti Iacobi Apoſtoli.

Quare uolo et firmiter praecipio quod haec omnia ſupradicta teneat de me et Haeredibus meis ipſe et Haeredes ſui ita bene, et in pace, et honorifice, et plenarie, et libere, et quiete in Boſco et Plano, in Foreſtis et Fugaciis, in Pratis et Paſturis, in Aquis et Molendinis, in Stagnis et Viuariis, in Viis et Semitis, in Foris et Feriis, infra Burgum et extra, in Ciuitate et extra, et in omnibus Locis cum Soca et Sacha, et Toll, et Team, et Infangenetheof et cum omnibus conſuetudinibus et libertatibus, et quietudinibus, ſicut unquam aliquis Comes melius, et honorabilius, et quietius, et liberius,

rius, et plenarius tenet aliquod, Tenementum uel Dominium de §. CXXX.
Me in Anglia, uel unquam tenuit de aliquo Anteceſſore meo. Teſtibus,

Theobaldo Archiepiſcopo Cantuarienſi
Roberto Epiſcopo Londonienſi.
Alexandro Epiſcopo Lincolnienſi,
BernardoEpiſcopoSancti Dauidis,
Nigillo Epiſcopo Elienſi.
Dauid Rege Scot.
Roberto Comite Gloceſtriae.
Reginaldo Comite Cornubiae,
Roberto Reginaldi Filio.
Brientio Filio Comitis,
Vmfrido de Bobun.
Alex. de Buch.
Iohanne Filio Gisleberti Marescallo,
Pagan de Claris Vallibus.
Roberto de Curceo.
Radulfo Paganello,
Willielmo de Doura,
Elia Giffard.
Walkenio Maminot,
Ernulf de Hesding.
Gisleberto de Laſceio.

Apud Oxinfordiam.

§. CXXX.

Richenza, Henrici comitis Nordheimenſis filia, in Lotharii manum ueniebat; Nomen illius et Rixa et Rychyza exprimitur. HENRICO MEIBOMIO in not. ad Hiſtor. Bardeuici pag. 32 Richenzae uox ſignificare uidetur *reicher Segen.* LEIBNITIVS rectius forſan eam a nomine Reginae haud diuerſam eſſe putat in Introduct. ad Tom. I Scriptor. Brunſuic. num. 27. *Reginwiz* mulieris nomen legimus apud MEICHELBECK. T. II hiſtor. Friſing. p. 73. In PONTAN. reb. Gelriae diplomati Lotharii haec formula inſeritur: *iuuante et precante pia Regina et coniuge noſtra Rebecca.* Inde GVNDLINGIANORVM auctor P. XXX p. 491 huic Auguſtae uerum nomen Rebeccae, quod Saxonice *Rickigen* enunciaretur, fuiſſe exiſtimauit. Celeb. SCHWARZ. Stemma Richenzae Auguſtae in ſingulari programm. propoſuit a. 1727. Regni negotiis ſaepius intererat Imperatrix, maxime cum de cleri grege honoribus ac beneficiis augendo ageretur. Exhibeamus documentum ex MVRATOR. Rerum Italic. Script. T. IIII in Chron. Sanct. Monaſt, Caſinenſis in append. p. 621. De nomine Richenzae.

Digitized by Google

§. CXXXI. 2. Richizae Imperatricis epiſtola ad monachos Caſinenſes.

Rychyza Dei gratia Romanorum Imperatrix, Fratribus Sancti Benedicti gratiam ſuam, et bonam uoluntatem. Magnam fuiſſe ex antiquo Eccleſiae ueſtrae Religionem audiuimus. Vnde memoriam noſtri apud uos haberi rogamus, quatinus ueſtro obtentu Deus pacem Eccleſiae ſuae in noſtris concedat temporibus. Nos etiam quantum poterimus, auxiliante Deo, pro ſaluandis rebus Eccleſiae ueſtrae cogitabimus; tantum Dominus Abbas tempeſtiue nobis cum ſapientioribus occurrat, ut de his, et de aliis conuenire plenarie poſſimus.

IBID. pag. 593 Imperatorem Lotharium cum imperatrice monaſterium Caſinenſe adiiſſe, Chronicon commemorat his uerbis:

Ipſe Imperator uero in ciuitate (S. Germani) coram circuli Patricialis accepturus remanſit: nam tunc exaltationis Sanctae Crucis agebatur celebritas. Illuceſcente uero diluculo Rychiza Imperatrix pedibus totum montem aſcendit, Papa in ciuitate remanente. Lotharius autem Imperator, innumera exercitus ſui multitudine comitatus, Caſinum peruenit, atque a Fratribus, prout Imperialem decebat dignitatem, cum maximo eſt honore receptus. Optulit autem eo die Beato Benedicto pluuiale optimum aureis liſtis ornatum, et planetam eiusdem ſubtegminis, Candelabra de argento patrium unum librarum circiter quatuordecim Marcam auri unam, et decem et nouem marcas argenti. Richiza autem Auguſta poſuit ſuper altare ſtolam Frigiam, cum manipulo ſuo, et mitram auro decenter ornatam.

Richiza in monaſterium Caſinenſe benefica.

§. CXXXI.

Richenza Auguſta negotia tractat publica.

Grauiſſima quoque auctoritate ualebat Richenza in cauſſis publicis. Roborabat pactorum ſanctiones, ius dicebat, immittebat in poſſeſſionem, contumaces mulctis coercebat. Plura rem praeſertim iudiciorum dilucidantia addiſcemus ex tabulis, quas tradit LVDEWIG. Reliq. MS. T. II p. 344.

GERBERGA abbatiſſa Quedlenburgenſis, imperatoris et imperatricis commiſſaria ad componendam litem inter abbatiſſam in *Monte* et praepoſitum S. Mariae in Magdeburg.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Ego GERBERG abbatiſſa Quedelingeburg. in perpetuum notum eſſe uolumus tam praeſenti-

ſentibus quam futuris fidelibus, qualiter ego Gerberg abbatiſſa ex mandato Domini Imperatoris Lotharii et domine imperatricis Richeſe, et conſilio et in adiutorio fui, quatenus concambium quoddam fieret inter ſororem noſtram Immam, abbatiſſam eccleſie beate Marie in *proximo monte*, et inter dilectum noſtrum *Wiggerum* prepoſitum eccleſie beate Dei genitricis Marie in Magdeburg iuxta uillam que dicitur *Sakbeke*. - - - - - - Huic actui preſentes erant Palatinus comes Frithericus aduocatus eccleſie tunc temporis, Burchardus, Geuchardus auunculus eius, Heinricus, Bernardus, Frithericus, Adelgerus. Tiedericus de Quedelincburch, Siſridus, prepoſiti. Reinbolt frater prepoſiti Brunonis, Hugemarus, Rothericus frater prepoſiti de Magdeburg, teſtes huius concambii. Prepoſitiſſa Giſſa, Waltſind canonica et ſecunda prepoſitiſſa, he omnes preſentes et teſtes concambii. §. CXXXI. Commiſſariam conſtituit.

VGHELL. Ital. Sacr. Tom. II pag. 288.

2. Litem dirimit.

Cum reſideret Regiliza Imperatrix uxor Seren. Imperatoris Lotharii in Ciuitate Regio ad iuſtitiam faciendam, et cum ea DD. Anſelmus Auelbergenſis Epiſcopus, et Adelmus Regienſis Epiſcopus, et D. Bruno Epiſcopus, Federicus quoque, et Garnerius Marchiones, Odolricus Graſſus, Comes Otto, Comes Robertus de Grauin, Theodoricus de Dura, Theodoricus de Stortite, Arteniſius, Comes Tigriminus de Imola, Bernardus, et Guido Filii Manfredi, Gerardus de Plaza, Rainerius, et Guizzardus de Balugola, Cazzaguerra, Oliuerus de Tacculis, Rainerius de Gumula, Gandulfus, et Eribaldus de Caſtellarano, et alii quam plures; Conqueſtus eſt Ildevrandus Abbas Monaſterii S. Syluestri de Nonantula una cum Adegerio aduocato Eccleſiae de Terra, quae dicitur Cella, quam olim Vbertus filius Ardicionis Comitis in Feudo habuit, et poſt eum Conradus Marchio, quo mortuo ſine haeredibus terram deueniſſe in Eccleſiam praedictus Aduocatus firmiter aſſerebat. Sed fuere quidem, qui iam dictam terram Cellae tenere uiſi ſunt, dicentes ſe ſe eam pro ſua pecunia loco pignoris a Conrado accepiſſe: quidam uero pro Feudo eam ſe habere dicebant; et haec nomina eorum Arduinus, et Guidotto de Palude, Bernardus, et Frater eius Filii Malcadobati Menaboues, et Frater eius Gerardus, et Ingezo filii Raynerii de Caueriago, Guibertus filius D. Gerardi filii Rogerii de Regio, et quidam alii. De iſtis autem ſupra nominatis conqueſtus eſt

§. CXXXI. Abbas Nonantulanus, et cum eo Adegerius eius Aduocatus ſuppliciter exorans Dominam Imperatricem, ut iuſtitiam conſequeretur. Tunc Domina Imperatrix a ſupradictis, et Teutonicis, et Latinis, quibus intererant, etiam Paganellus de Corſena, conſilium petiit, quid illi faciendum eſſet ſuper hanc querimoniam; et illi omnes communiter dixerunt ſecundum uſum Regienſem Abbas Nonantulanus in iam dictam Terram Eccleſiae permiſſu D. Imperatricis collaudatione totius Curiae ex integro debet reſtitui: quod ualde placuit Imperatrici, et dedit Abbati Conradum Teutonicum, qui eum in Cellae poſſeſſionem reſtituit. Laudauerunt inſuper ſupradicti Teutonici, et Latini, et quicumque ſupradictorum hominum, qui iam dictam Terram tenere uidebantur, ſupra quibus ſententia data eſt non amplius habendi, qui pecuniam dedit, et terram pro pignore accepit, pecuniam, et terram perderet. Qui uero pro feudo aliquid inde quaereret, ad Curiam Abbatis ueniret, et ipſe congregatis Eccleſiae fidelibus eorum, et Aduocati conſilio iuſtitiam petentibus faceret. His omnibus ſolemniter ordinatis, et iudicatis D. Imperatrix ſuum bannum patenter coram omnibus edidit, ut quicunque contra hunc laudum, et iudicium tantorum uiuorum, et eius confirmationem agere praeſumpſerit, et Abbatem, uel Eccleſiam moleſtare, uel inquietare temptauerit, eius malam uoluntatem incurrat, et poenam quinquaginta librarum auri ſuſtineat, medietatem Curti Regiae, et medietatem Nonantulae Eccleſiae; et haec cartula perpetuis temporibus in ſua firmitate permaneat.

Abbatem Nonantulanum in poſſeſſionem terrae alicuius, quae feudalis erat, reſtituit.

Actum in Ciuitate Regio feliciter. Anno ab Incarnatione Domini 1136, die 7 intrante menſe Nouembris, Ind. 14.

Ego Martinus Sacri Palatii Notarius rog. hanc cartulam ſcripſi, et compleui, et tradidi.

Ego Zilibertus ſacri Palatii Notarius uidens authenticum Inſtrumentum exemplaui, ſcripſi, nec addidi, nec minui.

§. Aliud ibidem iudicium enarratur, quod et MVRATOR. t. VI diſſ. Antiq. Ital. p. 233 reddidit, paucis lectionibus uariantibus:

Iudicium Regii exercet. Richeza ſanctiſſima.

Cum in Dei Nomine Seren. Imperatoris Lotharii Coniux *Regiliza* Imperatrix *Sereniſſ.* et Romanorum ſemper Auguſta in Ciuitate

te Regio ad iuſtitiam faciendam reſideret; ibique multas, ac uarias §.CXXXI.
querimonias per probatiſſimos Iudices, uidelicet Adegerium de No-
nantula, atque Gerardum de Panciano ſolerti cura diſcuteret, reſi-
dentibus ibidem cum eis ad placitum *D.* Adelmo Regienſi Epiſco- Domno
po, et Anſelmo Avelbergenſi Pontifice, Federico Marchione, et
Fratre ſuo *Guarnernio*, Odolrico Craſſo, Thederico de Dura, Ar- Guarnerio
thenifio, Guidone filio Manfredi, Gerardo de Plaza, Raynerio de
Saxo, et pluribus aliis Teutonicis, ac latinis Clericis, et Laicis, cum
quibus Regienſes etiam Conſules, et maxima pars populi pariter re-
ſidebant, ſcilicet Adegerius de Burgo, Alberto Malberti, Vbaldus
Palearius, Raynaldus Almani, Oliuerus de Tacculis, Malatacca, et
Sereniſſ. Filius Alberti Rogerii, et multi alii. Lamentata eſt Eccle- Vgito
ſia S. Mariae de Vgone de Siſſo, et de Nepotibus eius, qui *eidem* eiusdem
Eccleſiae terras iniuſte tenebant in *Strinatis*, et lamentata eſt de Striniatis.
Euſtario Anſelmi Canonici filio, qui *Canonica* Patris ab Eccleſia alie- Fuſtaucio. Canonicam.
nauit in Curtexelle, et in Riualtu, et ubicumque fuit. De Gerardo
quoque Albini lamentata eſt, qui tenet unum Manſum eius in Vre-
gnano, et *Decima* de Nuvellaria, inſuper de filiis *Armatta* Cavazoli, Decimam. Armani.
qui tenent terras *eidem* Eccleſiae *, unum ** in Voano, et alterum eiusdem.
in maſſa, et per quem Guido de Rozo tenet unam Braidam in Pon-
te Platulo, et quandam terram in Saldinis *ſcilicet* uendit. Lamen- fuis.
tata eſt *cum* Burgundione de Saxo, qui tenet unum Manſum in Ca- de
nole laboratum per Melones, et alium Manſum in Bagnolo, et
unum petiam de terra in Saldinis, et unam decimam in Rodano;
de Domnino Carapeza etiam lamentata eſt Eccleſia, qui contra
Deum, et contra animae eius ſalutem tenet terram in Canarole, un-
de eadem Eccleſia cooperiebatur, et tenet Braidam in Ponte *Pa-* Platulo
tulo, et manſum Guidonis de Madulo, quem tenet in Riualta cum
Petro Ioannis Tuſci ſocio eius, quibus ſecundum leges ter et qua-
ter conuocatis, et expectatis, nec ad praedictum placitum uenerant,
nec qui pro *eius iuſtitia* ſatisfaceret, mittere ſtuduerunt. Iudices eis iuſtitie.
itaque cum Curia iudicauerunt hos, et eorum ſimiles tamquam pro- contumacibus poſſeſſionem bonorum adimit.

* in Foſſa. Preter iſtos, de Guiberto da Sariula, qui tenet duos Manſos in Canole, et

** in Rivalta, et per quem filii Grimaldelli tenent duos Manſos preſate Eccleſie, unum in Tuano

§. CXXXI. caces, et latitantes a praedictarum rerum poſſeſſione debere exclu-
per omiſſ. di, et praedictam Eccleſiam exinde inueſtiri, et intromitti, *per* quod totum per idoneos eiuſdem Curiae Miniſtros ordine completum eſt. Inſuper etiam ex parte D. Imperatoris, et Imperatricis praedicta Curia bannum firmauit, ut quicumque Eccleſiam de *ſupradictis* rebus intromiſſis moleſtare, uel inquietare temptauerit, absque legali iudicio *mala uoluntate* Imperii incurrere, et inſuper poena centum librarum auri perſoluere ſe ſe non ambigat, medietatem Regiae Camerae, et medietatem praenominatae Eccleſiae. Ad cuius rei memoriam, et ſtabilitatem habendam, et retinendam hanc cartam iam dicta Curia fieri praecepit. Quam ego * - - - - - - *unus* eiuſdem Regalis Curiae Notarius ſcripſi, compleui, et dedi.

ſupraſcriptis

malam uoluntatem

* Martinus unus omiſſ.

Anno ab Incarnatione D. 1136. Intrante menſe Decembris Ind. XIV.

Signum - - - - - - - - - ſemper Auguſtae.

Actum Regio feliciter.

Addamus aliud inſtrumentum ex VGHELLI Tom. V p. 755.

In nomine Domini Dei aeterni.

4.
Auctoritate mariti, Canonicis S. Mariae et S. Georgii Maioris Veronenſis eccleſiae concedit caſtellum et aliquas curtes.

Cum in Dei nomine Lotharius Dei gratia Romanorum Imperator et Reginza piiſſima Regina coniux eius eſſent in loco, qui dicitur Iſola Ceneſe, et eſſent cum eis Dux Chonradus, et Dux Henricus, et Archiepiſcopus Madilbergenſis, et Aicardus ſubcancellarius, et Dux de Carentana ſcilicet - - - - - et caeteri nobiliſſimi uiri, ibique Otto Diaconus, et Inglebericus acolitus Canonici S. Mariae, et S. Georgii Maioris Veronenſis Eccleſiae miſſi, et legati Gilberti uenerab. Archipresbiteri, et omnium aliorum Canonicorum eiuſdem Eccleſiae uenerunt, et coeperunt dicere, atque deprecari, quatenus idem piiſſimus Imperator, atque Imperatrix darent eis poſſeſſionem de caſtello et de tota curte de Cereta, et de curte de Englare, quae dicitur curtis de caſtello ueteri, et defenderent, atque cuſtodirent ſupradictas curtes ad lucrum, atque commodum omnium Canonicorum ſupraſcriptae Maioris Veronenſis Eccleſiae, et cum ipſi Canonici taliter dixiſſent, tunc die Sabbato, qui eſt ſexto die menſis Nouemb. in praeſentia bonorum hominum, quorum nomina haec

haec ſunt: Bertoldus Camariengus, ſupraſcripti Imperatoris, Raffaldus de Caſtello, Benedictus eius filius, Grafo, et reliqui in eorum praeſentia ſupradicta Reginza Regina et Imperatrix ex mandato Imperatoris Lotharii mariti ſui accepit duos nobiles uiros, quorum nomina haec ſunt, Lampertus Marchio, et Girardus et praecepit eis, ut ipſi pergerent et munirent, atque defenderent, et cuſtodirent caſtellum, et totam curtem de Cereta, et curtem de Englare, quae uocatur curtis de Caſtello ueteri iuris ipſius canonicae S. Mariae, et S. Georgii Maioris Veronenſis Eccleſiae, et etiam poſſeſſionem ſupradictarum curtium iam dictis Canonicis darent ad lucrum atque commodum ipſius Gilberti Archipresbyteri, eiusque fratrum, qui nunc ſunt, aut pro tempore erunt, qui ita fecerunt. §. CXXXII.

Factum eſt hoc Anno ab Incarn. D. N. I. C. 1137 ſupraſcripto die. Indict. XV.

Ego Paltonorius notarius ſacri Palatii interfui et hoc Breue ſcripſi.

§. CXXXII.

Accedunt teſtimonia mariti diplomatum, quae Imperatricis preces, et auxilium identidem patefaciunt. Auxiliante Richenza, chartae conduntur.

VGHELL. Ital. ſac. T. V p. 1012: *interuentu dilectae noſtrae Richinzae Imperatricis.* IBID. p. 451: *inſtinctu conſortis noſtrae Richintae.*

MIR. T. I p. 278: *rogatu et auxilio coniugis noſtrae - - - Richildae Reginae.*

HVND. Metr. ſal. T. II p. 221: *ob remedium animae noſtrae et conſortis noſtrae Richniza Imperatricis.*

HERRG. Vol. II p. 148, a. 1126: *pro coniugis noſtrae Ribinzae reginae pia dilectione.* IBID. p. 150 eod. an. et die: *pro coniugis noſtrae Richinzae pia dilectione.*

MARGAR. Bullar. Caſin. T. II p. 149: *et interuentu contectalis noſtrae Richiltae Imperatricis, et pro animae noſtrae, noſtrorumque parentum ſalute, ac Imperii noſtri ſtabilitate, pro rogatu etiam et petitione Conſortis noſtrae praefatae* etc.

HART-

§. CXXXIII. HARTMANNI Annal. Einſidel. p. 192: *qualiter magnae relligionis et ſanctitatis uir Werinberus abbas, interuentu dilectae conſortis noſtrae Richinzae, hoc apud nos obtinuit* etc.

HARENBERG. Hiſtor. Gandersh. p. 704: *rogatu dilectiſſime coniugis noſtre Rikenze.*

HEINECC. Antiquit. Goslar. p. 139: *ob interuentum dilectiſſimae conſortis noſtrae Imperatricis Richinſae* etc. LVNIG. ſpicil. Eccleſiaſt. T. I p. 32 inter chartas Magdeburg. *ob diuinum amorem et cariſſimae coniugis Rikze.* IBID. p. 96 inter chartas Hamburgenſes: *rogatu dilectae noſtrae Rikzenſe.*

LEVCKFELD antiquit. Walckenredenſ. p. 355: *ex petitione et interuentu dilectae coniugis noſtrae Richinzae reginae*, etc. IBID. p. 387: *rogante conſorte noſtra Richniza Imperatrice*, etc.

§. CXXXIII.

Richenza ſalutat monachos Caſinenſes.

Rychenzae propenſam in eccleſias uoluntatem teſtatur ipſe maritus Lotharius in epiſtola ad Caſinenſem Abbatem ap. ANGELVM de Nuce in append. ad Chronicon Caſinenſe p. 25: *Salutat te dilecta noſtra Rychyza, omnibus modis honorem eccleſiae tuae amplectens, eumque toto niſu promouere cupiens.* Et in epiſtola ad Decanum Caſinenſem et monachos ibidem: *Salutat uos dilecta noſtra Rychyza, cauſam ueſtram cum omni deuotione apud nos promouere ſatagens.* Nihil itaque reliqui ſacra cohors fecit, ut Auguſtae deuotum ſtudium declararet. Documenti inſtar legas Antiſtitis ſummi Romani Anacleti epiſtolam a. 1130 in BARON. T. XII annal. eccleſ. ad a. 1130 n. 22.

2\. Anacleti Pontif. epiſtola ad Richenzam.

Auditum habemus, chariſſima in Domino filia, quod uere Chriſtiana ſanctitate refulgeas, quod Eccleſias diligas, quod ſeruos Dei piis ubique ſolatiis foueas: nec minoribus es profecto praeconiis attollenda, quod totius regni regimen cenſura iuſtitiae de tua potiſſimum dicitur moderatione pendere. Quae de beatitudine tua, illuſtriſſima filia, audiuimus incunctanter et credimus; et haec et alia plura de te nobis bona ſaepius nuntiata laetificant, et omnipotentem Deum aſſiduis precibus exoramus, ut incoepta ſanctitatis opera, Apoſtolorum Petri et Pauli meritis pio et meliori te faciat fine concludere. Hortamur itaque nobilem prudentiam tuam, et in Do-

Domino commouemus, ut inter regni curas, et ſaecularium nego- §. CXXXIII.
tiorum ſollicitudines, et ſaeculi glorias cor tuum ſemper ad Dominum habeas, et te quandoque cogites morituram: non de piis operibus mundi laudes affectes, nedum hominibus foris placere delectat, Dei intus oculis poſſis diſplicere. Virum tuum chariſſimum filium noſtrum Lotharium Chriſtianiſſimum Regem ſedulis ſuggeſtionibus adhortare, ut ſic terreno regno humana poteſtate praeſideat, quatenus ipſum qui ſupra nos eſt, per quem Reges regnant et Principes iuſta decernunt, qui transfert regna cum uult, qui facit Reges inglorios, et accingit ſune renes eorum: caute ſemper et diligenter attendat. Et licet ipſe Romanam Eccleſiam (ut certum habemus) plenis brachiis amplexetur; dilectionem tamen eius et affectum circa Sedem Apoſtolicam, et nos, qui eam ex longo tempore dileximus, per tuam potius optamus induſtriam propagari. Porro nos perſonam eius propenſiori charitate diligimus, et honorem ſuum, largiente Domino, cupimus conſeruare, et diligentius et efficaciter ampliare. Quia igitur peccatis meis exigentibus Eccleſiae regimen ſum ſubire coactus, Apoſtolatus onus cogor in amaritudine animae meae portare: ſanctorum uirorum ſolatiis egeo, ut orationum ſuarum inſtantia mihi ſemper Deum propitium faciant, et gratiam eius in omnibus ubique opportunitatibus augeant. Et ideo te plurimum deprecamur, ut et Deum debeas pro nobis obnixius exorare, et auxiliis et piis conſiliis tuis nos crebrius alleuare. Vitam et annos tuos omnipotens Dominus Apoſtolorum ſuorum Petri et Pauli meritis in bonis operibus augeat, et poſt uitae huius curſum uitam tibi largiatur aeternam.

Datum Romae apud S. Petrum * in diebus Maii. *Idibus.

Baronius addit: Cum uero Lotharius Rex atque Regina deteſtati ſchiſmaticum Papam ab literas, eo datas contemnerent, nec ei dignarentur: Romani ipſi, quorum potentia pſeudopontifex ſubleuatus inniteretur, cum ſe ipſos in Anacleto contemni cognoſcerent, ad eundem Regem literas poſtremo dedere etc.

§. CXXXIIII.

§. CXXXIIII.

Brunonis epiſcopi Argentinenſ. epiſtola ad Richenzam.

Aliud gratae mentis teſtimonium ſuppeditat Brunonis Epiſcopi Argentoratenſis epiſtola ad Richenzam Reginam in HERRGOTT. hiſtor. geneal. auguſt. gentis Habsburg. Tom. II P. I. Vol. II p. 151 n. 207.

Ex codice MS. Aug. biblioth. Caeſareae Vindobon. inter Canoniſtas n. 45 fol. 145 aduerſa pagina.

Reginae ſereniſſimae Dominae ſuae ſemper Auguſtae B. Dei gratia, id quod eſt, fidele ſeruicium, et deuotas orationes. Quantas et quales ualeo, gratiarum actiones ſerenitati ueſtrae refero, quod materna pietate preſſuris ---- meis ſubueniſtis, et a perſequentibus et calumpniantibus me eruiſtis, et ſedem dignitatis meae iniuſte mihi ereptam ſuffragio ueſtrae pietatis reſtituiſtis; uobis itaque poſt Deum debeo, quicquid ſum, quicquid ualeo in tranquilitate et in aduerſitate, magnus ſeu modicus, ſemper ueſter ero. Multas etiam gratias pro Dom. N. benignitati ueſtrae refero, quoniam (ut ſpero et certus) in hoc et Eccleſiae prouidiſtis, et regno ueſtro plurimum conſuluiſtis. Vobis itaque, benigniſſima mater puſillorum Chriſti, fideliter ſuggero, quatenus ſanctae Romanae Eccleſiae grauiter laboranti precibus et elemoſinis, et omni, qua ualetis, uirtute ſubueniatis, ſi forte Dominus, qui uos prouexit in regnum, qui dedit patribus noſtris ſalutem in manu feminae, dignetur per piiſſimas lacrimas ueſtras Eccleſiae pariter et regno conſulere. Ne mirabere, quod diſcretionem ueſtram moneo, quatenus aut per nos, aut per idoneos legatos, quod laudatum et iuratum eſt, requiratis, et cauſam ueſtram in partibus illis difiniatis. Ego quidem cum ſcorpionibus habito, et frui ueſtra praeſentia, niſi me mea et ueſtra negotia detineant, plurimum deſidero: ſed Deo propiciante tam mei, quam ueſtri ſcorpiones et aduerſarii, in proximo conculcabantur, et peribunt, et adnichilabuntur. Quid uero Dominus a die diſceſſionis ueſtrae per meam exiguitatem regno ueſtro contulerit, (ex) litteris et legato cognoſcere poteritis. Meos itaque labores, et omnia mea, ueſtrae tutelae et patrocinio committo.

a. Petri Diaconi Caſinenſis epiſtolae ad Richenzam.

Nec ſilentio praeterire poſſumus Petri Diaconi Caſinenſis epiſtolas ad Richenzam, quibus illius moerorem ex mariti obitu conſola-

ſolatur. Legimus iſtas in MABILLON. Annal. Ord. S. Bened. t. VI CXXXIIII. 5.
p. 672:

Dominae ſuae Richiſae a Deo protectae Romanorum imperatrici Petrus diaconus poſt praeſentis uitae metas aeterni regni calculum. Multotiens, imperatrix inuicta, impetum coepi conſolandi ueſtram eminentiam, multotiens continui: ut id protinus facerem, plurima incitabant, praecipue autem domini noſtri imperatoris Lotharii defuncti fidelitas, tum ueſtrae auguſtalis clementiae in nos indignos dilectio, ut lacrymas ueſtras et ſi ex toto ſopire non potuiſſem, interim certe uel abſtenſiſſem. Vt retardarem autem, ſciebam dolori tuo, dum recens ſaeuiret, praepropere occurendum non eſſe, ne illum ipſa eadem ſolatia potius irritarent, exagerarent, accenderent; nam ſaepe uidemus in ipſis quoque morbis immaturam medicinam eſſe perniciofiſſimam. Expectabam itaque dum ipſemet dolor uires ſuas deponeret, et mora mitigatus tangi ſe quodam modo, attrectarique ad remedia ſuſtinenda permitteret. Ante tamen quam cum eo congrediar, adero illi, et aliquanta quibus excitetur in memoriam reducam, et quae iam quaſi obducta uidentur, reſcindam et proferam, optimo uidelicet ac ſollemni genere conſolandi. Hi itaque fleant gemantque diutius, quorum delicatiſſimas mentes eneruauit longa felicitas, effeminauit luxuria, qui ſpem ſuam omnino fixerunt in ſaeculo, qui quae ſint bona illa perennia uel ignorant ex toto, uel ſi ſciunt, oblectamentis ſopiti mundialibus negligunt. At quorum fere omnes anni per diuerſas curas tranſierunt, quorum, iuxta apoſtolum, conuerſatio in caelis eſt, qui et uanitates ſaeculi et caeli gaudia prudenti ac diſcreto corde perpendunt, grauiſſima quoque quaelibet immobili conſtantia perferunt. Quid pergam referre numero quot calamitatibus, quot infortuniis ab infantia ipſa iactata ſis, cum in eisdem fere, ut ſic dicam, innata fueris. Felicis memoriae dominus noſter imperator Lotharius, qui te ſibi in coniugem elegerat, ad imperiale faſtigium promouerat, in quam ſolam cuncta negotia Romani imperii commiſerat, poſt multas, quas cum ipſo pertuliſti anguſtias, poſt orbem Romanum, ut ita dixerim, cum eo peragratum, cum in dies ad imperiale domicilium cum eo accelerares, regreſſum, heu, proh dolor, multorum ſociorum dolore grauiſſimo extuliſti. Tranſeo tot pericula, tot metus, quos ſine interſtitio incurſantes in te cum tanto Caeſare pertuliſti: modo cum nondum priores luctus integre

5.
CXXXIIII. compoſueris, lugenti adhuc tibi luctus adiunctus eſt, et cum quaſi ſolatium tot aerumnarum, quod uidelicet ſolum reſiduum erat, in uiuente genero ueſtro Henrico duce Baiuariae te habere putares, ſubito nec opinanti uobis mors eius immatura relata eſt. Grauiſſimum plane eſt ex omnibus quae uobis poſt deceſſum domini noſtri imperatoris Lotharii obtigerunt, recens uulnus, nec cutem ſummam rupit, ſed pectus, fateor, et uiſcera ipſa diuiſit: nec ex intacto corpore tuo hic ſanguis effluxit per ipſas cicatrices percuſſus, ſed quemadmodum tirones leuiter ſauciati, tamen uociferantur; at ueterani quamuis confoſſi, patienter ac ſine gemitu curari ſe patiuntur. Non enim, clementiſſima domina, ita lugendi ſunt quique fideles, ait apoſtolus, *ſicut et ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimus, quod IEſus mortuus eſt et reſurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt per IEſum, adducet cum eo.* Ergo, clementiſſima domina, ut conſolationem accipiatis, hortamur: iſta enim mors quid eſt aliud niſi relictio corporis, depoſitio ſarcinae grauis. Nata es, o imperatrix, moritura es. quo ibis, ut non moriaris? quid facis ut non moriaris? ut Dominus Deus tuus conſolaretur te, propria uoluntate mori dignatus eſt. Quando uides Chriſtum pro te mortuum, tu mori dedignaris? ergo moritura es uelis nolis. quo euades? quo effugies? ut non moriaris? Hodie ſit, cras ſit, futurum eſt, dubium non eſt, credendum eſt. Quid ergo agis? times, fugis, futurum eſt. Ergo, mi piiſſima domina, lamentationes et ululatus, ac ſi muliebres tumultus, a te uiriliter amoue. quanto enim dolor iſte ueſter durior eſt, tanto maior uobis uirtus aduocanda eſt, et ueluti cum noto hoſte et ſaepe iam uicto acrius congrediendum. Fortem ac ſapientem nec ſecunda euehunt nec aduerſa dimittunt. Facile illa fert, qui ſemper exſpectat. illis ſunt grauia quibus et repentina. Qui laetis rebus non ſe inflauit, nec mutatis contraxit, aduerſus utrumque ſtatum inuictum animum tenet iam exploratae firmitatis. In ipſa namque felicitate quid contra infelicitatem poſſet, expertus eſt. Infinito quidem dolore, cum aliquem ex cariſſimis amiſeris, affici, inepta indulgentia eſt; nullo autem, inhumana duritia. Nam et non ſentire dolorem non eſt hominis; et non ferre non eſt uirtutis. Optimum inter utrumque temperamentum eſt, et ſentire deſiderium et reprimere; praeſertim cum nec excellentiae ueſtrae conueniat immenſum triſtari. Maximum ſolatium eſt cogitare, id uobis acci-

diſſe

diſſe quod omnes ante paſſi ſunt, omnesque paſſuri. Gaudes ita- §. CXXXIII.
que habuiſſe te uirum Romanum imperatorem? cogita iucundiſſimum eſſe quod habuiſti, humanum quod amiſiſti. quod talem habuiſti, in ſummis bonis pone; non eſt cogitandum uobis quam diutius habere illum potueris, ſed quamdiu habueris. non in eo mors ueſtram ſatietatem, ſed ſuam ſequi uoluit legem. Stet tantum animus in procinctu, mors alium alio tempore comprehendet, neminem praeteribit, nullum certe excipiet. Quisquis ad uitam editur, ad mortem deſtinatur. ſed animus ſapientis quod neceſſe eſt, numquam timeat, quod incertum, ſemper exſpectet.

Alia eiusdem ad eamdem.

Dominae ſuae excellentiſſimae atque piiſſimae Richiſae a Deo protectae, magnae ac pacificae Romanorum imperatrici auguſtae Petrus ueſtri imperii ſeruus, poſt praeſentis regni potentiam aeternam felicitatem. Licet neruus inciſus doleat, et ſpiritus triſtis oſſa conterat, non tamen adeo lugendus eſt dominus noſter imperator Lotharius ſicut et hi, ſicut dicit apoſtolus, qui ſpem non habent. Ad ſuum perrexit, in quo ſummum bonum eſt, in quo omnis bonitas, omnis iuſtitia, omnis pietas, omnisque ſanctitas eſt. Ad illum perrexit qui ſua praecepta ſeruantibus clamare non ceſſat, uenite ad me omnes qui laboratis et onerati eſtis, et ego uos requieſcere faciam. Elias feſtinans rogabat ut acciperetur a ſe anima ſua. Et poſt multa.

Dolendumne eſt igitur in deceſſu? minime. quid enim abſurdius, quam ut id quod ſcias omnibus eſſe praeſcriptum, quaſi ſpeciale deplores? Hoc eſt animum ſupra conditionem extollere, legem non recipere communem, conſortium recuſare, mente carnis inflari, et carnis ipſius neſcire menſuram. Quid abſurdius quam neſcire qui ſis, affectare quod non ſis? aut quid imprudentius, quod futurum ſcias, id cum acciderit ferre non poſſe? Natura ipſa nos reuocat, et huiuscemodi moeroribus quadam ſui collatione ſubducit. Quis enim tam grauis luctus, aut tam acer ineſt dolor, in quo non interdum relaxetur animus? Habet hoc natura, ut quamuis homines in triſtibus rebus ſint, tamen ſi modo homines ſunt, a moerore mentem paulliſper abducant. Fuiſſe etiam feruntur quidam populi, qui ortus hominum lugerent, obitusque celebrarent, nec impudenter: eos enim qui in hoc uitae ſaeculum ueniſſent, moe-

Digitized by Google

§. CXXXIIII. rendos putabant; eos uero qui ex iſtius mundi procellis et fluctibus emerſiſſent, non iniuſto gaudio proſequendos arbitrabantur. Mors aequalis eſt omnibus hominibus, indiſcreta pauperibus, indiſcreta diuitibus. Hanc quotidie prae oculis tantus Caeſar habebat, qui, ſicut uidimus et experti ſumus, dum in eius uerſaremur obſequiis, ſub imperiali chlamyde alterius militiae tirocinium oſtendebat. Prius enim in lucis crepuſculo miſſam pro defunctis audiebat, dehinc pro exercitu, poſtremo miſſam diei, demum cibum potumque uiduis, pupillis ac ceteris pauperibus large diſtribuens, quaeſtiones et oppreſſiones eccleſiarum reuelabat, et in ultimo in cura imperii inſudabat. Quamdiu enim Caſini remoratus eſt, omnibus noctibus ita clauſtrum et omnes officinas monaſterii, ac ſi abbas uel quilibet decanus circuibat, ſcire cupiens, qualiter unusquisque ſub B. Benedicti magiſterio uiuerent. factoque mane, per omnes monaſterii eccleſias cauſa orationis discalceatis pedibus incedebat. Licet autem hoc ageret, numquam a conſortio archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, clericorum, uel monachorum ſequeſtrabatur, ut impleretur in eo quod legitur: Et cum ſapientibus ac religioſis ſermocinatio eius. Quis autem eius grauitatem non miretur, cum ad ſedandas diſſenſiones fratrum, quae pro electione abbatis ortae fuerant, ad capitulum ueniens, ab hora prima diei usque in ueſperum, non cibo non potui indulgens, exinde non egrediebatur. Quo autem affectu, quoue amore Caſinenſem dilexit eccleſiam, oſtendit, cum dixit prius ſe ſinere omnia priuilegia et conceſſiones eccleſiarum conuelli, quam aliquid de dignitatibus et priuilegiis Caſinenſis eccleſiae minui: et prius ſineret electionem omnium epiſcoporum, archiepiſcoporum, et abbatum qui ſunt in toto orbe Romano tollere, quam ſolummodo Caſinenſis abbatis. Dicebat enim, abbas ſi ex conſenſu monachorum electus non fuerit, abbas non eſt. et quicumque electionem monachis tollit, omnia monaſterii iura conuellit. Et cum haec omnia ageret, erat tamen caecorum baculus, eſurientium cibus, ſpes miſerorum, ſolamen lugentium; et ita ſingulis uirtutibus eminebat, quaſi ceteras non haberet. Sacerdotes honorabat ut dominos, clericos ut patres, pauperes ut filios, uiduas ut matres, creber monitionibus, peruigil in uigiliis, lacrymas Deo non hominibus offerebat. uoluuntur per ora lacrymae, et obfirmato animo non queo dolorem diſſimulare quem patior. Poſt-

Poſtquam enim noſtram paruitatem diſcipulum Bertulfi cancellarii effecerat, poſtquam Logothetae, exceptoris et auditoris officio remunerauerat, poſtquam ſeſſionem ad pedes ſuos indulſerat, poſtquam a ſecretis effecerat, poſtquam de his quae ad uitam aeternam attinent, ſatis inſtruxerat, te praeſente et cunctis imperii aulicis adſtantibus, manum meam apprehendens et Guibaldo commendans abbati, dixit ad eum: ſi qua meae dilectionis, ſi qua mei amoris in ueſtro corde ueſtigia ſunt, in iſto oſtende, eumque pro noſtro amore loco cariſſimi et unici filii habe. Haec cum dixiſſet imperator auguſtus Caeſarque Romanus, et pater patriae nominatus, ut clericos diſcordantes in pace reconciliaret una cum ueſtra excellentia dum ſtuderet, corpus et animam caelo reddidit. Confortare igitur ſtrenuiſſima, et iuxta illud Salomonis praeceptum, accipe conſolationem propter triſtitiam. Sed fortaſſe dicis: Quomodo poſſum accipere conſolationem, cum eum quem diligebam amiſi? nonne haec nobis cum ipſo mundo elementisque communia ſunt, quia ad tempus creata in perpetuum tenere non poſſumus? Non amiſit uirum quae exhibet caſtitatem: non eſt uiduata coniugio, quae non mutauit nomen mariti. Recole quid Dauid fecerit; is enim cum amiſiſſet filium, ſurrexit, comedit, bibit, et dixit: Ego uado ad eum, ille uero amplius non reuertetur ad me. Haec igitur excellentiſſima domina, aduertens, ita uos ab imminente triſtitia temperate, ita ſtudete, quatenus Deum ut decet felici cernere poſſis intuitu. Saluationis etiam et conſolationis et orationis obſequium uobis congregatio Caſinenſis dirigit, puerumque Minonem filium domini Ptolomei, qui penes uos eſt, uobis commendantes, rogant ut illum loco filii habeatis. §. CXXXIIII

CAP. V.

Digitized by Google

CAP. V
DE
DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM
PERIODI SVEVICAE.

§. CXXXV.

Gertrudis, Conradi III uxor, tabulis nota.

§. CXXXV.

GErtrudis, Beringeri comitis de Sulcebach, filia, Emanuelis Imperatoris coniugis Irenes ſoror, Conrado III nupſit. Etſi nondum comperimus, ipſam chartas poſteritati tradidiſſe: tamen in diplomatibus mariti frequens occurrit. Sicuti uero Conradus ſemper fere Regis Romanorum, non Imperatoris titulo utitur: ita et Gertrudis antiquo more regina appellatur.

VGHELL. Ital. ſac. T. V p. 519: *interuentu quoque dilectae coniugis noſtrae Gertrudis reginae.*

SCHANNAT. Cod. pr. Hiſtor. Worm. p. 69: *interuentu noſtri thori noſtrique regni conſortis Gertrudis reginae* etc. ID. Vind. lib. II p. 44: *per interuentum dilectae contectalis noſtrae Gertrudis* etc.

HERRG. Vol. II p. 170 a. 1144: *ſuisque deſideriis interuentum ac preces dilectae coniugis noſtrae et regni conſortis Gertrudis adhibens petiit* etc. add. HARTMANN. Annal. Einſidel. pag. 203.

LVDEW. Reliq. Manuſcript. T. II, p. 148: *per interuentum dilectae contectalis noſtrae Gertrudis.*

IBID. T. IV, p. 203: *nec non interuentu dilectae coniugis noſtrae Gertrudis reginae et Agnetis chariſſimae matris noſtrae* etc.

HEDA de Epiſc. Vltrai. p. 164: *deuotionem frequentem, qua noſtram regalem excellentiam et dilectam coniugem noſtram Gertrudim Reginam per aliquod tempus in ipſa ciuitate commorantem plurimum honorarunt.* IBID. p. 166: *interuentu etiam dilectae coniugis noſtrae Gertrudis reginae.*

TOLNER.

TOLNER. cod. dipl. Palat. p. 42: *ob - - - deuotionem frequentem, qua noſtram regalem excellentiam et coniugem noſtram Gertrudem reginam - - - honorauit* etc. IBID. p. 43: *ob - - - petitionem dilectae coniugis noſtrae Gertrudis reginae* etc. p. 45: *interuentu chariſſimae coniugis noſtrae Gertrudis reginae* etc. §. CXXXVI.

TSCHVDII Chron. Heluet. ad a. 1144: *interuentum, ac preces dilectae coniugis noſtrae, et regni conſortis Gertrudis adiens* etc.

MEICHELB. T. I, Hiſtor. Friſing. p. 319: *inſtinctu dilectiſſimae Gertrudis reginae* etc.

§. CXXXVI.

Beatricis, Friderici I Imp. coniugis, elogium.

Fridericus I Imp. priore repudiata uxore, Adelheida, Beatricem, Reinoldi comitis Burgundionum filiam, duxit, cuius ſingulare laudis encomium memoriae prodidit Hiſtoria rerum Laudenſium ap. LEIBNIT. c. l. p. 848: *Beatrix uero coniux ipſius Imperatoris fuit et ipſa nobili genere orta de Prouincia Burgundiae; mediocris ſtaturae, capillis fulgentibus auro, facie pulcherrima; dentibus candidis, bene compoſitis; erectam habens ſtaturam; ore puſillo, uultu modeſto, oculis claris, ſuauibus et blandis; ſermonibus pudica, manibus gracilis; et conſorti ſuo pleniſſime ſubdita, eumque timens ut Dominum, et diligens omnifariam ut uirum; litterata, et Dei cultrix.* Quam arduos labores Imperator apud Italos ſubierit, donec gentem iſtam pacatam redderet, ſatis notum eſt. Tandem, ſe fideles fore Friderico, ſacramento roborabant ciuitates nonnullae; prout nos docet CAROL. SIGON. L. XIV de regno Italiae p. 338 ſq. MVRAT. T. IV Antiquit. Ital. p. 291 ſq. diuulgauit Sacramentum fidelitatis a Dertonenſi populo praeſtitum Friderico I Imperatori, Henrico Romanorum regi eius filio, et Beatrici Auguſtae, Anno 1183.

Sacramentum fidelitatis Imperatori, filio ipſius et Auguſtae praeſtitum.

In nomine Domini IEſu Chriſti. Hoc eſt ſacramentum fidelitatis, quod iurauerunt conſules Dertonenſes Ido, Vbertus, et Buſcho, Ciues Dertonenſes Domino Federico Imperatori, et filio eius Regi Henrico, et Dominae Beatrici Romanorum Imperatrici Auguſtae; Ego iuro ad ſancta Dei Euangelia, quod ab hac die in antea ſemper ero fidelis Domino Federico Imperatori, et Domino Henrico Regi Romanorum, et Dominae Beatrici Imperatrici Auguſtae. Nec ero in facto, quod perdant uitam uel membra uel honorem.

Digitized by Google

§. CXXXVII. Et bona fide et ſine fraude iuuabo, eos tenere Regnum Italiae et honorem Coronae; et nominatim Ciuitatem Dertonae, et Epiſcopatum et Comitatum; et dare eis ciuitatem ad offenſionem et defenſionem. Et ſi perdiderint Regnum Italiae uel ciuitatem, et Epiſcopatum et Comitatum Dertonae, bona fide et ſine fraude iuuabo eos recuperare, et recuperata tenere. Et credentias, quas ipſi per ſe, uel per certos ſuos Nuntios mihi inſinuauerint, uel per literas, ſecretas tenebo, nec pandam ad detrimentum perſonarum, uel honoris eorum. Et pacem faciam omnibus amicis eorum et ſeruabo; et guerram uiuam faciam omnibus inimicis eorum; nec guerram recredutam faciam hoſtibus eorum et Imperii, ſecundum mandatum Domini Imperatoris, uel Domini Regis, uel Dominae Imperatricis, uel Legati, quem ipſi ad hoc factum deſtinauerint. Et nos operam dabimus bona fide et ſine fraude, quod omnes homines Ciuitatis Dertonae fidelitatem in hac eadem forma iurent Domino Imperatori Federico, et ſuo filio Regi Henrico, et Dominae Beatrici Auguſtae Imperatrici.

Anno Domini MCLXXXIII. Indictione I. Pridie Nonas Februarii.

§. CXXXVII.

Beatricis commemoratio diplomatica.

Etſi inde a Friderici I temporibus Imperatricum rarior, immo rariſſima commemoratio fiat in diplomatibus Caeſarum; ideo tamen a rebus imperii haud plane excludebantur Auguſtae, neque ipſarum conſilia ac preces contemnebant Imperatores. Beatricem aliquoties adhuc recordantur tabulae Friderici:

LVNIG. Continuat. Spicil. Eccleſiaſt. p. 968: *Obtulit nobis immunitates Pipini quondam Regis et Caroli nec non et Ludouici ac progenitoris noſtri Domini Henrici II diuae memoriae Imperatorum, in quibus inuenimus inſertum qualiter ipſi eandem Regalem Abbatiam Lutrenſem, ob amorem Dei tranquillitatemque fratrum ibidem Deo famulantium ſub pleniſſima defenſione et immunitatis tuitione ſemper habuiſſent, ſane ut recenti morbo uexationi, qua praefata laborat Eccleſia, auxilii noſtri noua medicina ſuccurreret, precibus ſupra dicti Abbatis inclinati, et petitione Beatricis dilectiſſimae conſortis noſtrae Imperatricis Auguſtae deuicti.*

TSCHV-

TSCHVDII Chron. Heluet. ad an. 1158: *interuentu Beatricis Imperatricis coniugis noſtrae* etc. §. CXXXVIII

DE FALCKENSTEIN cod. diplom. Antiquit. Nordgau. p. 37: *qualiter pia petitione dilectiſſimae conſortis noſtrae, Beatricis, Romanorum Auguſtae* etc

LAMBECIVS in Commentar. de Bibliotheca Caeſar. L. II p. 341 in priuilegio urbi Aquisgranenſi dato: *ad laudem et gloriam nominis Chriſti, et corroborationem Romani Imperii, et ſalutem dilectae conſortis noſtrae Beatricis Imperatricis* etc.

HVGO ſacrae antiquitatis monimenta T. I, p. 30 in Charta Friderici II a. 1217: *quod nos diuinae pietatis intuitu, et pro remedio animarum Diuorum Auguſtorum Patris et Matris noſtrae foelicis memoriae - - - - Monaſterium Sancti Quirici - - - ſub Noſtra ſpeciali protectione ac defenſione recepimus.*

§. CXXXVIII.

Conſtantia, Rogerii II Siciliae Regis filia, iam tricennalis, non ſexagenaria, uirgo matrimonium cum Henrico VI inibat. Falſa ac fabuloſa, quae de hac Conſtantia circumferuntur, confutat ROCCHVS PIRRVS in Chronolog. regum Sicil. p. 42. Curarum imperii partem ſuſtinuit; quis dubitet? ſed in regno ſuo hereditario Siciliae dominatum exercebat. Varia congeſſere documenta VGHELLVS, et ROCCHVS PIRRVS, quae, licet ad imperium Romanum haud omnino ſpectent, paulo diligentius intueri iuuat, ne quid in re diplomatica Auguſtarum deſideretur. Afferamus igitur Vghelliana diplomata a Conſtantia Auguſta data. **Conſtantiae Imperatricis diplomataria.**

Conſtantiae Imperatricis, Siciliae Reginae, literae confirmationis priuilegiorum Eccleſiae Roſſanenſis intuitu Coſmae Archiepiſcopi datae a. 1195. conf. VGHELLVS, in Italia Sacra. T. IX p. 294.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae.

Cum a Celſitudine noſtra ea ratione praeuia expetuntur, quae animo nos decet benigno concedere, ſupplicantium uotis aurem praeſtamus beneuolam, et quae iuſte poſtulant de conſueta miſericordia impertimur. Inde eſt, quod cum Coſmas uenerabilis Roſſan. **pro eccleſia Roſſanenſi.**

§. CXXXVIII Archiepiſcopus fidelis noſter per nuncios ſuos Maieſtati noſtrae attentius ſupplicaret, ut confirmaremus priuilegia, et inſtrumenta Eccleſiae ſuae a praedeceſſoribus noſtris recolendae memoriae clementer indulta, nec non homines, poſſeſſiones, oblationes, et uniuerſa tenimenta, quae ipſa Eccleſia in praeſentiarum iuſte poſſidet, uel in antea iuſto titulo poterit adipiſci, auctoritate huius noſtrae paginae communimus, et perpetuo confirmamus. Vniuerſis fidelibus noſtris ſub obtentu noſtrae gratiae prohibentes: quatenus iam dictae Eccleſiae Archiepiſcopatus Roſſani in hominibus, poſſeſſionibus, oblationibus, iuſtis tenimentis ſuis nullus praeſumat moleſtiam aliquam, uel grauamen inferre. Quod quicunque huic noſtrae celſitudinis edicto temerarius obuiator extiterit, Imperialis culminis iram incurret. Ad huius autem noſtrae confirmationis et protectionis memoriam, et inuiolabile firmamentum praeſens priuilegium conſcribi, et noſtrae Maieſtatis ſigillo cereo iuſſimus communiri.

Datum in urbe Panormi anno Dominicae Incarnationis 1195 menſe Madii, Indict. 14. Regnante Domino noſtro Henrico VI Dei gratia Romanorum Imperatore magnifico, et Rege Siciliae glorioſiſſimo ſemper Auguſto, anno Regni eius 25. Imperii uero 6. Regni Siciliae anno 2. feliciter. Amen.

Loco ✝ Sigilli.

pro eccleſia Panormitana.

Dederat Panormitanae eccleſiae comes Rogerius Villanos Caſalis lacus Nicotrae; id uero Caſale Gualterius Panormitanus Archiepiſcopus, eiusque eccleſiae Canonici dedere Raynaldo Notario, quia a Conſtantia Regina poteſtatem impetrauit, uillanos ab aliis detentos uindicandi. Tabulas porrigit ROCCH. PIRRVS in notit. I eccleſ. Panormitan. p. 87 ad a. 1196:

Conſtantia Dei gratia Romanorum Inperatrix ſemper Auguſta Regina Siciliae Praelatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, Iuſtitiariis, Camerariis, Baiulis, et uniuerſis, quibus litterae iſtae oſtenſae fuerint fidelibus ſuis gratiam ſuam, et bonam uoluntatem. Propoſuit celſitudini noſtrae Raynaldus Notarius, et fidelis noſter dicens, quod quidam Barones, et Baiuli Calabriae, qui ſuper marinarios ſunt, detinent ei uillanos ſuos de Caſali Lacus Nicotrae, quod

quod de Panormitana Eccleſia tenet: Vnde oſtenſis in Curia noſtra priuilegiis, et praelatis ab Illuſtriſſimo Comite Rogerio bon. mem. auo noſtro, et clariſſimo Rege Rogerio inclytae recordationis patre noſtro Eccleſiae Panormitanae de praedicto Caſali dudum indultis, ſupplicauit Maieſtati noſtrae, ut Villanos ipſos ei reſtitui praeciperemus, ut quia copiam de priuilegiis, et praelatiis ipſis ad tuitionem Villanorum poſſeſſionum praedicti Caſalis quotiens ei neceſſitas incumbit, habere non poteſt, rogauit attentius, ut nomina Villanorum, et diuiſas eiusdem Caſalis ſicut in dictis priuilegiis, et praelatiis continetur, in hoc ſigillo noſtro celſitudinis annotari faceremus. Eius itaque preces ſuper hoc benignius admittentes priuilegia, et Praelatias ipſas a ſamiliaribus Curiae noſtrae uideri praecipimus, quibus iuxta mandatum noſtrum diligenter inſpectis; ſicut in priuilegio, et praelatia iam dicti Regis Rogerii piae memoriae patris noſtri continetur. Nomina Villanorum praedicti Caſalis ſunt haec. Hic recenſentur nomina, quae omitto, ne longum faciam. Et quoniam ea, quae a progenitoribus noſtris Eccleſiis Dei pia deuotione collata ſunt, uiolenter ab aliquo non patimur detineri, ipſi Notario Raynaldo dedimus poteſtatem, ut ubicumque uel apud quemcunque praedictos Villanos, ſeu filios uel deſcendentes eorum, nec non excadencias, et ipſorum aporia inuenerit, liceat ei ex auctoritate magnitudinis noſtrae capere, et ad demanium iam dictae Panorm. Eccleſiae reuocare: mandantes firmiter uobis Iuſtitiariis noſtris, quatenus ſi praefati Barones, uel Baiuli; qui Villanos ipſos, et eorum aporia detinent, ipſi Notario Raynaldo iuxta mandatum noſtrum capere non permiſerint, uos ei, cauſſa diligentius inquiſita, tam ipſos Villanos, quam aporia eorum ab illis, qui eos detinent, reſtitui faciatis omni occaſione ceſſante: Diuiſae autem iam dicti Caſalis, ſicut continetur in priuilegio praefati Comitis Rogerii aui noſtri recolendae memoriae ſunt haec: Atallkari, ubi antiquo foſſata ſunt, et ſicut oſtendit uia magna Sfulam ad Orientem usque ad magnum montem, qui iacet ſuper Lacum, et uadit ad partem Auſtri cryſta magna eiusdem montis, et refundit ad magnum montem, qui dicitur Deczarbo, et deſcendit uerſus Occidentem Vallis termini Guiberti de Luci, et attingit ad finem Montis, et aſcendit uerſus meridiem finis montis usque ad praedicta foſſata, ac ideo uobis prafatis Iuſtitiariis noſtris praecipientes mandamus, quatenus diuiſas CXXXVIII

Digitized by Google

§. CXXXVIII uiſas ipſas diligenter uideatis; et ſi quid de diuiſis ipſis, uel poſſeſſionibus, quae infra easdem diuiſiones continentur, uſurpatum ab aliquo fuiſſe uideritis, eidem Notario Raynaldo reſtituatis, et ne de diuiſis, et poſſeſſionibus, quae infra diuiſiones continentur, iniuſtum, uel moleſtia quaelibet ab aliquo inferatur. Vobis etiam Baiulis praecipimus, et ſub obtentu noſtrae gratiae prohibemus; quatenus nullus ueſtrum ſupradictis Villanis eiusdem Raynaldi Notarii noſtri moleſtiam aliquam, uel grauamen, ſeu exactionem, praeter ſolitum inferre praeſumat: quod ſi quis facere praeſumſerit, iram noſtri culminis ſe nouerit incurſurum.

Dat. Panormi 15 die menſis Aprilis 14. Indict.

Priuilegium Conſtantiae Imperatricis, Siciliae Reginae, conceſſum Eccleſiae Squillacenſi, ad petitionem Vgonis huius Eccleſiae Epiſcopi a. 1196, in quo donationem Rogerii confirmauit, aliaque aſſeruit. VGHELLVS. c. l. p. 431.

2. pro eccleſia Squillacenſi.

Conſtantia fauente diuina clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae.

Inter reliqua humanae ſollicitudinis exercitia, quae opera uidentur portendere pietatis, ea potius ad ſalutem proficere uidimus animarum, cum uiſcera pietatis, et miſericordiae Chriſtianae Religioni conſueta relaxamus clementia, et ad protegendum ſacro ſanctas Eccleſias, et iura eis integre conſeruanda operam apponimus, et curam extendimus principalem. Attendentes itaque deuotionem, et grata ſeruitia Vgonis Venerab. Squillacen. Eccleſiae Epiſcopi noſtrae Celſitudini deuotius ſupplicantis, ut renouando confirmaremus, et priuilegium Eccleſiae ſuae ab Illuſtri Comite Rogerio auo noſtro diuae record. clementer indultum, et poſtmodum a D. Patre noſtro famoſiſſimo Rege Rogerio inclytae memoriae confirmatum. Preces eius utpote ratione ſubnixas benignius admittentes, memoratum priuilegium ſibi, et Eccleſiae ſuae de innata manſuetudinis noſtrae clementia confirmamus. Quod ſiquidem priuilegium dum noſtrae fuiſſet curiae praeſentatum, et ab ea diligenter inſpectum, talem ipſius comprehendimus fuiſſe continentiam, et tenorem.

In

In nomine Domini noſtri IEſu Chriſti. Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione quinta. §. CXXXVIII

Ego Rogerius Siciliae Comes, et Calabriae una cum uxore mea Adelaſia attendens, etc. ſicut ſupra, usque Amen. Deinde ſubdit Conſtantiae priuilegio. Praecepi etiam ut in hoc ſigillo ſcribantur nomina Villanorum, quos praedicto Epiſcopo conceſſi, et ſucceſſoribus eius, uidelicet apud Villadam Coſta Notarius cum filiis, Nicolaus Rodocallus cum filiis, Baſilius Platopodii cum filiis, Ioſeph Platopodi cum filiis, Arcadius Papamineni cum filiis, Coſmus de Trallis cum filiis, Grifo cum filiis, filiis de Condo Nicola, Leo, et Petrus filii Ioannis Presbyteri, Theopiſtus Nuceta, Michael, Leo Bochi cum filiis, Coſta Attopoli cum filiis, Nicolaus Tomatura cum fratre et filiis, Petrus Captius cum filiis; Ioannes Erſilius cum nepotibus, Arcadius et Cola cum filiis, Baſilius Cutellus cum filiis, et fratre filii Carrara, Leo, Petrus, Nicolaus Kalotericalli cum Baſilio fratre ſuo, et filiis, filii Gregorii de Calli, Baſilius Afframas cum filiis, Leo frater illius cum filiis, filii Gregorii Melliſſarii, Andrea Cundro cum filiis, Ioannes de Codalii cum filiis, Leo de Codalii cum filiis, Theodorus cum filiis, Coſta Caprarus cum filiis, Malafaga cum filiis, Ioannes de Criſi cum filiis, et fratre illius Petrus. Hi omnes ſunt in territorio Squillacii. Apud Stylum, et Caſtellum Alare ſunt filii Hebye Figuli, Coſta, Ioannes, Nicolaus cum filiis illorum, Ioannes Francus, et Nicolaus filius fratris eius, Criſoleus filius Papae Coſtae, filii Didiali Baſilius, et Ioannes, filii Didileiſi, Baſilius, et Coſta filii Didileiſi, Coſmas, et Leo, Romandus, Theodorus, Nuciforus filii Nicolai iſtorum frater, Petrus, et Coſta, Leo de Sofia cum filiis, et filii Coſtae de Sofia, Leo et Baſilius cum filiis illorum, Andreas Francus cum filiis, Ioannes Traditor cum filiis, filii Vrſonis Kacontus, Michael et Vrſo cum filiis eorum, Andreas Cosquinas cum tribus filiis, Ioannes Notarius cum filiis, Baſilius et Leo cum filiis eorum, Ioannes Scolarii cum filiis, Pancalus eius filius, Ioannes Francus filius Nucifori, Ioannes Caſimiri cum filiis, Leo Scilliotus, Ioannes Siculo cum filiis, Nicolaus Siculo cum filiis, Leo Spano cum filiis, Baſilius de Mammi, Ioannes de Mantti cum filiis, Leo de Minniti, et Nicata Cloſtaria cum filiis, Biturus, Sideros, Ioannes Magiſter cum filiis, Miceta Turpati filius de Anaſtaſio, Nico-

CXXXVIII Nicolaus Turpati cum filiis illorum, Coſta Spanos, Papa Andrea, Philippus de Mammi, Nicolaus de Mammi, Nicolaus de Megaliis cum filiis, Baſilius gener Cuſentinei, Nicolaus Cuſentinus, Andreas Cuſentinus, Leo de Trabo, Leo de Monacha cum filiis eorum. Apud Squillac. filii Presbyteri Leonis de Calandra, filii Presb. Alexii, filii Presb. Vrſeoli, filii Presb. Theodori Buttiſti, filii Presb. Bonelli, filii Presb. Baſilii Carioti, Nuciforus, et Caloirus, filii Presb. Gregorii Pudalii, Leo, Nicolaus, Baſilius, et Arcadius, Presb. Nuciforus, Genermizarus cum filiis, Presb. Coſta, Lardufura cum filiis, Maunaus Protopapa cum filiis, Baſilius Archidiaconus cum filiis, Presb. Vrſo Zappacunni cum filiis, filii Presb. Sparrarati, Gregorius, Stephanus, et Ioannes, Leo Primicerius cum filiis, Presb. Baſilius Fraxitanus cum filiis, filii Presb. Andreae, Georgius Kaliuati, Presb. Nicolaus Marraſtacti cum filiis, Presbyter Nicolaus de Agello cum filiis, Presb. Nicolaus de Viuello cum filiis, Caloirus Primicerius cum filiis, Presbyter Arcudius Tahulari cum filiis, Leo, et Michael Mixtra Protopapa cum filiis, Presbyter Baſilius Romeus cum filiis, Leo Figulus, Leo Presbyter Cruxi cum filiis, Leo de Carcos cum filiis, Sergius Politi cum filiis, Baſilius Antolicos cum filiis, Vrſo Boſcos. Haec ſunt nomina uillanorum, quos ego praedictus Comes Rogerius conceſſeram ſancto Matthaeo in dedicatione illius, et Armenfredo Capellano, ut illos poſſideret quandiu uiueret, cum culturis de ſancto Clerico et ſancto Elia; poſt mortem uero ipſius dimitteret matrici Eccleſiae ſanctae Mariae Epiſc. Chriſtophoro, et ſucceſſoribus illius, uidelicet filii Gregorii domeſtici, filii Papae Leonis muſico, Nicolaus de Presbytero Bonello, Leo genere Pyrrhae, Ioannes Vuallardus, Theodorus Contaraſus, Ioannes de Areſi, Baſilius Drungarius, Nicolaus Schepaſtos, Capruia de Silira, Leo Clauſeladri, optadios de Sabei, Baſilius Candolutus, Papa Gregorius Cariotti cum filiis; Inſuper confirmamus memorato Venerab. Squillacen. Epiſcopo, et Eccleſiae ſuae feudum Baldumi, ſicuti continetur in priuilegio extremo a Rege Rogerio nepote noſtro bon. mem. clementer indulto, et molendinum etiam conceſſum ei ab Adelicia comitiſſa Squillacii fideli noſtra, iuxta quod in priuilegio ab eadem comitiſſa ipſi Eccleſiae facto aptius declaratur. Nec non et tenimentum Matermoniae, ſicut continetur in priuilegio, quod ibi habet Marchiſia praedicta, uolumus, et mandamus, ut de Adulteriis iudi-

Digitized by Google

iudicantis perſonae ſe non intromittant de caetero ſaeculares, ſi quis CXXXVIII
de Parochia et Dioeceſi praedictae Squillacenſis Eccleſiae de adulterio accuſatus, et in eo deprehenſus fuerit ad Judicium curiae ipſius Eccleſiae, in qua adulteria iudicari debent conſiſtat, et in curia eiusdem Eccleſiae iudicetur, et corrigatur, excepto ſi per inſultum, uel uiolentiam adulterium ipſum committatur. Quodſi acciderit, iudicetur ab ipſa Eccleſia de ipſo adulterio de hoc quod ſpectat ad iudicium ipſius Eccleſiae, et de hoc quod ſpectat ad iudicium Curiae noſtrae, uidelicet de inſultu, et uiolentia iudicetur ab ipſa Curia noſtra. De perſonis uero Clericorum uolumus, et iubemus ut ſi aliquis Clericus totius parochiae, et ditionis praedictae Squillacen. Eccleſiae de aliquo foris facto, de quo perſona ſua iudicari, et condemnari debeat appellatus fuerit, non a perſonis laicalibus, nec in earum curia, ſed in curia Eccleſiae de hoc, quod ad perſonam ſuam ſpectat, iudicetur, et corrigatur, ſicut conuenit, iuxta canones, et ius Eccleſiaſticum, excepto ſi aliquis clericus fuerit appellatus de proditione, uel alio huiusmodi magno maleficio, quod Maieſtati noſtrae uideatur obuiare. Quod ſi acciderit, uolumus, et praecipimus, ut de hoc quod ſpectat ad iudicium eccleſiae iudicetur ab ipſa eccleſia, et de hoc quod ſpectat ad iudicium curiae noſtrae, iudicetur ab ipſa curia noſtra. Si uero aliquis clericus de haereditate, et aliquo teſtamento, quod non ab eccleſia, ſed a perſonis ſaecularibus, ſiue per patrimonium, ſiue aliter in terris earum teneat, appellatus fuerit, uolumus, ut de hoc in curia illius, in cuius terra poſſeſſiones, et tenimenta habuerit, reſpondeat; et quod iuſtum fuerit, faciat, non tamen ut perſona eius exinde capiatur, aut incarceretur. Poſtremo Baiulis noſtris praecipimus, ut ad praedicta adulteria coercenda, et corrigenda ipſi Vgoni Venerab. Squillacenſi Epiſcopo fideli noſtro, in quibus opus fuerit, auxilium tribuant. Haec autem omnia uolumus inuiolata ſeruari ſaluo in omnibus mandato, et ordinatione Domini noſtri inuictiſſimi Imperatoris, et noſtro, et haeredum noſtrorum. Vt autem huius noſtrae liberalitatis confirmatio inconcuſſa permaneat, et perpetuae robor obtineat firmitatis, praeſentem exinde conſcribi paginam, et noſtrae Maieſtatis bulla cerea iuſſimus roborari anno, menſe, et indictione ſupra ſcriptis.

Datum in Vrbe Felici Panormi an. Dominicae Incarn. 1196. menſe Iunii 15 Indict.

Hh Loco

6. CXXXVIII Loco ✝ Sigilli inpenden. in cordula ſerica rubea cerae rubeae in capſula lignea appoſitae cum literis et imagine ipſius praenominatae Imperatricis.

Priuilegium Conſtantiae Imperatricis, in fauorem Eccleſiae Cuſentinae dato a. 1196. 23 Iulii. Ind. 14. VGHELL. c. l. p. 197.

3. pro eccleſia Cuſentina. Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae, Rogerio de Calo, et Conſtantino de Tauromonte Magiſtro Duanae dilectis fidelibus ſuis gratiam ſuam, et bonam uoluntatem. Venerabilis Cuſentinus Archiepiſcopus fidelis noſter expoſuit, et conqueſtus eſt celiſitudini noſtrae dicens, quod cum iam alia uice noſtra ſerenitas baiulo Cuſentiae praecipiendo mandauit, ut integras decimas noſtras tam de uictualibus, quam de aliis redditibus noſtris Eccleſiae perſolueret mandatum noſtrum, ut aſſerit diſtulit adimplere. Vnde quia de uoluntate Domini noſtri magnifici Imperatoris, et noſtra eſt, ut debitae Dei Eccleſiis decimae integre et ſine diminutione ſoluantur, mandamus uobis, et firmiter praecipimus, quatenus omni mora, et occaſione ceſſante, decimas Cuſentiae tam de uictualibus, quam de aliis redditibus noſtris faciatis Eccleſiae Cuſentinae cum eodem baiulo noſtro integre, et ſine diminutione perſoluere, ut noſtra celſitudo de caetero nullum inde ualeat audire clamorem.

de decimis exſoluendis.

Datum Panormi 23 die menſis Iunii, 14 Indict.

Priuilegium Conſtantiae D. G. R. Imperatricis conceſſum Eccleſiae Pinnen. VGHELL. c. l. Tom. I p. 1129.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix, et Regina Siciliae ſemper Auguſta. Comitibus, Iuſtitiariis, Baronibus, Camerariis, et uniuerſis Baiulis cuilibet de Parochia, et Dioeceſi Pennenſis Epiſcopatus fidelibus ſuis gratiam, et bonam uoluntatem.

4. pro eccleſia Pinnenſi. Oddo uen. Epiſcopus Pennenſis fidelis noſter, oſtendit Maieſtati noſtrae dicens, quod Eccleſia ſua priuatur et diminuitur a uobis de iure ſuo, uidelicet Eccleſiaſticis adulteriis, quae non permittitis diſponi, ordinari, iudicari et cognoſci, et corrigi ad curiam ipſius Eccleſiae, licet debeat, et de perſonis clericorum, quae a uobis, ut laici iudicantur, capiuntur et incarcerantur; quod ſi uerum eſt,

eſt, admodum diſplicet, et graue ferimus; non enim decet, neque uolumus, ut ea quae ab Eccleſia coerceri, ut iudicari debent, a uobis iudicentur, et puniantur. Quare mandamus uniuerſitati ueſtrae, et praecipimus, ut de Eccleſiaſticis ordinandis, adulteriis iudicandis non uos intromittatis, ſed ſi quis de Parochia, uel Dioeceſi praedictae Pennenſis Eccleſiae de adulterio fuerit accuſatus, uel in eo deprehenſus, ad iudicium ipſius Eccleſiae, in qua tam omnia ſupradicta, quam ipſa adulteria diſponi, et iudicari debent, conſiſtat; et a curia ipſius Eccleſiae diſponantur, iudicentur, et coarctentur, excepto ſi per inſultum, et uiolentiam adulterium committitur: quod ſi acciderit, iudicentur ab ipſa Eccleſia de ipſo adulterio, quod ſpectat ad iudicium ipſius Eccleſiae, et de eo hoc quod ſpectat ad iudicium curiae noſtrae et de inſultu et uiolentia iudicentur ab ipſa curia noſtra. De perſonis autem clericorum uolumus et iubemus, ut ſi aliquis clericus totius Parochiae uel Dioeceſis Pennenſis Epiſcopatus de aliquo foris facto, de quo de perſona ſua, iudicari, uel condemnari debeat, appellatus fuerit, non a uobis, neque a curia ueſtra, licet ab Eccleſia, et in curia Eccleſiae de hoc quod ad perſonam eius ſpectat, iudicetur et corrigatur, licet conuenerit iuxta Canones et Ius Eccleſiaſticum, excepto ſi aliquis fuerit appellatus de proditione, uel aliquo huiusmodi magno maleficio, quod ſpectat contra Maieſtatem noſtram. Quod ſi acciderit, uolumus et iubemus, ut de hoc quod ſpectat ad iudicium Eccleſiae, iudicetur ab Eccleſia, et de hoc quod ſpectat ad iudicium curiae noſtrae, iudicetur ab ipſa curia noſtra. Si uero aliquis clericus de haereditate, uel aliquo tenimento, quod non ab Eccleſia, licet a uobis, ſiue per patrimonium, ſiue aliunde in terris ueſtris teneat, fuerit appellatus, uolumus, ut de hoc in curia illius, in cuius terra poſſeſſiones, uel tenimentum habuerit, reſpondeat, et quod iuſtum fuerit, faciat, non tamen ut perſona exinde capiatur et incarceretur. De Eccleſiis autem, quae ad ſolam Pennenſem Eccleſiam nullo mediante ſpectare uidentur, ſtatuimus, et iubemus, ut liceat ipſi Epiſcopo ipſas Eccleſias ordinare, diſponere, et corrigere, ſicut Archiepiſcopi et Epiſcopi Regni Siciliae et Apuliae melius unquam ordinant, et diſponunt. Praeterea uobis Iuſtitiariis, et Baiulis praecipimus, ut tam adulteria coercendo, quam Clericos defendendo, et eccleſias ordinando eidem uen. Epiſcopo fideli noſtro, in quibus opus fuerit,

§. CXXXVIII

Iurisdictionis eccleſiaſticae et ſaecularis colliſio.

§ LXXXVIII rit, auxilium impendatis, ſaluis tamen in omnibus mandato et ordinatione D. noſtri ſereniſſimi Imperatoris et noſtra, et haeredum noſtrorum.

Datum Panormi ann. Dominicae Incarnationis 1197. menſe Aprilis, XV Indictionis.

Conſtantiae Rom. Imperatricis Priuilegium Monaſterio Florenſi conceſſa. VGHELL. c. l. Tom. IX p. 195. Authographum aſſeruatur in tabulario Coenobii Florenſis.

In nomine ſanctae, et Indiuiduae Trinitatis. Amen.

Conſtantia diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae.

§. pro monaſterio Florenſi. Cum omnia humanitatis opera, quae pietatis conferuntur intuitu, ſtabile apud Deum habeant firmamentum, illud praecipue aeternas nobis promeretur diuitias, quod locis religioſis, et Chriſti pauperibus impartimur. Inde eſt, quod ad petionem tuam uenerabilis Abbas Ioachim benignum habentes reſpectum, pro remedio animarum Domini patris noſtri famoſiſſimi Regis Rogerii diuae recordationis, et Dominae Beatricis illuſtriſſimae Reginae matris noſtrae; nec non pro ſalute noſtra, et dilectiſſimi filii noſtri Friderici glorioſi Romanorum, et Siciliae Regis confirmamus, et in perpetuum tibi, et ſucceſſoribus tuis, ac Monaſterio tuo ſancti Ioannis de Flore, poſſeſſiones, et donationes, ſeu etiam libertates, quae factae ſunt tibi, et eidem Monaſterio tuo, a Domino Henrico glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, et Rege Siciliae cariſſimo quondam uiro noſtro, concedimus, et donamus tibi, tuisque ſucceſſoribus in antedicto Monaſterio tuo de Flore terras laboratorias, aquas, et ſyluas adiacentes eidem monaſterio a uado fluminis Neheti, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclauis, ſicut uadit uia ipſa uerſus Meridiem per petram Caroli Magni, et per terraticum usque ad uadum Sabbuti, et ab ipſo uado uerſus Ortum ipſius fluminis usque ad alucum ampullini, et deſcendit idem fluuius usque ad eum locum, ubi miſcetur flumini Neto, et aſcendit terminus per alueum eiusdem fluminis Neti, et uadit ultra flumen per fines monaſterii SS. Trium Puerorum, et monaſterium Abbatis Marci usque ad uiam, quae

quae uenit a ciuitate Acherenteae, et uadit per partium, quae uide- §. CXXXVII
licet non manet in confinio a parte Aquilonis usque ad locum, qui
dicitur Fraſſinetum, et exinde reuertitur terminus ad alueum fluminis Neti, et aſcendit idem alueus usque ad uadum, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclauis, et concludit in priori fine. Concedimus praeterea, et confirmamus tibi et iam dicto monaſterio tuo de Flore tenimentum Fluce ſitum in maritima Calabriae, ac libera paſcua omnium mandrarum praenominati monaſterii Floris, et aliorum quorumlibet animalium, quae illuc immittere libet, prohibentes, ut nemo uobis in eodem tenimento aliquam moleſtiam inferat, aut ibi ſua, uel aliorum hominum animalia ſuperinducat, ſeu aliquo modo paſtoribus, et animalibus, quae ſub cura illorum ibi fuerint, damnum, uel iniuriam facere praeſumat. Inſuper concedimus tibi, et ſaepe dicto monaſterio Floris per totam Calabriam libera paſcua pro animalibus Eccleſiae tuae absque herbatico et fundatico, permittentes, ut liceat Fratribus, et hominibus monaſterii tui libere percipere ſalem per ſalinas Calabriae, emere quoque et uendere absque omni exactione, et tranſire libere terra, marique inſula uobis ubique per terram domanii noſtri plateatico, et praeſtagio. Ad haec concedimus, et confirmamus tibi, et monaſterio tuo quinquaginta bizantios aureos percipiendos annis ſingulis absque aliqua diminutione de ſalina Neti, quae eſt prope Caluiomariam, aut ante feſtum S. Ioannis Baptiſtae, aut in ipſa feſtiuitate. Ipſumque monaſterium ſupradictum de Flore, et monaſteria, quae de nouo fundaſti in loco qui olim dictus eſt Caloſuber, nunc autem bonum lignum, et in loco qui dicitur Taſſitanum, et monaſterium Abbatis Marci, quae et ipſa ad tuam curam, conſtitutis ibi a te Praelatis pertinere noſcuntur, et ſi qua te, uel Fratres tuos alia in futurum largiente Domino aedificare contigerit cum omnibus poſſeſſionibus, et bonis ſuis, Fratres, et homines et loca ueſtra ſub noſtra ſpeciali protectione, et defenſione ſuſcipimus, confirmantes uobis hactenus acquiſita, et in antea iuſto titulo acquirenda, et inſultum in uos, homines, poſſeſſiones, et res ueſtras temerarium penitus prohibentes: praecipimus firmiter ex omnibus, quae per priuilegia Domini Sereniſſimi Imperatoris quondam uiri noſtri, et hoc quoque noſtro priuilegio uobis conceſſa ſunt, et quaecunque tam inſtabilibus rebus quam mobilibus poſſidetis nullus praeſumat uiolenter auferre, aut

5. CXXXVIII in terris et poſſeſſionibus monaſterii ueſtri habitationem facere, aut - - - - - abſque uoluntate, et conceſſione ueſtra, et hoc quandiu uobis placuerit audeat laborare, aut laboranda animalium ueſtrorum paſcua impedire, ita tamen ut ſi alicui abſque domus grauamine conceſſum fuerit de iure terrarum, in quibus operatus fuerit, uobis et monaſterio Floris reſpondeat abſque dolo ſecundum quod uobiſcum poterit conuenire nec licere, aut ſcripta aliqua uigorem habeant contra huius noſtri priuilegii tenorem, ueritate tacitata impetrare: ſi quis autem contra hoc uenire tentauerit, et aliquid de poſſeſſionibus, aut rebus monaſterii ueſtri auferre praeſumpſerit, et id quod ablatum fuerit, abſque dilatione, et diminutione aliqua reſtituat, et pro contemptu mandati noſtri poenam ſuſtineat transgreſſionis. Ad huius autem conceſſionis, et confirmationis noſtrae memoriam, et inuiolabile firmamentum praeſentem inde conſcribi paginam, et noſtrae ſublimitatis bulla cerea iuſſimus communiri.

Datum in ciuitate Meſſanae, anno Dom. Incarn. 1198 menſe Ianuarii, primae Indict. Regnante D. noſtra Conſtantia Dei gratia glorioſiſſima Romanorum Imperatrice ſemper Auguſta, et excellentiſſima Regina Siciliae, et Friderico Romanorum et Siciliae Rege cariſſimo filio eius anno - - - - feliciter. Amen.

Locus ✝ Sigilli pendentis.

Priuilegium Conſtantiae Imperatricis Siciliae Reginae, in gratiam Paſchalis Eccleſiae Roſſanenſis Archiepiſcopi datum a. 1198. VGHELLVS c. l. Tom. IX p. 295.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae.

6. pro eccleſia Roſſanenſi. Cum a celſitudine noſtra, ea ratione praeuia expetuntur, quae animo decet benigno concedere ſupplicantium uotis, et aurem praeſtamus beneuolam, et quae iuſte poſtulant de conſueta miſericordia impartimur. Inde eſt, quod cum tu Paſchalis uenerabilis Roſſanenſis Archiepiſcopus fidelis noſter ueniſſes ad praeſentiam noſtram, et ſupplicaſſes attentius Maieſtati noſtrae, ut concederemus tibi, et Eccleſiae tuae de noſtro demanio terras laboratorias in tenimento Roſſani

Digitized by Google

Roſſani in loco, qui dicitur miliarium, et terras, et tenimentum CXXXVIII 6.
Pluppiae, ut inferius terminatas. Nos autem intuitu Dei, et pro remiſſione peccatorum Domini magnifici Imperatoris legitimi quondam uiri noſtri de innata ſolius noſtri clementia ad preces, et ſupplicationes tuas in ſupradicto tenimento ciuitatis noſtrae Roſſani terras dictas Miliarii, et terras, et tenimentum totum Pluppiae tibi, et Eccleſiae tuae libere, et ſine aliquo ſeruitio ad tuam, et memoratae Eccleſiae utilitatem, et proficium perpetuo iure proprietario concedimus, et donamus. Fines uero terrarum ſupradictarum Milliarii ſunt hi. Ab Oriente terra haeredum Rogerii de Ainurito, ab Occidente Athlinii Luciferi, a ſeptentrione ripa maris, a Meridie uia publica. Terrarum autem, et tenimenti Pluppiae fines ſunt hi. Ab Oriente flumaria Trionti, ab Occidente flumaria Honopnige, a Septentrione ripa maris, et a Meridie uia magna publica, quae ducit per medium foreſtae, et dicitur ſanctae Paraſceuae praeter terriculam Theodori Maleni, et haeredum Erebichi, quae concluduntur in his confinibus. Ad huius autem conceſſionis, et donationis noſtrae memoriam, et inuiolabile firmamentum, ut praefata Roſſanenſis Eccleſia terras ipſas, et tenimentum pacifice, quiete, libere, et ſine aliquo ſeruitio ad ſuam utilitatem teneat, et poſſideat in perpetuum praeſens priuilegium ſubſcribi, et noſtrae maieſtatis ſigillo cereo iuſſimus roborari anno, menſe, et Indict. ſubſcriptis.

Datum Meſſanae anno Dominicae Incarnationis 1198. menſe Februarii primae Indict.

Conſtantiae Imperatricis alterum diploma in gratiam Berardi, tunc Archiepiſcopi Meſſanenſis, Aſculanae Eccleſiae conceſſum. VGHELL. c. l. T. I p. 461.

Conſtantia, Dei gratia, Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae.

Per hoc praeſens ſcriptum notum facimus uniuerſis praeſentem paginam inſpecturis, quod dilectus fidelis noſter Berardus Re- 7. pro eccleſia Aſculana.
uerendus Meſſanae Archiepiſcopus, et Gulielmus de Litiano fidelis noſter deuotionem, et ſynceritatem, quam Vener. Aſculanus Epiſcopus fidelis noſter erga nos, et benedictum filium noſtrum Federicum Romanorum, et Siciliae Regem gerit, diligentius exponentes

pro

§. CXXXVIII pro parte ſua Serenitati noſtrae clementia confirmamus, et quidquid Eccleſia Aſculana infra Regni noſtri limites habere, et tenere agnoſcitur. Nos autem ad preces eiusdem Vener. Archiepiſcopi, et memorati Gulielmi fidelis noſtri, attendentes etiam fidem, et deuotionem, quam idem Vener. Aſculanus Epiſcopus de noſtro ſereniſſimo Imperatore recolendae memoriae, et nobis fideliter exhibuit, et maiora nobis, et benedictio filio noſtro exhibiturus eſt, de ſolita munificentiae noſtrae gratia, ipſi Vener. Aſculano Epiſcopo, et Aſculanae Eccleſiae concedimus, et confirmamus quicquid ipſa Eccleſia infra Regni noſtri limites habere, et poſſidere dinoſcitur.

Datum Meſſanae, 6 die menſis Martii, primae indict. Anno ſcilicet a Chriſto nato 1198.

Berardi archiep. Meſſan. abſentiam in Friderici coronatione approbat.

Quum a. 1198 Fridericus Panormi corona regni inaugurаretur: Conſtantia huic Archiepiſco Berardo, aliis negotiis occupato, neceſſitatem, qua ſolennitati iſti intereſſe conueniebat, remiſit. Litteras legimus in ROCCHI PIRRI eccleſiae Meſſanenſ. Not. II p. 297:

Conſtantia Dei gratia Imperatrix ſemper Auguſta, et Regina Siciliae Berardo uenerab. Meſſan. Archiep. fideli ſuo gratiam ſuam, et bonam uoluntatem. Honeſtatis tuae litteras, quas noſtrae celſitudini deſtinaſti, recepimus, et earum bene nouimus intellectum, quod per eas attentius ſupplicaſti, quatenus intereſſe coronationi cariſſimi filii noſtri Friderici Illuſtris Romanorum, et Siciliae Regis; noueris - - - quod licet ex dignitate Eccleſiae tuae ipſi coronationi intereſſe tenearis, tamen ut praeiudicium dignitatis Eccleſiae tuae non fiat, quia praeſentia tua in partibus ipſis pro noſtris ſeruitiis multum eſt neceſſaria; uolumus, et mandamus, ut remaneas omine fortunato; quia hanc abſentiam, quaſi praeſentiam reputamus. Datum Panormi ultimo menſis Aprilis Ind. prima. Aliae etiam extant eiusdem ſententiae litterae. *Conſtantia etc. Clero, Straticoto, Iudicibus, et uniuerſo Populo Meſſanae fidelibus ſuis gratiam ſuam, et bonam uoluntatem. Notum facimus fidelitati ueſtrae, quod licet Venerab. Meſſanenſis Archiepiſcopus fidelis noſter ex dignitate Eccleſiae ſuae coronationi cariſſimi filii noſtri Friderici Romanorum, et Siciliae Regis intereſſe deberet; tamen quia praeſentia eius in partibus ipſis pro noſtris ſeruitiis eſt neceſſaria, uolumus, et mandamus, ut remaneat, non tamen*

Digitized by Google

tamen in poſterum dignitatis Eccleſiae ſuae eius abſentia praeiudicium faciat. Dat. Panormi ultimo menſis Aprilis Ind. I. §. CXXXVIII

In Theſauri Antiquitatum et Hiſtoriarum Siciliae Vol. VI inter LEONHARDI AVGVSTINI numiſmata Tab. CXCIII n. 8 ſigillum depingitur, quo Imperatrix Conſtantia confirmauit aliquot donationes, factas a Godefrido Borello Eccleſiae Meſſanenſi; ſeruatur in inferiori Camera Campanilis Eccleſiae Maioris iſtius urbis. In noſtris tabulis illud conſpicitur num. 11. In dicti Theſauri cit. loc. offendimus etiam monetas auctoritate Conſtantiae imperatricis cuſas, ſed iſte numus, qui tab. CXCIII n. 7 occurrit, atque tum Henrici tum Conſtantiae effigiem refert, commentitius eſt. §. CXXXVIIII n. 7. Conſtantiae ſigillum.

Conſtantiae Diploma, in qua confirmat omnia Priuilegia Angeli Tarentini Archiepiſcopi. VGHELL. c. l. Tom. IX p. 134.

In nomine Sanctiſſ. et Indiuiduae Trinitatis. Amen. §.

Conſtantia diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta et Regina Siciliae. pro eccleſia Tarentina.

Imperialis celſitudinis - - - - - Eccleſiarum quieti proſpicere, et iura ipſarum nec ullius priuatis - - - - - hinc eſt quod cum tu dilecte fidelis noſter uenerabilis Tarenti Archiepiſcopus ad magnam praeſentiam noſtram acceſſiſſes, et priuilegium indultum tibi, et Eccleſiae a Sereniſſimo Domino, et uiro noſtro Henrico recolendae memoriae - - - - - - - a noſtra celſitudine quod priuilegium aurea inſignitum bulla offerri nobis duximus et perlegi diligenter, ac exemplare igitur - - - - - - praedictam Eccleſiam, et cum omnibus qui in praeſentiarum rationabiliter poſſidet, uel in futurum iuſtis modis poterit adipiſci ſub imperio maieſtatis noſtrae, ac defenſione ſuſcipimus, et praeſenti priuilegio communimus, imperiali ſtatuentes edicto, ut quaecumque priuilegia, et iura, quaecumque bona praedicta Eccleſia hactenus habuit in ciuitate Tarenti - - - - - - de munificentia noſtra poſſidet tibi tuiſque ſucceſſoribus firma ſint, et permaneant illibata in quibus ſpecialiter, et expreſſius concedimus, et confirmamus tibi, et Eccleſiae tuae - - - quos in ciuitate habuit temporibus Illuſtriſſimae memoriae Domini Rogerii, et Guiglielmi Regum, et nunc per reſtitutionem noſtram habere dignoſcitur, et quid-

§. CXXXVIII quid iuris, et conſuetudinis anteceſſores tui in praedictis hominibus, uineis, terris, animalibus, domibus, ſiue quibuscumque rebus aliis habuerunt quaecumque a praedeceſſoribus tuis in diſpendium Eccleſiae alienata ſint uel conceſſa a quacumque malitia, uel uiolentia uſurpata, ſiue quod temporibus Tancredi de iuſtitiis Eccleſiae ſubtracta ſint reuocandi, et uendicandi tibi, et Eccleſiae tuae liberam concedimus poteſtatem ius libere affidandi tam in ciuitate quam in aliis locis tuis ſicut Eccleſia tua temporibus dictorum Regum, et Principum habuit, et nunc habet, et ſpecialiter apud Saletam quam nuper de licentia noſtra reaedificare coepiſti nosque perfici, et conſumari concedimus firmum tibi, et ipſi Eccleſiae illibatum, etc. permaneat, nec ulli liceat affidentes, uel affidandos homines in ciuitate, uel aliis locis exactionibus, uel aliquibus moleſtiis pergrauare occaſione alicuius mandati, uel reſcripti obtenti contra libertatem indultam ipſi Eccleſiae, et conſuetudinem diutius obſeruatam. Sacerdotes praeterea, tam Latinos quam Graecos, et alios Clericos tuae Dioeceſis eorumque filios poſt ſacros Ordines, et iurisdictionem plenariam ſuper ipſis, et Eccleſiae concedimus, ita tamen quod de iuſtitiis dumtaxat patrimonii, quod habent - - - - - - decimas etiam omnium reddituum noſtrorum omniumque prouentuum Baronum cum piſcatoriis Barcis domibusque quas in ipſa ciuitate habes, domum quoque Brazuli, quae coepta eſt ſique mane paruum quam ex conceſſione noſtra poſſidet habendam, et conſumandam tibi, et Tarentinae Eccleſiae confirmamus, et quia inter Eccleſiam, et baiulos ciuitatis de ſolutione Decimarum ſcandalum oritur, et iure ſuo Eccleſia defraudatur tibi, et tuis ſucceſſoribus autem liberam indulgemus conſtituendi nuntios cum gripariis per integras decimas omnium reddituum noſtrorum recipiant, et ſumma ipſarum decimarum excreſcat ſecundum id quod baiulis pro ipſa baiulatione dare contingit terminum piſcariarum Pontis ſecundum quod ſtatuti fuerint, et conſeruati usque ad obitum Illuſtriſſimae memoriae Regis Guiglelmi II et piſcarias Eccleſiae nullus transgredi, uel uiolare praeſumat, mutatam, et regiolanum, quae primo conceſſa Abbati Vrſariae poſt modum a praedicti Domini, et uiri noſtri munificentia recepiſti ſatisfacturus de pecunia quam nobis pro ipſis caſalibus ſoluerat dum omnibus tenimentis, et pertinentiis ſuis cum caſtro Carzello, et Crapatica cum foreſta, ſpecialiter autem et uineae quae Viari dici-

dicitur, quam cum deſerta eſſet ad culturam propriis expenſis, et laboribus reduxiſti, tibi, et Eccleſiae tuae, ſicut ea de gratia noſtra tenes, et poſſides, concedimus, et confirmamus terram Appii, et caſale ſancti Petri, cum omnibus tenimentis, et pertinentiis ſuis, quam Sibilia Domina eiusdem loci, ante aduentum noſtrae ſublimitatis in Regnum, Eccleſiae Tarentinae uendidit, quam etiam uenditionem uir ſuus, qui tunc abſens fuerat poſtmodum ratam habuit, et pretii partem accepit; tibi, et Eccleſiae tuae in capite poſſidendam concedimus, et confirmamus, nec liceat Comiti montis Caucoſi, qui nunc eſt, uel pro tempore fuerit occaſione quod terra ipſa fuerit de honore montis Caucoſi, ſiue praedictae Sibiliae uiro, et haeredibus ſuis, uel alicui de conſanguinitate ipſius ſuper hoc, Tarentinam Eccleſiam moleſtare, quo minus terram ipſam ſicut anteceſſor tuus in capite poſſedit; et tu ad praeſens libere poſſides, eadem Eccleſia absque illius petitione perpetua poſſideat. - - - - - Iura etiam libertatem, et conſuetudines quas homines ſancti Theodori in terra iam dicti honoris, priorum Regum temporibus, habuerint, ſine moleſtia cuiusque habeant, et tam caſale ipſum quam caſalia Gripalia etc. Sancti Victoris Monacitii, et Saletae, cum omnibus aliis poſſeſſionibus, et bonis, quae ad praeſens rationabiliter poſſidet, tibi, tuisque ſucceſſoribus inconcuſſa permaneant, et quia nonnulli Parochianorum tuorum decimas Deo, et Eccleſiae debitas, nec pro timore Dei, nec etiam noſtrae iuſſionis edictum quod poſt conquiſitum per gratiam Dei Regnum apud Panormum fecimus, tibi et Eccleſiae tuae ſoluere acquieſcunt, et quidem eorum eas pro ſua uoluntate diſtribuant tibi, tuisque Sacerdotibus liberam concedimus poteſtatem, ut ad ſoldum decimas, et alia tibi debita Eccleſiaſtica iura ſecundum, quod ius Canonicum exigit per excommunicationem, interdictum, aliasque diſtrictiones neceſſarias, et temporales ſi opus fuerit, quod etiam edicto praememorato ſtatuimus autem noſtrae celſitudinis compellatis, ad huius autem conceſſionis, et confirmationis noſtrae memoriam, et inuiolabile firmamentum praeſens priuilegium conſcribi, et ſigillo noſtro - - - - - duximus communiri. §. CXXXVIII

Datum in ciuitate noſtra Meſſan. anno Dominicae Incarnationis 1198. menſis Decembris primae indictionis regnante Domina

§. CXX-XVIII. noſtra Conſtantia Dei gratia Illuſtriſſima Romanorum Imperatrice ſemper Auguſta, et Regina Siciliae una cum Federico Illuſtriſſimo eius filio, et Siciliae Rege anno quarto feliciter.

§. CXXXVIIII.

Conſtantiae res diplomatica. Formula initialis,

Initialis formula: *Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta et regina Siciliae*, non aliena eſt a ſtilo mariti Henrici VI, qui ſcribebat: *Henricus VI diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Rex Siciliae.* Verba: Dei *gratia* interdum commutat Imperatrix cum illis: *diuina fauente clementia.* LEIBNIT. in Cod. Iur. gent. diplomat. prodromi pag. 4 exhibet epiſtolam Gregorii Pontif. ad Henricum VI a. 1187, in qua antiquiſſimum exemplum tituli Imperatoris electi Romanorum Regi conceſſi ſibi deprehendiſſe uidetur.

2.

promulgationis,

Tabularum quarundam inſcriptioni ſubiicitur promulgatio: *Comitibus, Iuſtitiariis, Baronibus, Camerariis, et uniuerſis Baiulis cuilibet de Parochia, et Dioeceſi Pennenſis Epiſcopatus fidelibus ſuis gratiam, et bonam uoluntatem.* Item: *Per hoc praeſens ſcriptum notum facimus uniuerſis praeſentem paginam inſpecturis.*

3.

exordii,

Exordia repetuntur a pio: *Inter reliqua humanae ſollicitudinis exercitia, quae opera uidentur portendere pietatis, ea potius ad ſalutem proficere uidimus animarum, cum uiſcera pietatis, et miſericordiae Chriſtianae Religioni conſueta relaxamus clementia, et ad protegendum ſacroſanctas Eccleſias, et iura eis integre conſeruanda operam apponimus, et curam extendimus principalem.* Ab aequo: *Cum a Celſitudine noſtra ea ratione praeuia expetuntur, quae animo nos decet benigno concedere, ſupplicantium uotis aurem praeſtamus beneuolam, et quae iuſte poſtulant de conſueta miſericordia impertimur.*

4.

Compellationes honorificae.

In diplomatis corpore Auguſta ſibi *maieſtatis elogium tribuit, maritum appellat Romanorum Imperatorem, magnificum, ſereniſſimum, glorioſiſſimum, recolendae memoriae.* Meminit etiam patris Rogerii *famoſiſſimi Regis diuae recordationis et dominae Beatricis illuſtriſſimae reginae*

ginae matris, itemque illuſtris Comitis Rogerii, aui. Filium Fridericum appellat *dilectiſſimum, benedictum.* Epiſcopi adhuc uenerabilium titulo inſigniuntur. §. CXXX.

5.

Potiſſimum confirmat eccleſiarum priuilegia antiqua, eas nouis donationibus auget, eccleſiae Cuſentinae reſtituit decimas integras, Pinnenſi iurisdictionem eccleſiaſticam, in primis ius adulteria uindicandi. iura eccleſiarum tuetur Auguſta.

6.

Annos imperii et regni mariti, dum uiueret iſte, computabat, poſt illius deceſſum ſui ipſius regni ac Friderici II filii annos numerabat. Anni imperii et regni.

7.

Sigillo maieſtatis uſa fuit, quod quidem in diplomate altero anni 1196 deſcribitur, ſed non depingitur. Nummus circumfertur, cuius altera pars Henricum Imp. altera uero *Conſtantiam Imperatoris coniugem ex Cicilia* repraeſentat; ſed fictis iſtis adnumerandus eſt, quos Iudaeus quidem Pragenſis diſſeminauit. uid. KOELERI Munzbeluſt. P. I p. 90. Sigillum.

§. CXXXX.

Operae pretium erit, Conſtantiae memoriam ex aliorum quoque chartis reſtituere. Henricus VI Imp. in teſtamento ſuo coniugem ſuam cohortatus eſt, ut Pontifici Rom. fidem, ſicut Reges Siciliae facere conſueuerunt, exhiberet. Sic enim in actis Innocentii III P. legitur: *Imperatrix Conſors noſtra, et filius noſter Fridericus Domino Papae, et Eccleſiae Romanae exhibeant, quae a Regibus Siciliae conſueuerunt habere, et Domino Papae ſecuritatem faciant, ſecuti Reges Siciliae ſummo Pontifici, et Romanae Eccleſiae facere conſueuerunt: ſi uero praedicta Conſors noſtra praemoreretur, filius noſter ſecundum ordinationem noſtram remaneat: et ſi filius noſter ſine haerede diſceſſerit, regnum Siciliae ad Romanam Eccleſiam deueniat; ſi uero filius noſter praemoreretur, dilecta Conſors noſtra, regnum in uita ſua retineat, et poſt mortem ſuam, regnum Siciliae ad Romanam Eccleſiam perueniat.* Conſtantiae memoria ex aliorum chartis reſtituta.

In ROCCHI PIRRI Sicilia ſacra notit. I de eccleſia Panormit. p. 86 Henricus VI ſingulari priuilegio dictae eccleſiae in ſingulos annos 29 millia tarenorum cum 200 confirmat *una cum dilecta con-*

§. CXXXX. *ſorte noſtra Conſtantia illuſtri Romanorum Imperatrice Auguſta.* Similiter recordatur Henricus coniugis in charta fratribus Hoſpitalis Teutonicorum Hieroſol. data in ANT. MONGITORIS monumentis hiſtor. Manſionii S. S. trinitatis p. 11.

IBID. p. 106 Fridericus in teſtamento ſuo ſtatuit: *ut ſi in praeſenti infirmitate nos mori contigerit in maiori eccleſia Panormitana, in qua diui Imper. Henrici et diuae Imperatricis Conſtantiae parentum noſtrorum memoriae recolendae tumulata ſunt corpora, corpus noſtrum debeat ſepeliri.*

IBID. pag. 90: Vt obiit Conſtantia Innocentius III Pontifex Max. cui Friderici pueri tutelam illa crediderat, in Siciliam uenire ſtatuit, idque his litteris ſignificauit:

Nobili uiro L. de Aquila Comiti Fundano. Quod in obſequio et fidelitate inclytae recordationis Conſtantiae Imperatricis fortiter perſtitiſti, etc. Siquidem Imperatrix praedicta legitimum condidit teſtamentum, quo nobis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici Siciliae Illuſtris R. tutelam, et curam regni conceſſit, ac poſtmodum 27 die menſis Nouembris uiam eſt uniuerſae carnis ingreſſa. Vnde cum de fratrum noſtrorum conſilio regnum dante Domino ingredi diſpoſuerimus; ad ipſum ſolidandum, in eiusdem Regis fidelitate, et obſequio, et tranquillitate, pace, ac iuſtitia conſeruandum; dilectum filium I. tit. S. Stephani in Caelio Monte Presbyterum, et G. Sancti Hadriani Diac. Cardin. quos inter fratres noſtros ſyncero proſequimur dilectionis affectu, et ſpecialis beneuolentiae brachiis amplexamur; ante faciem noſtram duximus praemittendos: qui et aduentum noſtrum praenuntient, et de beneuolentia, et gratia, quam ad eundem regem, et regnum gerimus, uos efficiant certiores, etc.

In ANTONINI MONGITORIS Monumentis hiſtoricis p. 15 Theſauri rerum Siciliae in Friderici II diplomatibus ibidem exhibitis: *pro animabus felicium Parentum Noſtrorum Domini Imperatoris, et Dominae Imperatricis bonae memoriae* etc. IBID. p. 16: *pro animabus felicium Parentum noſtrorum Domini quondam Illuſtriſſimi Imperatoris, et Dominae quondam Sereniſſimae Imperatricis, bonae memoriae* etc.

2. Innocentii III P. epiſtolae ad Conſtantiam.

Quam blando ſermone Reginam delinire conatus fuerit Pontifex Romanus, ut ipſi praeſens hominium ligium ob Regni Siciliae clien-

clientelarem nexum faceret, quam promto conſilio litem de epiſcopis eligendis compoſuerit, quam lubens dotalitium Conſtantiae conſtitutum ſua auctoritate muniuerit: ea omnia ex Innocentii III P. epiſtolis addiſcimus. uid. Lib. I Ep. 410. §. CXXXX.

Conſtantia eiusque filius Fridericus inueſtituram regni Siciliae a Pontifice accipiunt.

CONSTANTIAE IMPERATRICI glorioſae Reginae Siciliae, ac cariſſimo filio Friderico illuſtri Regi Siciliae, eorumque heredibus in perpetuum.

Super gentes et regna diuina prouidentia conſtituti, ut euellamus noxia, et ſalubria cum Propheta plantemus, ſic ad uniuerſas prouincias noſtrae conſiderationis aciem extendere uolumus, et circa eas piae ſolicitudinis ſtudium exercere, ut ſopitis turbinibus tempeſtatum, quas parit mater diuerſitas, ſeruent ad inuicem mutuae caritatis affectum, et in uerae pacis uinculo gubernentur. Porro ſpecialiter et praecipue ſpecialem ac praecipuam ſolicitudinem circa regnum Siciliae nos conuenit adhibere, quod in apoſtolicae ſedis feruentius hactenus deuotione permanſit: ad quod etiam inclytae recordationis R. quondam patris, W. fratris, et W. nepotis tuorum Regum Siciliae, filia Imperatrix, grata memoria nos inducit, qui in apoſtolicae ſedis ac praedeceſſorum noſtrorum dilectione firmius perſiſtentes, ab eius non potuerunt unitatis firmitate diuelli, quin tanto fortius in ipſius obſequio permanerent, quanto aduerſus eam ſe amplius impetus extolleret tempeſtatis. Hac igitur conſideratione diligenter inducti, ac credentes quod praedictorum Regum ueſtigia ueſtra regia ſerenitas in deuotione ac obſequiis Eccleſiae imitetur, uobis et heredibus ueſtris, qui ſicut dictus Rex W. quondam frater tuus felicis memoriae Adriano Papae praedeceſſori noſtro exhibuit, nobis et ſucceſſoribus noſtris et Eccleſiae Rom. fidelitatem et hominium exhibere ac quae ſubſcribuntur uoluerint obſeruare, concedimus regnum Siciliae, Ducatum Apuliae, et Principatum Capuae, cum omnibus pertinentiis ſuis, Neapolim, Salernum, et Amalfiam cum pertinentiis ſuis, Marſiam, et alia quae ultra Marſiam habere debetis, et reliqua tenimenta, quae tenetis a praedeceſſoribus ueſtris hominibus ſacroſanctae Rom. Eccleſiae iure detenta, et contra omnes homines adiuuabimus honorifice manutenere. Pro quibus omnibus coram uenerabili fratre noſtro Octauiano Epiſcopo Hoſtien. apoſt. ſedis Legato, quem ad iuramen-

CXXXX. mentum tuum, filia Imperatrix, recipiendum transmiſimus, fidelitatem nobis noſtriſque ſucceſſoribus et Eccleſiae Rom. iuraſti, ſicut continetur in duobus ſimilibus capitularibus, quorum unum penes te ſigillo noſtro, alterum penes nos ſigillo tuo aureo ſignatum habetur; firmiter repromittens, quod quia praeſens praeſenti debet hominium exhibere, quandocunque nos aut ſucceſſores noſtri te in aliqua parte regni, quam ſecure poſſis adire, ad noſtram praeſentiam uocauerimus, reuerenter accedes ligium hominium praeſtitura, niſi certum impedimentum aut neceſſitas euidens interueniat. quibus ceſſantibus, ſine fraude uenies ad ligium hominium faciendum. Cum autem tu, fili Rex, fauente Domino ad legitimam aetatem perueneris, nobis et ſucceſſoribus noſtris ac Eccleſiae Rom. fidelitatem et ligium hominium exhiberetis, cenſum uero ſexcentorum ſquifatorum de Apulia et Calabria, quadringentorum uero de Marſia, uel aequiualens in auro uel argento, uos ac heredes ueſtros ſtatuiſtis Eccleſiae Rom. annis ſingulis ſoluturus, niſi forte impedimentum aliquod interueniat. quo ceſſante, cenſus ex integro perſoluetur. Electiones autem ſecundum Deum per totum regnum canonice fiant, de talibus quidem perſonis quibus uos ac heredes ueſtri requiſitum a uobis praebere debeatis aſſenſum. Vt autem haec quae ſupra diximus, tam noſtro quam ſucceſſorum noſtrorum tempore perpetuam obtineant firmitatem, et nec ueſtris nec heredum ueſtrorum temporibus alicuius ualeant praeſumptione turbari, nos ea de communi conſilio et uoluntate fratrum noſtrorum auctoritate apoſt. confirmamus, et ualitura in perpetuum praeſenti pagina communimus, et tam a nobis quam ſucceſſoribus noſtris perpetuis temporibus ſtatuimus obſeruanda. Nulli ergo etc. *usque ad uerbum* indignationem incurrat, reamque ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat etc. *in modum priuilegii.* Cunctis autem omnia praedicta ſeruantibus etc.

9. Innocentius III P. rationem epiſcopos in Sicilia eligendi praeſcribit.

IBIDEM pag. 242 ſq.

CONSTANCIAE IMPERATRICI Reginae Siciliae, ac cariſſ. filio Illuſtri Regi Siciliae.

Nec nouum nec iniuſtum exiſtit, ſi regno Siciliae gratiam facimus ſpecialem, quod inter uniuerſas et ſingulas regiones, in quibus

buſ nomen colitur Chriſtianum, fere ſemper promptius et deuotius §. CXXXX.
in Eccleſiae Rom. deuotione permanſit, et ab eo ſpecialius meruit honorari. Reges ſiquidem et Principes eius in apo. ſedis fidelitate fortius roborati, usque adeo ei fideliter et familiariter adhaeſerunt, ut ad ipſius exaltationem potenter intenderint, et ab ea nullius diuelli potuerint impetu tempeſtatis, ſe in ipſa et per ipſam exaltari credentes, et in ea poſt Deum ſuae ſpei ponentes et gaudii fundamentum. Specialiter autem inclytae recordationis R. quondam pater, W. frater, et W. nepos tui, filia Imperatrix, Reges Siciliae familiari eam uenerati ſunt deuotionis obſequio, et praedeceſſoribus noſtris usque adeo non minus in aduerſis quam proſperis adhaeſerunt, ut cum fratribus noſtris uobis ob eorum memoriam et conſtantiam ſynceritatis, quam ad nos uos habere cognouimus, per effectum, quantum cum Deo et noſtra poſſumus honeſtate, deferre uelimus, et ſalua iuſtitia et Eccleſiarum canonica libertate, petitionibus ueſtris aſſenſum facilem exhibere. Ne igitur ulla de cetero inter nos et ſucceſſores noſtros ac uos et heredes ueſtros ſuper electionibus diſſenſio ſuſcitetur, modum faciendae in poſterum electionis praeſentibus curauimus literis explicare: in quibus ſic in multis regiae ſerenitati deferimus, ut libertatem eccleſiaſticam non laedamus. Sede uacante, Capitulum ſignificabit uobis et ueſtris heredibus obitum deceſſoris. Deinde conuenientes in unum, inuocata Spiritus ſancti gratia, ſecundum Deum eligent canonice perſonam idoneam, cui requiſitum a uobis praebere debeatis aſſenſum, et electionem factam non different publicare. Electionem uero factam et publicatam denuntiabunt uobis, et ueſtrum requirent aſſenſum. Sed antequam aſſenſus regius requiratur, non inthronizetur electus, nec decantetur laudis ſolennitas, quae inthronizationi uidetur annexa, nec antequam auctoritate pontificali fuerit confirmatus, adminiſtrationi ſe ullatenus immiſcebit. Sic enim honori ueſtro uolumus condeſcendere, ut libertatem canonicam obſeruemus, nullo prorſus obſtante reſcripto, quod a ſede apoſtolica fuerit impetratum. Rogamus ergo ſerenitatem regiam, et attentius exhortamur, quatenus contra praeſcriptam electionis formam nec uos ueniatis de cetero, nec cogatis alios nec patiamini qualibet occaſione uenire: ſed taliter in hoc nobis ſtudeatis et eccleſiaſticae libertati deferre, ut timorem eius habere prae oculis ui-

Digitized by Google

CXXXX. deamini per quem Reges regnant et Principes dominantur, et ſponſam eius Eccleſiam uenerari. Nulli ergo etc. hanc paginam noſtrae diſpoſitionis et conſtitutionis etc.

Datum Laterani.

conf. ROCCHI PIRRI disquiſit. de praeſulum Sicilienſium electione; et BARONII tr. de monarchia Siciliae p. 17.

INNOCENTII III Pontificis Epiſtolae L. XIII T. II Epiſt. 84 p. 454.

CONSTANTIAE illuſtri Reginae Siciliae.

Sacroſancta Romana Eccleſia deuotos et humiles filios ex aſſuetae pietatis officio propenſius diligere conſueuit, et ne prauorum hominum moleſtiis agitentur, eos, tamquam pia mater, ſuae protectionis munimine confouere. Sane cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Fredericus Siciliae Rex illuſtris, ſicut in ipſius authentico ſuper hoc confecto plenius contineri perſpeximus, in dodarium ſeu donationem propter nuptias in Sicilia Carinum, quod in partibus Panormitanis exiſtit, cum omnibus caſalibus, tenimentis, et pertinentiis ſuis, in ualle Demenſi Caroniam, ſanctum Filadellum, et ſanctam Mariam cum omnibus caſalibus, pertinentiis, et tenimentis eorum, nec non et omnia caſalia in eadem ualle Demenſi conſiſtentia quae ad ſuum demanium pertinere noſcuntur, inſuper Oliuerium et Montem Albanum cum omnibus caſalibus et tenimentis eorum, in ſeruitio uero ſanctum Petrum de Ficara et caſtrum Ficariae, Galatum, et Militellum, item Tauromenium cum omnibus tenimentis et pertinentiis ſuis tam demanii quam ſeruitii, in partibus uero Apuliae totum honorem comitatus Montis ſancti Angeli, cum omni honore, iure, tenimentis et pertinentiis ſuis tam demanii quam ſeruitii, uidelicet quod in demanio, in demanium, et quod in ſeruitio, in ſeruitium, in demanio ſiquidem Montis ſancti Angeli, Siponti et Veſte ciuitates atque Caſale nouum, in ſeruitio autem omnia caſtra, uillas, terras, caſalia, et totum aliud quod ad honorem ipſius Montis dinoſcitur pertinere, liberaliter tibi duxerit concedenda, nos tuis precibus inclinati, ad ſupplicationem eiusdem Regis conceſſionem ipſam, ſicut prouide facta eſt, auctoritate apoſtolica confirmamus et praeſentis ſcripti patrocinio communimus. Decernimus

mus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praeſumſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. §. CXXXXI.

Datum Laterani XV Kal. Iulii, pontificatus noſtri anno tertio decimo.

§. CXXXXI.

Philippus thori ſociam aſſumſit Irenen, Iſaaci Angeli Imperatoris Graec. filiam et Rogerii regis Siciliae uiduam. *Haec audita Philippi morte, et ſentiens unicum ſolatium in eo, quia peregrina erat, perdidiſſe, et cum eſſet praegnans dolorem dolori cumulans, ad Stoup caſtrum deducta eſt cum feſtinatione, ubi poſt modicum tempus abortum fecit, et ſic uitam cum foetu finiuit, et ad monaſterium Lorche deportatur, et ibi glorioſe ſepelitur.* Ita FRAGMENTVM VRSTISIANVM ad a. 1208 p. 87; GODEFR. COLON. ad a. 1204 Philippum cum Maria uxore ſua unctum fuiſſe tradit. Opinarer cum HAHNIO in hiſtor. Imperii in Philippo p. 79, Godefridum nomen Auguſtae falſum enunciaſſe, niſi in tabulam incidiſſem, in qua Imperatrix ſe ipſam appellat Mariam. CRVSIVS Annal. Suec. P. II p. 561 initia huius chartae in lucem protulit, quam ſi totam inſpicere liceret, rectius forſan iudicium fuerit. Maria, aliis Irene, Philippi Imp. uxor

Maria, Dei gratia Rom. Regina Auguſta, uniuerſis hoc praeſens ſcriptum intuentibus. Iudicia Dei, abyſſus multa. Cum dilectus Dominus ac maritus noſter PHILIPPVS, glorioſus Rom. Rex Auguſtus, ſicut diuina praeuidit ordinatio, et fieri permiſit, eius occulto iudicio, ab hac uita diſceſſerit inteſtatus: nos, quae adhuc ei ſuperſtes ſumus: et per iuſtum et legitimum matrimonium, quo ei coniunctae fuimus, ſecum fuerimus unum corpus: id, quod ipſe Dominus noſter, crudeliſſima morte praeuentus, nec fecit, nec facere potuit: dignum cenſuimus, per nos hoc ſuppleri: maxime, cum nos per gratiam ipſius, uniuerſam omnium bonorum ſuorum legitimam intrauerimus haereditatem: hoc ipſo Domino noſtro, diu ante diem obitus ſui ordinante. Notum igitur facimus omnibus, hoc publicum inſtrumentum inſpicientibus: quod nos pro ſalute animae iam dicti Domini noſtri, quandam curiam noſtram in SVPERIORI ESSLINGEN, cum omni iure in iuſtam proprieta- donationis piae tabulas conficit.

 tem

Digitized by Google

§. CXXXII. tem tradidimus Eccleſiae in MADELBERCH, etc. Teſtes huius rei ſunt:

Teſtes. Comes Ludeuuicus de Wirtenberch. Vlricus Notarius. Et ultra Bernoldus de Stophen. Egeno de Stophen. Eberhardus de Tannbach. Et alii quam plures.

Datum apud STOPHEN, XIII Kl. Sept. Indict. XI.

Auguſtae interdum nomina mutaſſe uidentur. CRVSIVS c. l. Auguſtas nomina interdum mutaſſe exiſtimat, quod et nobis, ſi hoc diploma ſincerum, perſuadere neceſſe habemus. *Imperator Henricus III*, inquit CRVSIVS, *Paſcha Ingelenheimi feriatus eſt: Aſcenſionem uero Domini, Paderbrunnae: Pentecoſten, natiuitatemque Ioannis Baptiſtae, Nuinagi. Vbi filio ipſius Henrico Regi, ex Dania uenit ſponſa, Regina Chunihildis, Canuti Anglorum Danorumque Regis filia. Quae ibidem, in natali Apoſtolorum, Regalem coronam accepit: et mutato in benedictione nomine, Chunigundis nuncupata eſt. - - - - - - Interdum etiam Reginarum nomina, in coronationibus aut conſecrationibus, fuiſſe aliis nominibus permutata, ut hoc loco pro Chunihilde Chunigundis. Sic poſterioribus temporibus, Imp. Conſtantinopolitani Manuelis Comneni uxor, natione Germana, pro Bertha fuit Irena apud Graecos nominata: Philippi uero, Rom. Regis, Sueuiae Ducis, coniux: Conſtantinopolitani Imp. Iſaacci Angeli filia: pro Irena fuit, ut ſatis apud nos apparet, Germanis appellata Maria.* conf. du FRESNE in famil. Aug. Byzant. p. 167.

§. CXXXXII.

Mariae, Ottonis IV Imp. coniugis ſigillum. Maria, Henrici Ducis Brabantini, filia, cum Ottone IV Imperatore omnino nuptias celebrauit, quamquam HENRICVS MEIBOM. auus in Apolog. p. 154 id in dubium uocauerit; Vocatur enim Imperatrix ſemper Auguſta in ſigillo, quod HEINECC. tab. VIII n. 6 de ſigillis delineauit, idque unicum, quod exſtet, Auguſtarum ſigillum arbitratus eſt. Imperatrix coronata in ſolio ſedet, dextra lilium, ſiniſtra globum ſine cruce tenet cum iisdem ſymbolis ſolis et lunae, quae in Ottonis IV mariti ſigillo reperiuntur. Quid haec ſymbola ſignificent, hariolamur in diſſert. de inſigni Germaniae etc. §. 7. MEIBOM. c. l. p. 148 exhibet Ottonis IV teſtamen-

Digitized by Google

ſtamentum, in quo aliquoties uxoris mentionem facit teſtator: *Adhaec uolumus, ut uxor noſtra cum Dapifero Gunzelino et fidelibus noſtris caſtrum Harlungeberg poſſideat, donec quicunque Rex uel Imperator eſt, aut frater noſter, ſeu uxor noſtra, dominabus in Waltingerodhde expeditis bonis annuatim* 30 *marcas perpetualiter et immutabiliter aſſignet, et eos, qui montis heredes ſunt, a ſua portione cedere faciat per reſtaurum ipſis beneplacitum, tunc uxor noſtra reddat caſtrum Imperio, aut fratri noſtro: ſed ſi proceſſum non habet de caſtro, ut praetactum eſt, uolumus ut caſtrum deſtruatur. Omnes reliquias, quas pater noſter habuit et nos habemus, Deo et S. Ioanni Baptiſtae et S. Blaſio in Brunefwic perpetualiter offerimus, praeter unum brachium, quod uxori noſtrae repraeſentabitur. Quicquid autem in auro et in gemmis et in clenodiis habemus, damus uxori noſtrae. - - - - - Datum Hartisburgi Kalend. Iunii anno* 1218. IBIDEM p. 154: *De duabus uxoribus Ottonis, Maria et Beatrice, neceſſario aliquid monendum mihi eſt,* inquit MEIBOMIVS; *unum maioris momenti, de Maria, alterum minoris, de Beatrice. Mariam ab Ottone domum non ductam, ſuos ſecutus auctores, ſcribit Auus. Vidi tamen apud inſignem antiquitatis Saxonicae ſcrutatorem Hoffmannum diploma, datum ab Ottone et uxore eius, quae uocatur Maria Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta. Diploma ipſum, quoquo anno datum ſit, non poſſum nunc ob immaturum eximii illius et amiciſſimi uiri obitum exhibere, ſigilla tamen appenſa, Ottonis et Mariae, aere expreſſa, hic appono. Neque uero probabile uidetur, hunc illi honorem habitum, et hunc titulum indultum, ſi deſponſata tantum Maria, non domum ducta fuiſſet. De Beatrice aliquid peculiare obſeruat Caſpar Schioppius in Genealogia Auſtriaca, ſcilicet, ductam quidem Ottoni unam ex Philippi filiabus, illam uero non uocatam fuiſſe Beatricem, ſed Beatricem Ferdinandi Sancti Caſtellae Regis uxorem factam: Id uerum eſſe,* inquit, *Princeps Hiſtoriographus Hieronymus Surita in Arragonicis Annalibus, tum Iohannes Mariana, poſtremo Conſaluus Illeſcas in Hiſtoria Pontificia praeſtiterit. Germanuos nonnullos, qui aliter ſcripſerunt, hoc in errorem induxit, quod plures Philippo filias fuiſſe neſciuerunt.* Neque uero Otto de S. Blaſio cap. 51 et Arnold Lubecenſ. lib. 7 cap. 18 dum de hac deſponſatione pluribus agunt, nomen addunt. In eccleſia S. Blaſii ciuitatis Brunſuicenſis reperitur tabula picta, qua Henricus Leo, eiusque coniux Mathildis at-

§. CXXXXII. Vxoris meminit Otto in teſtamento ſuo.

Effigies Beatricis picta.

§. CCXXXXII que Otto Imp. cum uxore Beatrice exhibentur, addita inſcriptione:

Hic iacet Hinricus quondam dux conditor huius
Eccleſie, dingnus nobilitate pius.
Moribus ornata ſibi coniux eſt ſociata,
Pauperibus larga, ſimplicitate bona
Inclita Mbectildis, Anglorum filia regis:
Nutriat angelicis hos Deus ipſe cibis.
Ad iacet obtatus rex, horum ſanguine natus
Otto coronatus uermibus eſca datus.
Huius erat ſponſa Philippi ſtirps generoſa
Filia formoſa, nunc cinis ante roſa
Qui legis hec metra, memor horum ſis peto peſa
Quid caro! quid uita! quid res niſi mors cinis umbra.

Tabulam, quam dixi, in aere expreſſam uide in GRVPEN. uxore theotiſca p. 8.

2. Maria, Auguſta uidua, iterum nubit Wilhelmo Comiti Hollandiae.

De duabus Ottonis IV imperatoris uxoribus ſingulari ſtudio commentatus eſt IOH. LVDW. LEV GEBHARDI in hiſtoriſch-genealogiſchen Abhandlungen P. I n. 2, ſimulque monſtrauit Mariam, Ottone IV A. 1218 e uita migrante, ſecundas nuptias cum Wilhelmo, Comite Hollandiae, celebraſſe, nihilo tamen ſecius imperatricis titulum retinuiſſe, teſtibus literis in MATTHAEI Analectis P. V p. 563: Ego Aleydis quondam uxor Iohannis de Auesnes Tutrix Hollandiae Zeelandiae uniuerſis. Cum inclytae recordationis domina M. quondam Romanorum Imperatrix matertera noſtra, pro incremento et ſalute clariſſimae memoriae Mariti ſui W. Comitis Hollandiae, aui noſtri, in officio de Dordrecht, quod Scrode Ambacht uulgariter nuncupatur, Abbatiſſae et Conuentui ac Monaſterio in Rynsburch V. Lib. Holl. annis ſingulis conceſſerit, eandemque conceſſionem b. m. Pater noſter, Comes Florentius, duxerit confirmandam nosque predictas V libras ac duas Venerabilis ac kariſſimi conſanguinei noſtri, haeredis Hollandiae, uſibus per commutationem duximus uendicandas; ad notitiam uniuerſorum uolumus peruenire quod cum in reſtaurationem prouentuum pro remedio animae

animae felicis recordationis domini ac fratris noſtri Wilhelmi Romanorum Regis nec non pro ſalute animae Iohannis de Auesnes mariti noſtri kariſſimi decimam donamus. Teſtes, qui huic conuentioni interfuerunt, ſunt domina Eliſabeth uenerabilis Regina, domina Mechtildis mater noſtra Comitiſſa Hollandiae.

§. CXXXIII.

§. CXXXIII.

Maria, Auguſta Ottonis IV uidua, Henrico Duci Lotharingiae et Brabantiae comitatum et terram Boloniae a. 1258 ceſſit, uti docent tabulae in LVNIG. Cod. Germ. diplom. t. II p. 1110:

Maria comitatum Boloniae confert in Henricum Ducem Lotharing.

Maria Dei gratia quondam Imperatrix Romanorum uniuerſis, praeſentes litteras inſpecturis ſalutem in omnium Saluatore. Vniuerſitatem ueſtram ſcire uolumus, quod nos illuſtri Principi, kariſſimo fratrueli noſtro, Henrico Duci Lotharingiae et Brabantiae, quidquid iuris habebamus uel habere poteramus in Comitatu et terra Boloniae cum omnibus pertinentiis ſuis, per ſucceſſionem haereditariam ex morte Dominae Mathildis olim Comitiſſae dicti loci, filiae materterae noſtrae, libere et abſolute contulimus, nihil iuris nobis in iisdem bonis reſeruando, uel in poſterum reclamando. Promittimus inſuper, quod ad curias et Dominos de quibus dicta bona deſcendere dignoſcuntur, quociens a praeſato Domino Duce fuerimus requiſitae inſtabimus, laborabimus, et intendemus bona fide ſicut pro nobismetipſis, quod praelibatus Dominus Dux in hac parte ius ſuum plenarie aſſequatur et praedicta bona totaliter poſſideat, tanquam haereditatem ſuam pacifice et quiete. In cuius collationis et promiſſionis teſtimonium et firmitudinem, ſigillum noſtrum praeſentibus duximus apponendum, adhibitis his teſtibus Arnoldo Domino de Weſemale, Domino Gerardo de Marbais, Domino Roberto de Hoesden, Domino Henrico de Hautem, Domino Henrico et Domino Ioanne de Filfordia et aliis.

Datum et actum apud Attrebatum Menſe Februario, feria quinta poſt octauas Purificationis B. Virginis, anno Domini MCC. LVIII.

Digitized by Google

§. CXX-XXIIII.

§. CXXXXIIII.

Innocentii III P. epiſtola ad Mariam Reginam.

Inter epiſtolas Innocentii III epiſtola 209 L. X ad illuſtrem Reginam Mariam dirigitur. Si Philippi Imperatoris uxorem Mariam appelles; eam huic epiſtolae accommodaueris, niſi rectius Ottonis IIII coniux innui uideatur.

ILLVSTRI REGINAE MARIAE.

Quanto feruentius uiri tui profectum diligis et honorem, tanto propenſius ad ea ſemper agenda debes ipſum inducere quae Deo ac nobis debeant complacere, ab illis penitus abſtinendo quae diuinam et noſtram merito prouocarent offenſam. Ipſe uero, ſicut catholicus Princeps, quasdam nobis nuperrime litteras deuotione plenas et diſcretione non uacuas deſtinauit, implorans ut poſtulationem de Waldemaro Epiſcopo Slevvicenſi a Bremenſi Capitulo factam admittere dignaremur, ipſumque ad Bremenſem metropolim promouere. Nobis igitur ſuper hoc deliberare uolentibus - - nuntius dilectorum filiorum Praepoſiti, Decani, et Capituli Hammeburgenſis adueniens, eorundem nobis litteras praeſentauit, per quas noſtro apoſtolatui nuntiarunt, quod cum olim Hammeburgenſis Eccleſia metropolitica, Bremenſis autem epiſcopali dignitate gauderet, eaedem fuerunt Eccleſiae auctoritate ſedis apoſtolicae counitae, ac extunc usque ad haec tempora Eccleſiae utriusque Canonici Bremenſem Archiepiſcopum pariter elegerunt. Vnde quia nuper Praepoſitus, Decanus, et Capitulum Bremenſe tam ipſis quam quibusdam religioſis uiris, qui electioni debuerant intereſſe, penitus inconſultis, memoratum Epiſcopum in Archiepiſcopum poſtularant, a nobis ſollicite petierunt, ut quod circa poſtulationem eandem ab illis fuerat in eorum praeiudicium attentatum, in ſtatum debitum reducere curaremus. Praeterea cum fuiſſet idem Epiſcopus de mandato noſtro a carcerali cuſtodia liberatus, et contra ipſum in noſtra demum praeſentia conſtitutum nuntii - - Danorum Regis illuſtris quaedam grauia obieciſſent ſuper quibus ille ſe inculpabilem oſtendere nitebatur, eidem Regi, ſciente ac uolente praefato Epiſcopo, per ſcripta noſtra mandauimus, ut, ne cauſa remaneret diutius in ſuſpenſo, aliquos uiros prouidos et fideles usque ad feſtum natalis Domini proximo praeteritum ad ſedem apoſtolicam deſtinaret,

ret, eiſdem poteſtate conceſſa, ut per eos et cum eis, ſi deſuper datum eſſet, concordiam ſuper ipſo negotio tractaremus. Alioquin auditis et intellectis quae per eos aduerſus Epiſcopum ipſum idem Rex duceret proponenda, et illis quae in ſui defenſionem Epiſcopus allegaret, de' uultu noſtro procederet iudicium aequitatis. Cumque poſtmodum propter hoc dilectus filius - - Praepoſitus Regis ipſius nuntius, dum tractatus ſuper poſtulationis articulo haberetur, noſtro ſe conſpectui praeſentaſſet, memoratus Epiſcopus ipſo praeſente reſtitutionis beneficium poſtulauit a nobis, aſſerens ſe per Regem tam epiſcopalibus bonis quam etiam patrimonialibus deſtitutum. Cui dictus Praepoſitus ex aduerſo reſpondit, quod non rite poterat reſtitutionis auxilium implorare, cum ipſe ſe duxerit ſpoliandum, dum clericalem habitum derelinquens, regium ſibi titulum uſurpauit. Inſuper laeſae Maieſtatis, apoſtaſiae, adulterii, periurii, dilapidationis, et conſpirationis crimina eidem obiiciens, proponebat non ſolum ei fore reſtitutionis beneficium denegandum, ſed etiam poſtulationem de ipſo factam penitus reſpuendam; praeſertim cum irregularis exiſtat, utpote de duplici adulterio procreatus, eiusque diſpenſatio fuerit olim ab apoſtolica ſede per ſubreptionem obtenta, ſuppreſſo quod eſſet ſpurius, et expreſſo quod exiſteret naturalis, cum et paternae incontinentiae imitator filios habeat poſt ſacros ordines generatos. Nos autem ad ea quae pacis ſunt intendentes, petitionem ipſius ſuper reſtitutione tam epiſcopatus quam patrimonii ſibi plenarie facienda in fauorem eccleſiaſticae libertatis duximus admittendam, concedentes eidem, ut ſi forte nollet ſe credere dicto Regi, per procuratorem idoneum reſtitutionem acciperet corporalem, et ipſe interim in quo mallet loco maneret eidem Regi merito non ſuſpecto. Qui cum reſpondiſſet ſe uelle per procuratorem idoneum reſtitutionis beneficium obtinere, ac de loco in quo manſurus eſſet interim deliberatorias inducias accepiſſet, ingratus gratiae ſibi factae, fraudulenter, et contumaciter a nobis illicentiatus aufugit, haud dubium quin, ſi poſſit, ut praeconceptam malitiam exequatur. Vnde nos ex parte omnipotentis DEI patris et filii et Spiritus ſancti, auctoritate quoque beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli ac noſtra excommunicamus et anathematiſamus eundem, poſtulationem de ipſo factam, qua omnino reddidit ſe indignum, penitus reprobantes. Quocirca ſerenitatem tuam

§. CXX-XXIIII.

§. CXXXXV exhortandam duximus et rogandam, conſulentes et ſuggerentes fideliter ac prudenter, quatinus uirum tuum diligenter moneas et inducas, ut praefato Epiſcopo nullum praeſtet auxilium uel fauorem, ſed eum tamquam excommunicatum uitet, neque per ipſum aut propter ipſum permittat in Eccleſia Dei ſcandalum ſuboriri, per quod etiam contra ſe poſſet non leue ſcandalum generari, cum nos tantae malignitatis audaciam in eodem nolimus Epiſcopo ſub diſſimulatione tranſire.

Datum Laterani.

§. CXXXXV.

Friderici II uxor prima, Conſtantia,

Friderici II uxor prima Conſtantia, Alphonſi Regis Arragoniae filia, non ſine pactis dotalibus recepta fuit, quibus Romana donatio propter nuptias immiſceri coepit; ita teſtatur Innocent. III T. II epiſt. lib. 11 num. 134: *Vt cariſſimus in Chriſto filius noſter, Fridericus, Siciliae Rex illuſtris, cariſſimam in Chriſto filiam noſtram, Conſtantiam - - - quondam Reginam Hungariae, ducat in coniugem, apoſtolicum impertimur aſſenſum, et quod ſtatutum eſt et conceſſum de duobus dodariis, donationibus uidelicet propter nuptias approbamus - - - Datum Sorae pontificatus noſtri anno undecimo.* Ex hac coniuge Fridericus ſuſcepit filium Henricum VII.

Gualterius epiſcopus Catanenſis ab hac Auguſta Conſtantia caſtrum Calatabiani accepit, teſtantibus tabulis in ROCCHI PIRRI Catan. eccleſiae not. I p. 480:

epiſcopo Catanenſi reddit caſtrum Calatabiani.

Conſtantia diuina fauente clementia Romanorum Regina, ſemper Auguſta, et Regina Siciliae una cum cariſſimo filio ſuo Henrico illuſtri Rege Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae. licet ex commiſſi nobis cura regiminis eccleſias uniuerſas Regni noſtrae Siciliae protegere, fouere, ac noſtris etiam debeamus beneficiis ampliare, quae tamen ope, et opibus progenitorum domini uiri noſtri ſunt deuotione fundatae, tanto potius noſtrae ſunt gratiae largitionibus ampliandae, quanta propenſius ſucceſſiua quadam ipſius domini uiri noſtri deuotione parentum, ad earum commoda trahimur, et in eis obſequendae noſtrae ſpei gerimus potiorem. Ea propter quia Cathanienſem Eccleſiam a progenitoribus domini uiri noſtri fundatam eſſe cognouimus, et magnis beneficiis dotatam: ad indemni-

demnitatem eius, eo magis benignitatis noſtrae ſtudium debemus c. CXXXXV
apponere ſibi; et ratione ſeruitii, quod dominus noſter uir, et nos pariter ab ea grande ſuſcepimus, et iure fundationis tenemur deuotione maiori. Cumque dictus dominus, et uir noſter, et nos cum eo dudum, Cataniam ueniſſemus; Celſitudini regiae noſtrae innotuit tam relatione Conuentus ipſius Cathanienſis Eccleſiae, quam etiam noſtrorum fidelium aſſertione multorum: quod Comes Paganus, et Comes Gualterius de Pariſio ipſam Cathanienſem Eccleſiam ultra modum in bonis ſuis ſaepe ſaepius expoliauerint, et frequenter afflixerint fideles ipſius Eccleſiae per incurſus plurimos, et rapinas uiolentas contra iuramentum patris; quod ipſi eidem Cathanienſi Eccleſiae, et ipſius Eccleſiae burgenſibus tenebantur. Interim autem Comite Gualterio ſublato de medio; cum ex demeritis, perſuaſioneque Comitis Pagani uoluerit dominus, et uir noſter ipſum tanquam perfidum proditorem capi facere, ex eo quod maieſtati ſuae ſe oppoſuit, et contra perſonam regiam arma ſumere non expauit; ut uiſa perſona ſua, et quotque in Regno Siciliae habet, publicari mandauit, et bona perpetualiter confiſcari. quia dicti Comes Paganus, et Gualterius (ſicut dictum eſt) Cathanienſi Eccleſiae afflictiones, et damna multa intulerant, et nullam erga Maieſtatem Regiam praeſtiterant reuerentiam. Fidelis noſter Cancellarius uenerabilis Cathanienſis Epiſcopus, una cum conuentu ipſius ſupplicarunt domino noſtro Regi, et nobis, ut caſtrum Calatabianum cum Caſalibus, uillanis, terris, tenimentis, et pertinentiis ſuis, quod ſicut dictum eſt, ex praedicta proditione dicti Comitis ad Fiſcum Regium fuerat deuolutum: Epiſcopi Cathanienſis Eccleſiae obtentu, ob obſequium, quod dominus noſter, et nos inde ſaepe recepimus, intuitu quoque damnorum, quae ipſi Comites dictae Eccleſiae contra iuſtitiam intulerunt, concedere dignaremur. Nos autem attendentes ingens ſine intermiſſione ſeruitium, quod dominus, et uir noſter, et nos ab ipſa Cathanienſi Eccleſia, et dicto Cancellario, et fideli noſtro Cathanienſi Epiſcopo habuimus, et habemus. Conſiderantes quoque demum quid de ipſo Caſtro idem dominus noſter cum praeſens erat ipſi Eccleſiae coram uenerabili in Chriſto patre noſtro Gregorio S. Theodori Cardinale Apoſtolicae Sedis Legato liberaliter fecit. Nec non immenſa grauamina et iacturas, quas eadem Cathanienſis Eccleſia a nominatis Comitibus grauiter,

§. CXX-XXV. et ſaepe ſuſtinuit, licet quod duximus committendum caſtrum ipſum Comiti Arnaldo de Regna; conceſſione illud tenens, et uellet uendere aliis, per quos ſeruitia ueſtra impediri poſſent, et dicta Cathanienſis eccleſia damnificari ualeret; ſolutis de mandato, et licentia noſtra ipſi Comiti Arnaldo quindecim millibus tarenorum, uel eius procuratori - - - - - de gratia noſtra, et ob meritum dicti Cancellarii fidelis noſtri; ſupplicationem eorum libenter admiſimus. dictum caſtrum Calatabiani a praedicto Comite Arnaldo (ſicut dictum eſt) emptum, ipſi Cathanienſi eccleſiae loco, et uice domini, et uiri noſtri cum tenimentis, et pertinentiis ſuis auctoritate regia concedentes, praeſenti priuilegio perpetuo confirmamus: ſtatuentes, ut caſtrum ipſum Cathanienſis Eccleſia omni futuro tempore ſemper habeat ſine moleſtia, et grauamine alicuius pacifice poſſideat, et quiete; Vniuerſis inhibentes attentius, ne de Caſtro ipſo Cathanienſem eccleſiam aliquatenus in poſterum quiſpiam inquietet. Ad huius autem noſtrae conceſſionis, et confirmationis memoriam, et robur in perpetuo ualiturum praeſens priuilegium per manus Philippi Notarii, et fidelis noſtri ſcribi, et Maieſtatis noſtrae ſigillo muniri iuſſimus.

Dat. in Ciuitate Meſſanae anno domini Incar. MCCXIII Menſe Martii primae Ind. Regni uero domini noſtri Regis Dei gratia Friderici Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, et Principatus Capuae anno XV. Regni uero Romanorum anno I. Regni uero domini noſtri Henrici filii eius Dei gratia illuſtris Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, et principatus Capuae anno II. Regni uero dominae Conſtantiae Dei gratia illuſtris Reginae Romanorum ſemper Auguſtae, et Reginae Siciliae quarto, Regni autem Romanorum primo feliciter amen.

altera Iolanta, tertia Iſabella, eiusque pacta dotalia. Vxor altera Iolantha, Ioannis regis Hieroſolymitani filia Conradum IV peperit. Tertium connubium Fridericus iniit cum Iſabella Henrici III Regis Angliae ſorore. Inſtrumenta dotalia repetamus ex THOMAE RYMERI T. I P. I Actor. publ. p. 353 ſqq. etſi magis ad an. 1235 quam ad an. 1236 referenda uideantur. Iſtis ex aliis quoque documentis lucem adſpergere liceat.

NOS

§ CXXXXV. Ann. D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ 19. H. 3. p. 2. m. 7.

NOS Henricus, Dei gratia, Angliae etc. uiceſimo ſecundo die Februarii, indictione octaua, per praeſens ſcriptum notum fieri uolumus uniuerſis, praeſentes literas inſpecturis, quod nos, ad conſilium et ordinationem Domini Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Summi Pontificis, promiſimus, et corporaliter praeſtito iureiurando iurauimus, dare in uxorem legitimam Iſabellam, kariſſimam ſororem noſtram, Domino Frederico, Dei gratia, inuictiſſimo Romanorum Imperatori, ſemper Auguſto, Ieruſalem et Siciliae Regi.

Promittentes Magiſtro Petro de Vinea, Magnae Imperialis Curiae Iudici, nuncio et ſpeciali procuratori praenominati Domini Frederici Imperatoris, pro parte Imperatoris eiusdem, nomine antedictae Iſabellae ſororis noſtrae, in dotem, triginta millia marcarum argenti optimi ſterlingorum (ana trasdecim ſolid. et quatuor denar. per Marcam.) De quibus tenemur ſoluere praefato Magiſtro Petro, decimo die poſt reſurrectionem Domini primo uenturam, per eandem indictionem, una cum praedicta ſorore noſtra, tria millia marcarum argenti ſterlingorum, ut dictum eſt.

Et alia duo millia tenemur ſoluere antedicto Imperatori, uel certo eius nuncio, in feſto beati Iohannis, de menſe Iunii eiusdem indictionis.

Alia uero quinque millia tenemur ſoluere praenominato Imperatori, uel certis nunciis eius, in feſto beati Michaelis proximo uenturo, nonae indictionis.

Et alia quinque millia tenemur eidem ſoluere in feſto Paſchae ſecundo futuro, per eandem nonam indictionem.

Et item alia quinque millia tenemur eidem ſoluere in feſto beati Michaelis proximo futuro decimae indictionis.

Reliqua uero decem millia tenemur antedicto Imperatori, uel eius certo nuncio ſoluere in feſto Paſchae ſequenti, per eandem decimam indictionem. Ita ut, ab iſta Paſcha, usque ad duos annos completos, antedicta triginta millia Marcarum, optimi et puri argenti ſterlingorum, ſint eidem Domino Imperatori, aut eius haeredibus, uel certis eorum nunciis, integre perſoluta: ſaluo quod in quolibet praedictorum terminorum, praeter primum, beati Iohannis ſcilicet, debeamus quamlibet ſolutionem facere infra menſem, numerandum a die ipſa in ſolutione taxata.

§. CXX-XXV. Antedictam autem pecuniam, praeter prima tria millia marcarum, tenemur ſoluere antedicto Imperatori, uel alii, pro parte ſua, apud London, in regno Angliae; ita ut non teneamur antedictam pecuniam eidem Imperatori transmittere extra regnum.

Praenominatam autem pecuniae quantitatem, in dotem, praedicto Magiſtro Petro, nomine Imperatoris, pro praedicta ſorore noſtra, promiſimus, et ſacramento firmauimus, praeter omnem apparatum, aurum et argentum laboratum, et uaſa, equos, pannos laneos et ſericos; quae omnia praenominata Domina ſoror noſtra talia habere et deferre debebit, qualia tantam Dominam portare, et tantum Dominum recipere condecebit.

De quibus omnibus et ſingulis adimplendis obligauimus nos ſolempniter, ſtipulatione legitima interpoſita, antedicto Magiſtro Petro, obligationem noſtram, pro parte anteſati Imperatoris, recipienti; ſcilicet, tam de ſolutione bona fide et integre facienda, quam de terminis ſingulis obſeruandis.

Ad maiorem etiam cautelam Imperatoris eiusdem, hoc ipſum, corporali praeſtito ſacramento, iurauimus per omnia et ſingula firmiter obſeruare; promittentes, nomine paenae, decem mill. marcarum argenti, ſi in terminis praetaxatis ſingulis antedictam pecuniam, prout praedictum eſt, diſtulerimus quietare; ut tamen antedicta paena decem millium Marcarum, non in ſolidum, ſet pro rata per ſingulos terminos committatur.

Subiecimus nos praeterea iurisdictioni et ſententiae Summi Pontificis, ac ſacroſanctae Romanae Eccleſiae, ut antedictus Summus Pontifex, uel Romana Eccleſia, ſi in ſolutione praedictae pecuniae, per ſingulos terminos, ceſſauerimus, poſſit nos et ſucceſſores noſtros libere per cenſuram eccleſiaſticam cohercere, exceptione fori, uel regiae dignitatis, a nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, Eccleſiaſtico iudicio minime opponenda, aut oppoſita, non obſtante.

Haec eadem etiam, in omnibus et ſingulis articulis, obſeruare, de ſpeciali mandato, et in praeſentia noſtra, corporaliter praeſtito ſacramento, firmauerunt *Hubertus de Burgo Comes Kantiae*, *Gilbertus Mareſcallus Comes de Pembrocia*, *Radulphus filius Nicholai*, *Godefridus de Crancumbe*, *Humfridus Comes Hereford*; ſacramento expreſſim et apertius inſerentes quod, pro toto poſſe eorum, ad hoc intendent quod nos obſeruare praedicta omnia et ſingula debeamus.

Prae-

Praenominati et ſinguli fideles noſtri, ſuper hiis omnibus, te- § CXX-
ſtimoniales apertas litteras exhibebunt, cum ſigillis eorum penden- XXV.
tibus, antefato Magiſtro Petro, ad cautelam et praeſentiam antedi-
cti Caeſaris deferendas.

Per praenominatas autem cautiones nos ſaepedictus Rex, praenominato Magiſtro Petro de Vinea, obligauimus nos, et ſucceſſores noſtros, antedicta omnia et ſingula obſeruare; hoc adiecto quod, ſi praenominatus Summus Pontifex, uel Romana Eccleſia uellet ſe Domino Imperatori, de ſoluenda pecunia memorata, noſtro nomine obligare, et conſtituere Principalem debitorem, iuxta formam a iure ſtatutam, nos obligationem ipſam ratam habebimus.

Et ipſum Summum Pontificem, et Romanam Eccleſiam ab obligatione ipſa promittimus, ſtatuendis inter nos locis et terminis, liberare; prout haec omnia per nuncios et litteras noſtras eidem Summo Pontifici et Romanae Eccleſiae curabimus deſtinare: eo ſaluo quod, antedictae Romanae Eccleſiae cautione recepta, et per praedictum Caeſarem acceptata, praeſentis obligationis noſtrae litterae nobis, aut nunciis noſtris reſtitui debeant, nullo umquam temporum ualiturae, et a praedictis cautionibus omnibus nos, et praedicti Nobiles noſtri ſimus penitus abſoluti.

Quod ſi forte, Domino auertente, contingeret antedictam ſororem noſtram Iſabellam, prius in fata concedere quam iter arripiat; uel, poſtquam iter arripuerit, priusquam, Dominum Imperatorem uirum ſuum perueniens, in facie Eccleſiae ſolempniter et publice deſponſetur; nos, et ſucceſſores noſtri, ab omnibus et ſingulis antedictis obligationibus, abſolui debemus, et libere permanere.

Item, ſi forte, quod abſit, Imperatorem eundem prius contingeret in fata concedere, quam praenominata ſoror noſtra deſponſaretur ab eo, ſimiliter nos, et ſucceſſores noſtri, remanere debebimus ab omnibus ipſis obligationibus abſoluti; et antedicta ſoror noſtra ad nos in regnum Angliae ſecure et libere reducetur; quod ipſum tam Dominus H. Venerabilis Colonienſis Archiepiſcopus, tam de recipienda a Domino Imperatore, et deſponſanda Domina, quam de ea, in euentum, ſiniſtri caſus, libere reducenda, et alii nobiles, qui ad ipſam ſororem noſtram, in Angliam, recipiendam, de mandato Imperialis excellentiae, uenerint, Sacramento ab eis corpora-

Digitized by Google

§. CXX-XXV. poraliter praeſtito iurare debebunt, et nobis proinde apertas eorum litteras aſſignare.

Obligauimus nos etiam antedicto Magiſtro Petro de Vinea, pro parte Imperatoris praefati, ſibi, et antedicto Archiepiſcopo Colonienſi, aut quibuslibet aliis Nobilibus Imperii, pro parte ipſius Imperatoris uenientibus, aſſignare ſaepedictam ſororem noſtram decimo ſeptimo die intrantis menſis Aprilis, una cum ſolempnibus Nunciis noſtris, ducendam ad Dominum Imperatorem praefatum, ab ipſo ſolempniter deſponſandam, et ab eo Imperiali honore et affectione maritali tractandam.

Ad perfectiorem etiam antedicti matrimonii conſummationem, ſaepedicta etiam Iſabella ſoror noſtra, de mandato noſtro, praeſentibus dilectis et fidelibus noſtris, Ricardo Comite Pictauiae et Cornubiae kariſſimo fratre noſtro, Huberto de Burgo Comite Kantiae, Willielmo de Ferrariis, Philippo de Albiniaco, Hudone de Viuon. Radulfo filio Nicholai, Gaudefrido de Craucumbe, Amaur. de ſancto Amaudo, Iohanne Mareſcallo, Roberto de Mucegros, Roberto de la Bruer, Walerando Teutonico, et aliis quampluribus fidelibus noſtris (recepto conſenſu in ſe a praefato Magiſtro Petro de Vinea, ſpeciali Procuratore Imperatoris, ad hoc ſtatuto, pro parte Imperatoris eiusdem, per uerba de praeſenti,) conſenſit in eundem Imperatorem uelut in uirum ſuum, ſimiliter per uerba de praeſenti, praefato Magiſtro Petro, ut dictum eſt, ad hoc antefati Caeſaris ſpeciali et legitimo Procuratore ſtatuto; et recepit in praeſenti ipſum Dominum Imperatorem in uirum ſuum, recipiens annulum, nomine Imperatoris praefati; et remittens eidem, per eundem Procuratorem, ſuum annulum ſponſionis.

In cuius rei teſtimonium has litteras fieri fecimus Patentes. Teſte meipſo apud Weſtmonaſterium, uiceſimo ſecundo die Februarii, anno Regni noſtri uiceſſimo.

RYMER cit. loc. p. 123 ſq.

An. D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3. p. 2. m. 7.

Notificatio facta de contractu Matrimoniali inter Imperatorem et Iſabellam Angliae.

EGO Petrus de Vinea, Magnae Imperialis Curiae Iudex, ſpecialis Procurator et Nuncius Domini mei Frederici, Dei gratia, inuictiſſimi Imperatoris ſemper Auguſti, Ieruſalem et Siciliae Regis.

Prae-

Praeſenti ſcripto profiteor quod, de ſpeciali mandato antedicti Domini mei Frederici, et in anima ſua corporaliter praeſtito Sacramento, iuraui, quod antedictus Dominus Imperator ducet in uxorem legitimam Dominam Iſabellam ſororem illuſtris Regis Angliae, et quod ipſam in facie Eccleſiae ſolempniter et publice deſponſabit, et coronabit. §. CXXXXV.

De uoluntate et ſpeciali mandato antedicti Domini Imperatoris, conſenſi in praedictam Dominam Iſabellam, per uerba de praeſenti, et recepto ab ipſa ſimiliter in praenominatum meum Dominum Imperatorem conſenſu per uerba de praeſenti, ad maiorem etiam conſummationem Matrimonii ſupradicti, pro parte praefati Domini mei Imperatoris, tradidi ſupradictae Dominae ſponſionis annulum, et inuicem recepi ab ea, nomine Imperatoris, eiusdem annulum ſponſionis.

De ſpeciali etiam mandato ſaepedicti Domini mei Imperatoris tradidi praefatae Dominae Iſabellae in Dodarium, uallem Mazariae, cum ciuitatibus et caſtris, uillis, terris cultis et incultis, aquarum decurſibus, tenementis, et omnibus iuribus, et pertinentiis eius; nec non et honorem Montis Sancti Angeli, cum ciuitatibus et caſtris, uillis, terris, cultis et incultis, aquarum decurſibus, tenementis, et omnibus iuribus, et pertinentiis eius, prout quodlibet de praedictis Dodariis Reginae Syciliae integre habere conſueuerunt.

Et eandem Dominam Iſabellam de praedictis omnibus inueſtiui per Patentes Imperiales litteras, aurea bulla munitas, typario Imperialis maieſtatis impreſſa.

Pro praedicta autem Domina, nomine Dotis, recepi promiſſionem et obligationem Domini Regis praefati de triginta millibus marcarum argenti, ſoluendis in locis et terminis ſub ydoneis cautionibus, prout per Patentes regias litteras, et multorum Nobilium ſuorum euidenter apparet.

Saluo quod ſi, Domino auertente, contingeret antefatam Dominam, uel praedictum Dominum Imperatorem, quod abſit, prius in fata concedere, quam praefatum Matrimonium per Sponſaliorum ſolempnia, et carnis copulam conſummetur, antefatus Dominus Rex, et Succeſſores ſui ſint a praedictis obligationibus imperpetuum abſoluti; et nihilominus Domina ſupradicta, in eo caſu, ſi Impera-

§. CXX-XXV. torem contingeret praemori, ſecure et libere in Regnum Angliae reducatur.

Quod etiam Sacramentum Dominus H. Colonienſis Archiepiſcopus, et alii Nobiles, qui ad Dominam ipſam recipiendam de mandato Imperiali in Angliam uenerint, corporaliter exhibere debebunt, tam de recipienda et deſponſanda a Domino Imperatore Domina praedicta, quam de ea, ſi ſiniſter caſus acciderit, in Angliam libere reducenda.

Quod ſi forte contingeret Dominum Imperatorem, quod abſit, praemori, liberis ex praefata Domina non ſuſceptis, tunc, ſecundum Regni Syciliae conſuetudinem, ſit in electione Dominae ſupradictae utrum uelit ſupradictum Dodarium in uita ſua tenere (ſaluo iure et ſeruitio ipſius Dodarii, debito, et exhibendo haeredibus Domini Imperatoris in Regno) uel ſupradicta triginta millia Marcarum recipere, Domino Imperatori pro Dote exoluta.

Promiſi ego praeterea, praenominatus Magiſter Petrus de Vinea, et iuraui in anima Imperatoris praedicti, quod ipſe Dominus meus Imperator, die nuptiarum, prout iuris et moris eſt, per annulum aſſignabit eidem Dominae Dodarium ſupradictum, cum omnibus iuribus, et pertinentiis ſuis, prout ſuperius eſt expreſſum; et priuilegium ſibi exinde faciet, aurea bulla munitum, tipario Imperial. maieſtatis impreſſa.

Hoc ſcriptum ſcripſi ego Angelus, magnae Imperialis Curiae Notarius, de mandato ſaepedicti Magiſtri Petri de Vinea, et meo ſigno ſignaui, pendenti ſigillo ipſius Magiſtri, munitum.

Actum apud London. anno Dominicae Incarnationis milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, et uiceſimo ſecundo die menſis Februarii, octaua indictione.

RYMERI act. Angl. Tom. I Part. I p. 128.

Littera Regis ad Imperatricem.

Ann. D. 1236. An. 20. H. 3. Clauſ. 19. H. 3 p. 2. m. 1.

REX Imperatrici, etc. ſalutem, et iocunda proſperitate diu gaudere.

Affectionem ſinceram, quam de ſtatus noſtri proſperitate certiorari deſideratis, plenius attendentes ex intimo deſiderio, quo ueſtram ſcire cupimus laetitiam et iocunditatem; ſerenitati ueſtrae ſignifi-

gnificamus nos et Reginam, uxorem noſtram, benedictus Deus, eſſe ſanos et incolumes. §. CXXXXVI.

Placeat igitur dilectioni ueſtrae ſtatum ueſtrum, utinam proſperum, nobis renuntiare, et inde nos reddere uelitis laetiores.

Significantes inſuper nobis ſi quid penes nos ueſtrae placuerit excellentiae, ad quod nos ſemper pronos inueniet dilectio ueſtra.

§. CXXXXVI.

Iſabella in Germaniam per Archiepiſcopum Colonienſem et Ducem Brabantiae deducebatur, quibus Fridericus Imperator hoc negotium ſingularibus literis mandauit. Exhibentur iſta a RYMERO c. l. p. 360 ſq.: *Nos Henricus, Dux Brabantiae, per praeſens ſcriptum notum fieri uolumus uniuerſis, praeſentes litteras inſpecturis, quod a domino noſtro Frederico, Dei gratia inuictiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem et Siciliae Rege, per ſacras litteras ſuas, et per magiſtrum Petrum de Vinea, magnae imperialis curiae iudicem, latorem earum recepimus in mandatis, ut ad illuſtrem Regem Angliae deberemus perſonaliter nos conferre, pro recipienda domina Iſabella, ſorore Regis eiusdem, quam praefatus magiſter Petrus de Vinea, tamquam ſpecialis et legitimus procurator Imperatoris eiusdem, conſenſu ab ea et in eam, per uerba de praeſenti habito, ſacramento etiam corporaliter praeſtito in anima et nomine ipſius Imperatoris, legitime deſponſauit, nec non et pro eadem domina ad ipſum dominum Imperatorem felicibus auſpiciis deducenda. Recipimus etiam in mandatis a domino Imperatore praefato, ut nomine ſuo, et in eius anima iuraremus, quod ipſe praedictam dominam in facie eccleſiae ſolenniter deſponſabit, et coronabit eandem, et quod ipſam imperiali honore, et affectione maritali tractabit* etc. Haec Auguſta reginae titulum imperatorio praeferebat. ROLANDINVS in memoriali temporum de geſtis in Marchia Tarviſana L. IV c. IX p. 41. *Ibat Fridericus quandoque Noëntam, ubi morabatur hoc tempore uxor eius, filia Regis Angliae, quae uolebat potius appellari Regina quam Imperatrix.* Iſabella in Germaniam deducitur.

Mortem coniugis ſuae, neſcio an Iſabellae, acerbe ferebat Fridericus, ideoque luctum publicum imperabat. 2. Fridericus mortem coniugis ſuae luget.

PETRI de Vineis Epiſtolae Friderici II Lib. IV cap. 2.

§. CXX-XXVII. Capitaneo ſuo, de morte Imperatricis, et ut eius exequias per iurisdictionem ſuam faciat celebrari.

Latentis hoſtis inſidias non potuimus effugere, quin poſt innumeras regiones ſub uirga Maieſtatis noſtrae deductas, ſereniſſimam Auguſtam ex regali progenie ortam, nobis pace potientibus et quiete, impiae mortis ignauia ſubriperet uiolenter. Non igitur hilaritatem uultus poſſumus exhibere, cum noſtrae conſortis obitus nobis amaritudinis propinet poculum, nosque moleſtet iugiter et impugnet. [Verum tamen nolumus doloris amaritudine ſic Maieſtatem noſtram afficere, quod creatoris offendamus noſtri clementiam, et doloris immenſitas in nobis impediat, quid honoris conferre noſtrae conſorti dignanter expediat et doceat reuerenter]: praeſertim quia uolumus, ut tantae noſtrae participis memoria, ſit celebris ſuper terram: tibi diſtricte praecipimus, quatenus eius exequias per totam iurisdictionem tuam ab undique locorum degentibus, praecipue a clericis et populis ciuitatum, campanis quo decet honore pulſatis, uniuerſaliter facias celebrari, ut quilibet in Eccleſiis congregati, Auguſtae animam, qui aufert Spiritum Deo uiuo ſpecialiter recommendent: cauens ne inde aliud facias, ſicut noſtrae indignationis aculeum non incurrere concupiſti.

§. CXXXXVII.

Margaretha, Henrici regis, Friderici II filii, uxor. Henricus, Rex Romanorum, Friderici II filius, uxorem habuit Margaretam, Lupoldi Ducis Auſtriae filiam. Nuptiarum ſolennitas Noribergae magno cum apparatu celebrabatur, teſte CHRONICO SALISBVRGENSI apud PEZIVM, ad a. 1225: *Henricus, Rex declaratus, duxit filiam Ducis Auſtriae, cum qua, Principibus quibusdam praeſentibus, nuptias apud Nurenberch ſolenniter celebrauit. Vbi propter frequentiam populi XL perſonae, inter quas quidam Praelati, Monachi, Clerici, erant, et cum aliis, oppreſſi occubuerunt.* Rex eam repudiare conſtituerat, ſed principes quidam id conſilium interuertebant. Reginae huius mentio fit in GVDENI Sylloge diplomat. p. 572, ubi Henrici VII literae porriguntur, quibus fratres de Brumbach ab omnibus Aduocatorum et quorumcunque Officialium Imperii exactionibus, ſigillatim uero onere hoſpitandi comitatum Regium, immunes reddit 1230: *precordiales tamen noſtros fratres de Burne-*

Burnebach, tanquam in ſinu beneuolentie maioris exceptos, tali gratia pre ceteris donauimus, ut ab omni Aduocatorum, Sculteterum, uel quorumlibet Officialium noſtrorum quacunque exactione, liberi perpetuo ſint et abſoluti. Ea uidelicet conditione, ut nobis apud Wirtzeburg, uel Sereniſſima coniuge noſtra, ſiue in illo confinio exiſtentibus, neque equi in eorum curiis hoſpitentur, nec exactiones ab eis quoquomodo exigantur. Et, ut breuiter omnia concludamus, nulla penitus ab eis ſeruitia requiri uolumus, excepto, quod Nuntii noſtri tranſeuntes, cum neceſſitas ingruerit, apud ipſos congrue recipiantur. §. CXXXVII.

Henrico defuncto, Ottocaro regi Bohemiae nupſerat Margareta, poſtea ab hoc marito dimiſſa. Duas, quas, dum uidua eſſet, dedit chartas, reticere non poſſumus. uid. RAIM. DVELLII Miſcellan. Lib. I pag. 401. (a. poſthaec uidua diplomata edidit.)

Vidimus ſuper priuilegia Eccleſiae Hippolytanae a Dominis de Chunring datum.

M. Dei gracia Romanorum quondam Regina ſub huius ſcripti teſtimonio notum facimus uniuerſis, quod nos uidimus literas et ſigilla Dominorum Alberonis Pincerne, Hadmari Marſchalci de Chunringen, et H. Pincerne de Habeſpach et quorundam aliorum miniſterialium Auſtrie, tenorem huiusmodi continentes. Sinceritatem noſtram damus recognoſcere per praeſentes, quod ab ſauorem et amorem omnipotentis Dei et peticionem Venerabilis Viri Prepoſiti Sancti Ypoliti pacem eidem Eccleſie dedimus in hunc modum, ne a nobis, uel a noſtris fautoribus, aut hominibus ad caſtellandum turres eius ſeu ipſum monaſterium, uel ad expugnandum noſtros inimicos accedere debeamus; utque eorum paci aliquibus municionibus promittamus, hoc quoque, ſicut fieri promiſimus, fide data et preſtito iuramento, et ad euidens teſtimonium dicto Prepoſito et ſuis fratribus et hominibus dedimus preſentes literas noſtri ſigilli charactere roboratas. Adiicimus etiam, quod quicunque tale laudamentum infringere preſumſerit, fautorum noſtrorum aut aduerſariorum; eundem uolumus et debemus tanquam hoſtem debitum uiribus, quibus poſſumus impugnare. (eccleſiae S. Hippolyti pacem ſiue ſaluam guardiam concedit.)

Vidimus etiam literas et ſigillum Domini Ot Comitis de Eberſtain continentes, quod in ſua preſencia predicta omnia fuerunt

§. CXX-XXVII. fide data et iuramento praeſtito confirmata. Prefatus quoque Prepoſitus ad noſtram accedens preſenciam a nobis peciit humiliter et deuote, ut et nos factum huiusmodi ſcripto et ſigillo noſtro dignaremur confirmare, cuius precibus annuentes has literas fecimus exhiberi ſigilli noſtri munimine roboratas.

Datum in Heinburg 6 Kal. Appr. Anno Domini 1248 ſexta indictione.

LVDEWIG Reliq. MS. T. IV p. 50 ex diplomatario ZWETTLENSI.

De domina Margarita quondam regina Romanorum.

Nunc per recapitulationem ad benefactores noſtros et fundatores circa tempora domini Ottokari regis Bohemie et ducis Auſtrie redeamus, et que bona domui noſtre domina Margaretha RELICTA predicti Ottokari regis Bohemie, ſoror etiam Friderici ducis Auſtrie et uerus heres terre Auſtrie ex parte duce Leupoldo, Romanorumque regina impenderit, uideamus. Dedit enim integrum ornatum miſſe domui noſtre, uidelicet ſubtilem *dalmaticam* cum *caſula*, cum aliis ornamentis eccleſie, taleque priuilegium ſuper libertatibus hominum noſtrorum.

Margarethae Auſtriacae, Romanorum reginae, confirmatio immunitatis Zvvettenſium an. CIↃCCLXIV.

§. Margareta monaſterii Zvvettlenſis iura immunitatis confirmat.

MARGARETHA Dei gratia Romanorum quondam Regina, duciſſa Auſtrie et Styrie; omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Progenitorum noſtrorum pietatem imitari deſiderantes, in donatione libertatis religioſorum locorum, et defenſione, ſpeciali fauore clauſtrum in Zvvettl complectimur, perſonis ibidem degentibus non ſolum, dum uiuimus, intendentes prodeſſe, ſed et poſt obitum noſtrum ipſorum quieti ſollicite prouidere. Significamus igitur uniuerſis preſentibus et futuris, quod libertates et iura, inſtitutione piiſſimae memorie Chunradi regis quondam Romanorum ſecundi eidem clauſtro per priuilegium confirmata, principum quoque terre ab antiquo priuilegiis exarata, precipue tamen dulciſſime recordationis patris noſtri ducis Leupoldi, fratris etiam noſtri felicis commemorationis

tionis ducis Friderici: ſicut monumenta literarum declarant, de confirmatione poſſeſſionum et exemtione libertatis, qua homines ipſorum uti debent, gratia principum, ut ipſi fratres liberius domino Deo famulentur, cum homines eorum quieti a uiolentia, poſſunt eis efficacius deſeruire. Verum quia exemtiones conceſſas a principibus eis adhuc uiuentibus, nemo iudicium attentabat infringere; propter quod preſtita libertatis gratia in iuſtitiam iure conſuetudinis tranſiuit, que ubique in poſſeſſionibus iam dicti clauſtri eſt hactenus obſeruata: excepto, quod *guerre* tempore quedam fuerunt ex uiolentia iudicum immutata, in eo quoque coloni eorum ſola ſpe queſtus ad placita indebita cogebantur. §. CXXXVIII.

Que nos in omnibus locis poſſeſſionum predicti cenobii perpetuo reuocantes, hominibus ipſorum hanc gratiam concedimus, ne coram indictis placitis compareant, niſi in talibus, que petitione conuentus prouiſa fuerint, tunc officialis uille cum uno ruſtico poterit comparere etc. Ne autem huius libertatis utilitas aliqua imposterum ualeat calumpnia impediri, hanc literam conſcribi fecimus, et noſtro ſigillo ac teſtibus roborari. Teſtes ſunt: Leupoldus camerarius. Aloldus de Khambek. Fridericus frater camerarii. Vlricus, Otto et Chunradus ſacerdotes. Symon notarius.

Datum anno domini 1264 indictione ſeptima.

§. CXXXXVIII.

Eliſabetha, Conradi IIII coniux, Ottonis illuſtris Duc. Bauariae et Agnetis Comitis Palatinae filia erat, quod non ſolum cel. KOELER. in diſſ. de Genealog. Fam. Aug. Stauffens. tab. III p. 44 monſtrauit, ſed docet id etiam charta Wenceslai Regis Bohemiae, qua dos Eliſabethae conſtituta indicatur apud TOLNER. in cod. diplomat. hiſt. Palat. p. 77: De dote Eliſabetae, Conradi IIII coniugis.

Nos Wenceslaus Dei gratia Rex Boem. Dux Cracouiae et Sandomirie. Marchioque Moravie Sacri Romani Imperii Princeps et Pincerna, Notum facimus uniuerſis tenorem praeſentium inſpecturis tam praeſentibus quam futuris, quod nos confirmationem, ratihabitionem et approbationem ſereniſſimi Domini noſtri et Patris kariſſimi, Domini Rudolphi incliti Rom. Regis ſemper Auguſti, quas illuſtri Principi Ludouico Comiti Palatino Rheni, Duci Bauariae, Con-

§ CXX-XXVIII. Conſanguineo et affini tanquam fratri noſt. kariſſimo fecit de bonis quondam Conradi, filii olim Regis Conradi nati pie memoriae Friderici quondam Imperatoris Romani, uidelicet oppido Schongovv, caſtro Reitengovv, Ambergovv, Curia ſuper monte, Curia Stauffe, uilla Iglingen, uilla Durncheim, uilla Möringen cum toto Heybiſche, caſtro Svvabekke Caſtro et oppido Svvebisvverde, Caſtro Capſheim, oppido Nouoforo, cum toto officio Perengovv, nouo Caſtro et Caſtro Schouenberg, quae praeds. Rex Conradus pro dote et in dotem, Elizabeth uxore ſuae, mariti uidelicet Conradi ſui filii predicti, ac illuſtrium Principum predicti Domini Ludovvici et felicis recordationis Domini Henrici Ducum Bavvar. ſorori aſſignauit, et de omnibus bonis ſuis aliis patrimonialibus, ſiue aliis quibuscunque ad ipſum de iure proprietatis titulo pertinebant eidem Duci Lodvvico per predictum Conradum nepotem ſuum predicti Regis Conradi filium, datis et traditis, nec non ceſſionis et donationis omnium bonorum ſuorum feudalium facte eidem Duci Lodvvico per predictum nepotem eius Conradum de Aduocatia Hersprukke, et Vilſekke, Amberch, Avvrhach, cum Caſtro Hohenſtain et omnibus pertinentiis omnium praedictorum tam in bonis, quam hominibus, quae predictus Rex Conradus, pater Conradi predicti a Babenbergenſi Eccleſia habuit in feodata, ſicut haec omnia in ipſius Domini noſtri Regis Rudolphi patentibus inſtrumentis expreſſa et per eundem Dominum Regem Rudolphum facta ſunt, approbamus et noſtrum eis praebemus aſſenſum preſentium litterarum teſtimonio, quas ad maiorem Cautelam ſigillis noſtris iuſſimus ſigillari.

Datum Pragae Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo primo XVII Kal. Maii. indictione quarta.

e. Eliſabeta una cum priore marito Meinhardo conſtruit clauſtrum Stamſenſe. PETZ T. II Script. rer. Auſtriac. p. 457 in breui Chronico Monaſterii Stamſenſis in Tyroli: *Anno Domini MCCLXXIII clauſtrum in STAMS conſtructum eſt a praedicto Comite Meinhardo, et ab Elizabeth contborali ſua, quae erat filia Ducis Bauariae, ac relicta piae recordationis quondam Conradi Regis Romanorum. Anno Domini MCCLXXIII in die S. Dionyſii obiit praedicta Domina Elizabeth, Fundatrix huius Coenobii, hic ſepulta.*

De re diplomatica Reginarum in magni interregni turbis occurrentium nihil fere commentari licet. De Richardi Imperatoris uxoribus accuratius expoſuit cel. GEBAVER. in uita Richardi.

CAP. VI.

CAP. VI

DE DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM PERIODI AVSTRIACO-LVXEMBVRGICAE.

§. CXXXXVIIII.

§. CXX-XXVIIII.

Rudolphi Habspurg. uxor prior Gertrudis.

RUdolpho Habsburgico Imperatori ab hiſtoriarum auctoribus coniuges duae aſſignantur, Anna ſcil. et Agnes. Diplomata eis praemittunt Gertrudem, ſed non amplius Gertrudem et Annam unam eandemque fuiſſe ſtatuere dubito. Certiſſimum eſt, Rudolphum, ante imperium ſuſceptum, cum uxore Gertrude coniunctum fuiſſe. Proferamus documentum ex HERRGOTTI Hiſtor. Geneal. Habsburg. Vol. III p. 433 n. 524:

Rudolphus Comes de Habsburg coenobio Wettingenſi in nonnullis poſſeſſionibus, *In dem Eygen* dictis, uſumfructum conſtituit.

RVDOLFVS Comes de Habsburg et de Kiburg, Landgrauius Alſatiae, omnibus praeſentem paginam inſpecturis notitiam rei geſtae. Quia omnium memoriam habere, et in nullo errare, potius diuinitatis, quam humanitatis exiſtit, ideo geſta hominum, ut litibus obuietur, et calumpniandi materia tollatur, ſolent ſcripturae teſtimonio roborari. Nouerint igitur, quos noſſe fuerit opportunum, quod cum uiri religioſi Abbas et Conuentus monaſterii de Wettingen, Cyſterc. Ord. dioeceſis Conſtantienſis, perdilectae Dominae GERDRVDI uxori meae ſexaginta marcas legalis argenti, ponderis Turicenſis, ad exonerationem debitorum, et uoraginem uſurarum contra ipſam currentium, ſponte et libere contulerunt; nos uolentes, tantis beneficiis ne ingrati uideamur, in aliquo reſpondere, de conſenſu iam dictae uxoris noſtrae libero et expreſſo, et ALBERTI et HARTMANNI filiorum noſtrorum, nec non et filia-

§. CL. rum noſtrarum, tam puberum, quam impuberum, poſſeſſiones noſtras, dictas *In dem Eygen*, in ſubſcriptis uillis et terminis, uidelicet *Lupbang*, *Schernz*, *Biren*, *Muilinon*, *Birbart*, et alibi *In dem Eigen* ſitas, quas poſſeſſiones nomine datis ſeu donationis propter nuptias, quod uulgo dicitur *Lipgedinge*, eidem uxori noſtrae aliquando contulimus, praefatis religioſis aſſignauimus nomine uſufructus, ut ex eisdem poſſeſſionibus, ſine qualibet captione et contradictione noſtra, fructus et cenſus recipiant, et colligant, quouſque ſortem dictarum LX marcarum poſſint commode et plenarie rehabere. In cuius rei teſtimonium praeſens inſtrumentum ſigillo noſtro patenter fecimus communiri. Actum et datum in Brugge anno Domini MCCLXXIII in octaua Epiphaniae. Teſtes huius facti ſunt, Dominus Heinricus Abbas ſupradictus de Wettingen, Fr. Volkerus Prior, E. de Luten, Fr. Arnoldus Dapifer, monachi eiusdem domus. . H. de Oſtra, C. dictus Bochſeler, milites. Petrus dictus de Granes, ciuis Vriburgenſis, et alii quam plures fide digni. Ego GERDRVDIS uxor praefati Comitis de Habsburg, cum ſciam praedicta omnia eſſe uera, donationem et aſſignationem ſupradictarum poſſeſſionum ad me nomine dotalitii pertinentium conſentio libere et expreſſe, et in teſtimonium conſenſus mei tam ſolempniter facti ſigillum meum duxi apponendum, die et termino praenotatis.

Pignus cum pacto antichretico.

§. CL.

Gertrudis cum marito Rudolpho Aquisgrani coronatur.

Certiſſimum eſt, eam uxorem, quae regina cum Rudolpho conſecrabatur, Gertrudae nomine appellatam fuiſſe. En! teſtimonium in GVDENI Cod. dipl. T. I p. 753.

LVDOVICI, Electoris Palatini,

Teſtimoniales, de Iuribus Moguntini Archiepiſcopi ſartis tectis conſeruatis, cum Aquisgrani in epulis Coronationis, ſuper ſeſſione a Dextris, Wernero, a Colonienſi Engelberto, Quaeſtio moueretur. An. 1273.

Inter Archiepiſcopum Mogunt. et Colonienſ. lis de iure a dextris ſedendi orta.

Omnibus preſentes litteras inſpecturis LVDOVICVS Dei gratia Comes Palatinus Reni Dux Bauarie ſalutem in Domino.

Cum Sereniſſimus Dominus noſter RVDOLFVS, Romanorum Rex ſemper Auguſtus, et inclita Domina GERTRVDIS, Collateralis Regia ipſius, cum Principibus ſuis dilectis ad recipiendum Coronatio-

nationis ſue Inſignia ad opidum Aquenſe ueniſſent; et coronatione §. CLI.
ipſorum feliciter cum debita celebritate peracta, Sedes Principum eorumdem, una cum ſedibus ſuis, hinc inde in Regia domo ibidem, prout moris exiſtit, pro ſollempnitate Prandii locarentur; inter Venerabiles Patres, Dominos Wernherum Maguntinum et Engelbertum Colonienſem Archiepiſcopos, ſuper ſeſſione a Dextris eſt orta materia Queſtionis; Tandem Dns Maguntinus predictus, ne tante feſtiuitatis iocunditas in aliquo turbaretur, quin potius ad ipſius Dni Regis deſiderium augeretur; ad magnam Eiusdem ceterorumque Principum preſentium inſtantiam, queſtioni huiusmodi non inheſit.

Imo recognoſcimus per preſentes et aperta facie proteſtamur, quod pro Regie Maieſtatis honore, ut in eo plene ſinceritatis affectum quem ad ipſum Dominum Regem habere dinoſcitur, oſtenderet per effectum, illa uice ſub diſſimulatione quadam commendabili pertranſiuit; publice nichilominus proteſtando, quod poſſeſſioni Seſſionis huiusmodi iuribus, uel facti quod habet, per diſſimulationem eandem non ualeat in poſterum derogari, nec ſibi et ſue Eccleſie Maguntine per hoc debeat in aliqua parte preiudicium generari.

Acta ſunt hec Aquisgrani, Anno Domini MCCLXXIII, Non. Kal. Nouembris.

§. CLI.

Certiſſimum eſt, reginam, quam diximus, ſe ipſam uocaſſe Gertrudem, apud HERRG. c. l. p. 437 et TSCHVDI Chron. Heluet. ad a. 1273.

G. Comitiſſa de Habspurc et de Kyburc, Alſatiaeque Landgrauia, nutu Dei in Reginam Romanorum electa, Burcardo miniſtro ſuo, caeterisque miniſtris, ac hominibus uniuerſis Vallis Vraniae, ſuam gratiam. Cum nos dilectos in Chriſto Regulares monaſterii (TSCHVD. monachos) in Engloberc, Ordinis S. Benedicti, cum perſonis et rerum omnium facultatibus, in noſtram protectionem et tuitionem receperimus ſpecialem; uniuerſis uobis praecipimus et mandamus, quatenus dictam protectionem noſtram taliter obſeruare uelitis, ſicut noſtram diligitis gratiam et amorem, maxime in al- Gertrudis monaſterium Engelberg. in protectionem ſuam recipit.

 pibus,

§. CLII. pibus, ſecundum quod hactenus Regio Imperio tuebantur, et prout in ſuis priuilegiis ſunt ab eodem Imperio priuilegiati.

Datum in Brugge, anno Domini MCCLXXIII, VI Idus Octobris.

§. CLII.

Gertrudis appellatur Anna,

At poſthaec Gertrudis Annae nomen induit. Si nomen theotiſcum Gertrudis *ualde dilectam* ſignificat; id cum Anna, Hebraicae originis, conſentire uidetur. Quos Gertrudis filios ſuos appellarat Albertum et Hartmannum, eosdem et ſuos dixit Anna. Haec in Tabulis ſuis Reginae, non Imperatricis, titulum prae ſe tulit, nec tamen ab imperii rebus adeo aliena fuit; etenim ipſam monaſteria in aduocatiam ſiue protectionem ſuam ſuſcepiſſe legimus in ÆGIDII TSCHVDII Chronico Heluetico ex edit. Iſelini P. I p. 184 ad A. 1275.

et ſanctimoniales Steinenſes in protectionem recipit.

Anna Dei gratia Romanorum Regina, Viris prouidis et honeſtis Rudolfo Miniſtro de Stouffach, et Wernhero de Sevvon Miniſtro ſalutem et omne bonum: Cum dilectas in Chriſto, Sanctimoniales in Steine Ordinis Ciſtertienſis, Dioeceſis Conſtantienſis, cum uniuerſis poſſeſſionibus omniumque bonorum facultatibus earundem in noſtram protectionem et defenſionem receperimus ſpecialem de beneplacito Incliti Domini noſtri Regis nolentes ut aliquam precariam dare a noſtris officiatis aliquatenus compellantur. Et cum intellexerimus, quod tu Rudolfe Miniſter de Stouffach ob huiusmodi precariae exactionem equum pro pignore memoratis ſanctimonialibus abſtuliſti, uolumus et mandamus tuae diſcretioni, diligenter te rogantes, quatenus dictum Equum ipſis reſtituas ſine mora et contradictione qualibet. Vos ambo illas non uelitis amplius in exactionibus huiusmodi grauare, ab omnibus nihilominus incurſibus et iniuriis pro ueſtris uiribus et poſſe conſtanter et fideliter protegentes.

Datum apud Kiburg II non. Septembris Anno Regni memorati Domini noſtri Regis ſecundo.

Nota TSCHVDII.

IDEM cit. loc. p. 190. Gemelten 1282 Jars in der Faſten, an St. Mathis des Apoſtels Abend, (oder als andre ſchribend, am 8 Tag Mertz, uff den Sontag Laetare, andre ſprechend, an St. Matthaeus Apoſtels Abend ze Herbſt) ſtarb die Römiſch Künigin Anna,

Digitized by Google

Anna, geborne Gräfin von Haierloch, Künigs Rudolſs andrer Ee- gemachel, zu Wien in Oeſterreich, Si vvard haruff gen Baſel ge- fürt, und allda nebent Graf Hartmann a des Künigs Sun, und Irem Stüff-Sun begraben, als Si im Todt-Bett begert hat: Der Künig hat kein Kind bi Ira. §. CLIII.

ISELII obſeruatio de Annae ſepulcro

ISELIVS hanc annotationem ſubiicit:

Dieſes iſt falſch, Graf Hartmann ligt nicht neben Königin Anna begraben, ſondern deſſen Grab iſt nicht zu finden, villeicht daſs ſelbiges durch ein Erdbidem eingefallen; allein da Anno 1510 dieſes Grab der Königin Annae geöffnet vvorden, vvard neben Ihro Gebein eines junges Kindes gefunden, vvelches vvahrſcheinlich die Gebein ihres Söhleins Caroli, dene Sie Anno 1276 zu Rheinfelden gebohren, ſeyn müſſen. uid. Urſtiſ. Chron. c. l. et Baſil. Sac. p. 245 annal. Colm. p. 12. Chron. Colm. P. II pag. 40. Alb. Argent. p. m. 100. Es iſt zvvar merckvvürdig, aber nicht ervvieſen, vvas F. Faber p. m. 46 ſagt: Domina Anna Uxor Rudolfi Wiennae moritur, et corpus eius in ſepulchrum Reginarum Baſileam defertur. Mos enim erat Reginas Aquisgrani coronatas Baſileae ſepeliri. Von denen Gemahlinen König Rudolfs iſt eine groſſe Vngevviſsheit in der Hiſtorie, dieſes zu erläutern erfordert eine genauere Vnterſuchung aus denen Diplomatibus ſelbſten, vvelche ſich hin und vvieder befinden; ich habe ein Diploma de Anno 1271 von Gertruda geſehen, vvelches gevviſs unverfälſcht iſt, darinnen vvird Ihrer Vervvandtſchafft umſtändlich Meldung gethan, alſo daſs ich ſchier zvveifeln vvolte, ob die Diplomata ſo von der Königin Anna angeführt vvorden, ächte ſeyen; einmahl iſt gevviſſer, daſs Gertrud König Rudolphi Gemahlin gevveſen als die Anna, jedoch vvill ich diſsmahl noch nichts decidiren, und mein Vrtheil auf eine gründlichere Vnterſuchung verſpahren.

et diuerſis Rudolphi Imp. coniugibus.

§. CLIII.

Monaſterium Vallis S. Gregorii in tutelam Annae reginae peruenit.

Pari formula defenſionem monaſterio Vallis S. Gregorii ſpondet Anna, cuius tabulas nobiſcum communicat LVNIG. continuat. Spicil. eccleſ. p. 1106:

Anna, Dei gratia Romanorum Regina uniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentium inſpectoribus ſalutem et omne bonum. Innoteſcat omnibus audituris preſentes literas aut uiſuris. Nos dile-

Digitized by Google

§. CLIII. dilectos in Chriſto Abbatem et Conuentum Monaſterii uallis S. Gregorii ordinis S. Benedicti, Baſileenſis Dioeceſis cum uniuerſis rerum, poſſeſſionum et bonorum facultatibus in noſtram protectionem defenſionem pariter et conductum fideliter recepiſſe, mandantes ſingulis et uniuerſis ſub Romano Imperio conſtitutis precipue autem noſtris officialibus firmiter iniungentes ne quis ipſos moleſtare, laedere uel grauare praeſumat, in rebus aliquatenus et perſonis et ut eosdem in incongruis inſolitis et inconſuetis exactionibus, precariis ſeu quibuscumque ſeruiciis nullus uexet quod qui fecerit indignationem noſtrae celſitudinis ſe nouerit incurriſſe.

Datum Baſileae Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo II Nouembr. Martii Anno uero regni Domini conſortis noſtri Regis IIII.

2. Anna in moniales Diezzenhouenſes liberalis; Anna Rom. Regina, conſentientibus filiis Alberto atque Hartmanno, triginta marcas argenti ſanctimonialibus de Diezzenhouen aſſignat. uid. HERRGOTT. hiſtor. genealog. auguſt. gent. Habsburg. Tom. II P. II Vol. III p. 471 n. 568. Ex archiuo coenobii Vallis S. Catharinae.

ANNA Dei gratia Romanorum Regina, ALBERTVS et HARTH. fratres *Comites de* HABISPVRG et *de* KIBVRG, *Alſatiae Lantgrauii* eiusdem filii; Vniuerſis praeſentes litteras inſpecturis notitiam ſubſcriptorum. Attendentes, immo certum habentes, quod beneficia, quae perſonis eccleſiaſticis, locisque Deo dicatis impendimus, gratiam in praeſenti, et ueniam impetrant in futuro; igitur ad uniuerſorum notitiam cupimus peruenire, quod nos Diuinae pietatis intuitu, ac animarum noſtrarum remedio, interuentu religioſis Dominabus de *Diezzenhouen*, Ordinis Praedictorum, triginta marcas argenti concedimus et contulimus, pro quibus quidem triginta marcis eisdem ſororibus numerandis obligamus bona noſtra in *Guntingen*, medietatem uidelicet; quam quidem medietatem ſi ad praedictas ſorores, donatione, legatione, uel alia alienatione qualibet contingeret peruenire, antequam dictas triginta marcas percepiſſent, aliam medietatem obligamus eisdem, quousque de dictis triginta marcis eſſent integraliter praeſolutae. Qua percepta pecunia, ut ſuperius eſt expreſſum, ſupradictae poſſeſſionis ad nos libere reuertan-

tantur. Teſtes huius collationis factae ſunt: *Heinricus* Dapifer de *Diezzenhouen*, H. de *Sebein*, H. de *Oſtringen*, et *Iacobus Hermſtoft*, et plures alii fide digni. In cuius rei teſtimonium eisdem ſororibus praeſentem litteram ſigillorum noſtrorum dedimus munimine roboratam. §. CLIII.

Datum *Conſtantiae* anno Domini MCCLXXVII, VI Non. Maii, Indict. V.

IBIDEM pag. 468 num. 565 Anna documentum conſcribendum curat, eique ſigillum ſuum apponit, quo Henricus Marchio de Hachberc, titulo iuris aduocatiae, quam in uilla Blanſingen habet, a monaſterio Olſpergenſi pro recognitione non niſi certam frumenti et uini quantitatem poſtulat.

Nouerint uniuerſi, audituri tenorem praeſentium, uel uiſuri, nos Heinricum Marchionem de Hachberc, ad preces inclitae Dominae noſtrae Romanorum Reginae, dilectis in Chriſto - - - - Abbatiſſae et Conuentui monaſterii in Olsberc, Ordinis Ciſtercienſis, Baſilienſis diocecis, in hoc ſcripto fideliter promiſiſſe, quod de uniuerſis bonis ſeu poſſeſſionibus ſuis, in uilla dicta Blanſingen, ſiue in territorio dictae uillae ſitis, quorum ius aduocatiae ad nos ſpectare dinoſcitur, in duobus maltheris ſiguli, et una pſouma uini rubri, nomine dictae aduocatiae nobis et noſtris ſucceſſoribus annis ſingulis praeſentandis, contenti eſſe ſimpliciter debeamus; ita quod in perpetuum nec per nos, nec per noſtros ſucceſſores, a memoratis ſanctimonialibus, ratione ſaepefatae aduocatiae, praeterquam praeſcriptum frumentum et uinum, ut dictum eſt, nobis annuatim donandum, nihil penitus exigatur aliquatenus, aut recipiatur. In cuius rei teſtimonium praeſentes ipſis dedimus literas, ſigillo ipſius Dominae noſtrae Reginae, et noſtro pariter ſigillatas. Et nos A. Dei gratia Romanorum Regina ad petitionem ipſius Heinrici Marchionis de Hacberc, auunculi noſtri dilecti, ſigillum noſtrum praeſentibus duximus apponendum.

3. Chartae cuidam ſigillum ſuum apponit;

Datum Rinvelden anno Domini MCCLXXVII. Feria ſecunda proxima ante Carnispriuium.

In

§. CLIII. 4. Rudolphus Annae memoriam colit.

In HVGONIS ſacrae Antiquitat. moniment. T. II p. 304, Rudolphus Imperator Abbatiae Monialium Stae Clarae in Alenſpach, Anno 1282, protectorium cum pro ſua ipſius tum pro coniugis Annae ſalute indulget.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus. Dilecto ſibi Aduocato Alſatiae, eiusque Vicariis, Sculteto, Conſulibus, et uniuerſis ciuibus Columbarienſibus, et nec non et uniuerſitatibus militum et uillanorum in Keyſersberg, Kinsheim, et Sigolzheim fidelibus ſuis, gratiam ſuam, et omne bonum - - - - - - - ut exinde nobis diuinae retributionis cumulus augeatur, et pro noſtra, Sacrique Imperii, ſpecialiſſime quoque Dominae Annae foelicis recordationis, coniugis noſtrae chariſſimae, ſalute, quae ad plantationem dicti Monaſterii, tam in uita, quam in morte deuotis deſideriis anhelabat, ab eisdem animabus praefati Monaſterii, apud extremum iudicem, ſpeciales orationes et ſuffragia in perpetuum offerantur. - - - -

Datum Conſtanciae XI Kal. Octobris, indictione IX anno Domini MCCLXXXII. Regni uero noſtri anno VIII.

§. CLIIII.

GVILLIMANNVS Annam alteram Rudolphi coniugem fuiſſe putat.

Videamus, quid alii de Rudolphi Imperatoris uxoribus commentati ſint, ut noſtra magis declarentur. GVILLIMANN. Habsburgiac. Lib. II, p. 60: Extant certe, inquit, adhuc uerſus, tempore Rudolfi regis facti, in eius, et ſecundae coniugis Annae honorem et laudem, qui genus utriusque referre malunt ab Alemanis, inter quos tunc, et multo ante, uti nunc quoque magna Heluetiorum pars. Verſus ſunt infra poſiti:

Rex RVDOLFVS et inluſtris regina dat ANNA,
Natio quod floret iam prae reliquis Alemanna.
Nam RVDOLFVS et ANNA quibus precor omnibus annis
Vt ſit honos, uirtusque trahunt genus ex Allemannis.

IBIDEM pag. 380: *Anno ſequent.* (1245) *uernalibus diebus duxit Rudolfus uxorem* GERTRVDAM, *Ludouici Froburgi Comitis filiam, Rudolfi praepoſiti Zoffingenſis, Hermanni Comitis ab Hohenberg,* *et*

et Hartmanni comitis Froburgi ſororem, ex qua, quotquot habuit, liberos ſuſcepit. §. CLIIII.

2. HERRGOTT. de Rudolphi Imp. coniugibus accuratius et uberius diſſeruit.

Nemo hoc argumentum maiore cura perſecutus eſt, quam HERRGOTT cit. loc. Vol. I, p. 125, cuius meditationes hic reddere liceat.

Recto ordine ut procedamus, de Auguſta conſorte RVDOLPHI, quae monumenta nobis noſtra ſuppeditarint, exponendi hic locus eſt. De numero uxorum Rudolphi inter ſcriptores non bene conuenit. Mordicus tenet Guillimannus (Habsburg. L. VI, p. 277) Rudolphum anno 1245 duxiſſe GERTRVDEM, Ludouici Froburgi Comitis filiam, Rudolphi Praepoſiti Zoffingenſis, Hermanni Comitis Hohenbergi, et Hartmanni Froburgi Comitis ſororem; omnemque Rudolphi prolem ex hoc matrimonio fuiſſe prognatam. Eadem Vignierio quoque (ad an. 1284 in Chron. Burgund.) nec non Ponto Heutero, firma ſtat ſententia; (in Genealog. Burgund.) qui ſecundas nuptias Rudolphi plane reiiciunt, contra torrentem aliorum ſcriptorum in diuerſa abeuntium, quos inter numeras Cuſpinianum, Chronicon Colmarienſe, (ad An. 1284.) Albertum Argentinenſem, (pag. 104.) Mutium, (pag. 196.) Gerardum de Roo (pag. 34.) et Fuggerum: qui omnes uno ore Rudolpho binas adſerunt uxores, quarum priorem ANNAM *Hohenbergicam*, poſteriorem uero *Agnetem*, uel ut aliis praeplacet, (Piespordius p. 6 et le Pere Anſelme dans l'Hiſtoire geneal. de la Maiſon Royale de France p. 255.) *Eliſabetham* Burgundicam fuiſſe aſſeuerant. Alii denique cum Tſchudio (Chron. Heluet. edente Iſel. P. I L. III p. 141. item p. 183, 191.) tres omnino enumerare ſolent, *Gertrudem* ſcilicet, *Annam*, et *Eliſabetham*. Monumenta noſtra non niſi bina nomina Rudolphi coniugis ſeu coniugum memoriae produnt. Vtrum autem affinitas illa, de qua Rudolphus noſter ad ſolium Imperii euectus in ſua apud Seifridum epiſtola Regi Galliarum gratulatur, nouis tertiiſue eius cum *Eliſabetha* illa Burgundica nuptiis accepta ſit referenda, an alii cuidam titulo debeatur, id quidem ſatis expeditum non eſt, multumque adhuc diſputant laudati ſcriptores, num *Agnes* illa, ſeu *Eliſabetha*, Ottonis Burgundiae Comitis, an potius Hugonis IV ex Beatrice Thiebaldi IV Campaniae Comitis et Regis Nauarrae filia, atque adeo ex regio ſanguine Gallorum orta fuerit,

Oo nec

§. CLIII. nec ne? Sed miſſis id genus tricis apiniſque, nobis fide diplomatum noſtrorum certum eſt, priorem illam GERTRVDAM, an *Gertrudem*, RVDOLPHI uxorem fuiſſe. Nam in monumento anni 1273 Tom. II num. DXXIV in *Octaua Epiphaniae* de coniuge ſua ipſemet Rudolphus expreſſis uerbis ita infit: *Perdilectae Dominae* GERTRVDI *uxori meae.* Quin et ipſa ſe eodem nomine ſcribit illo ipſo anno currente, paucis poſt diebus marito Rege Romanorum creato, VI ſcilicet *Id. Octobr*. hiſce uerbis: *G. Comitiſſa de Habsburg et de Kyburc, Alſatiaeque Landgrauia, nutu Dei in Reginam Roman. electa.* Idem confirmant ſigilla cum ſuis perigraphis ad initium Libri I a nobis exhibita. In monumento autem, quod datum fuit, *Riuwelden* anno Domini 1277. *Tom.* II *num.* DLXV *fer.* II *proxima ante carnis priuium*, uxor Rudolphi Rom. Regis uocatur ANNA, quae etiam tum uſa fuit ſigillo GERTRVDAE; in laudato namque inſtrumento ſe in hunc modum ſubſcribit: *Et nos A. Dei gratia Rom. Regina, ad petitionem ipſius Heinrici Marchionis de Hacberc, auunculi noſtri dilecti, ſigillum noſtrum praeſentibus duximus apponendum.* Sigillum uero in perigraphe non praenomen *Annae*, ſed *Gertrudis* luculenter refert. De morte huius ANNAE ſcriptores paſſim tradunt, eam uita functam eſſe a. 1281. (Chron. Colmar. ad hunc an. Hiſtoria Aug. ap. Cl. P. Pezium ad eund. an. Gerard. de Roo L. I p. 33 alii) de die emortuali poſtea agemus. Interim haud omiſerim, in inſtrumento noſtro eiusdem anni, *Tom.* II *num.* DXCVI dato Viennae *Fer.* V *poſt octauam Purificationis* B. M. V. ALBERTVM et HARTMANNVM *Sereniſſimi Domini R. Rom. Regis filio*, de ANNA uel mortifere tunc aegrotante, uel iam defuncta ita loqui: *Quod cum Sereniſſima Domina et Genitrix noſtra* ANNA, *Dei gratia Rom. Regina, ipſam aegritudinis ſarcina premente* etc. Ex qua loquendi formula coniicio, contextum huius inſtrumenti a cancellario uel ſcriba quodam non nihil alteratum, ſeu potius confuſum; ſiquidem inter uxores Rudolphi Rom. Regis non clare diſtinxit, dum ſolius ANNAE nomen meminit, et recitatam modo de eiusdem uel aegritudine uel morte notionem fecerit: uno autem eodemque tempore egit de poſſeſſionibus, dictis *In dem eigen, quas magnificus Dominus - - - - Rom. Rex - - - - antequam ad regni gubernacula uocaretur*, uxori ſuae pro uitalitio tradidit. At poſſeſſiones iſtas *In dem eigen* Wettingenſi coenobio pignori oppoſitas iam iam anno 1273 *in octaua*

octaua Epiphaniae GERTRVDI uxori ſuae, conſentientibus filiis Al- §. CLIIII.
berto et Hartmanno, Rudolphus etiam tunc Habsburgi Comes *nomine dotis*, ſeu (ut ipſe inquit) *donationis propter nuptias*, quod uulgo dicitur *Lipgedinge*, contulerat, ut clariſſime patet ex laudato monumento, quod *Tom.* II *num.* DXXIV exhibemus. Si doctrina illa, quam Cruſius *Annalium Sueu.* L. VI *Par.* II *cap.* VIII certam eſſe aſſerit, hiſtoricis quoque noſtri aeui plane pleneque probata, ſcilicet *interdum etiam Reginarum nomina in coronationibus aut conſecrationibus fuiſſe aliis nominibus permutata*, facillime ſolui poſſent recitatae modo difficultates, tum circa ſigilla, tum circa memoratum inſtrumentum an. 1277, dicendo unam eandemque fuiſſe uxorem Rudolphi, quae prius GERTRVDIS, poſtea ANNA Rom. Regina ſit appellata. Sed quis demum in tanta rerum obſcuritate tantaque ſcriptorum diſſenſione huic uxorum numero ſe conſtituet finitorem? Caeterum diem emortualem ANNAE Rom. Reginae communiter ſtatuunt VI *Kal. Martii*, alii reponunt ad XIV Kal. Maii. Vnicum Wettingenſe Necrologium obitum eius ad an. 1291, XIV Kal. Martias refert; ſed mendoſe, ut ex dictis manifeſtum eſt. ANNA porro *clarae memoriae* Rom. Regina ſcribitur in monumento an. 1296 *Tom.* II *num.* DCLXXIX. Hactenus de Rudolphi Auguſtis coniugibus: de eiusdem uero progenie proxime ſubſequenti Libro acturi ſumus. (Cap. I et ſeq.)

VII. Regiae ſuae coniugi ANNAE decem ipſos annos ſuperſtes fuit RVDOLPHVS, ad annum nempe 1291, quo intermedio tempore aliam, et ſi Tſchudium audimus, *Eliſabetham* illam Burgundicam, quam alii *Agnetem* nominant, uxorem duxit; tandem uero poſt numeratos XIX auſpicatiſſimi regni ſui, uitaeque laborioſae non minus, quam glorioſae, LXXIII annos, die XV Iulii haſce mortalitatis exuuias depoſuit, Spirae auguſto Imperatorum tumulo illatas. In hoc nobiſcum ſentiunt Necrologia Wettingenſe ac Murenſe, et Codex Baſileenſis, nec non *Notitia* fundatorum monaſterii *Wettingenſis*. In monumento quoque noſtro anni 1298 *Tom.* II *num.* DCLXXXIII glorioſe defuncti Rudolphi Rom. Regis mentio fit, adpoſita formula *Diuae recordationis*.

Digitized by Google

§. CLV-CLVI.

§. CLV.

Agnes, altera Rudolphi Imp. uxor ſertur.

De altera coniuge Rudolphi Imperatoris haec commemorat FVGGER in Spiegel der Ehren des Hauſs Oeſterreich, pag. 120: *Dieſes Fräulein wird von den meinſten Agnes, von andern Iſabella, genennt. Es iſt auch ungewiſs, ob ſie vorgedachten Gr. Ottens, oder Herz. Roberts II von Burgund, oder ſeines Bruders Hugonis, Tochter geweſen. P. Didacus de Lequile beruſſt ſich mit Guillimanno auf eine Vrkund in Franzöſiſcher Sprache geſchrieben, in welcher Iſabella von Burgund ſich Keyſ. Rudolphi Wittib genennet, und mit ihrem Bruder Herz. Roberto, wegen der Verlaſſenſchafft Hugonis ihres andern Bruders und Beatricen ſeiner Tochter, eine Erbtheidigung getroffen. Die neueſte Franzöſiſche Stamm - Geſchichtſchrifften des Hauſes Burgund, wollen von dieſer Keyſerin ganz nichts wiſſen: erwähnen aber doch ſolches Erbſtrittes, und nennen dieſer beyden Brüder Vattern Endonem oder Ottonem III, welcher beym Guillimanno entweder Rupertus oder Hugo heiſt. Wann P. Didacus die gedachte Franzöſiſche Vrkund ſeiner Chronik eingetragen hätte, könte man ſeine Meinung daraus behaupten.* Apud eumdem FVGGERVM c. l. p. 111 Annae Imperatricis monumentum ſepulchrale repraeſentatur.

§. CLVI.

De Adolphi Imp. uxore.

Adolphi Imperatoris thori ſocia Imagina, Gerlaci, Dynaſtae Limburgenſis, filia fuiſſe perhibetur; ſed chartae, quantum ego ſcio, illam tacent.

Eliſabetha, Alberti Imp. coniux, Norimbergae coronatur.

Eliſabetha, Meinhardi III Ducis Carinthiae et Comitis Tyrolenſis filia in Alberti Imper. manum uenit. Eam ſolemni ritu Norimbergae coronari iuſſit maritus, teſte CHRONICO COLMARIENSI P. II, pag. 60: *Anno MCCXCVIII, Rex Romanorum Albertus, in Octaua Martini, in Nurenberg curiam ſolennem celebrauit, ibique Regina more debito coronatur, et pene omnes Electores praeſentes extiterunt. Ibi dignitas cuiuslibet Domini coram Rege ſolenniter recitatur, et quilibet Dominorum Regi in officio ſuo, ſicut debuit, miniſtrauit. Rex uero Bohemus cum pretioſiſſima ueſte et equo, qui ad mille marcas aeſtimabatur, in cypho aureo ſibi porrexit.*

Et de dotalitio Eliſabethae Aug.

Albertus coniugi ſuae dotalitium in Comitatu Alſatiae et terra de Friburg ad uitam conſtituit, quod ille, ipſa inuita, noluit Blancae, Philippi

Philippi Regis Francorum ſorori, Rudolphi filii ſui uxori, titulo do- §. CLVI.
nationis propter nuptias impertiri. Teſtes ſunt tabulae in LEIB-NIT. Cod. Iur. gent. diplomatico p. 42.

Promiſſio Alberti Regis Romanorum de Confoederatione facta cum Philippo Rege Galliae, et iuramento eo nomine a Procuratoribus utrinque praeſtito. Apud Quatuor Valles, uulgo Quatrevaux. 8 Decemb. 1299.

Albertus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, uniuerſis praeſentes literas inſpecturis Salutem. Nouerit uniuerſitas ueſtra, quod cum in prolocutione ſeu tractatu matrimonii inter Illuſtrem Rudolphum Ducem Auſtriae primogenitum noſtrum cariſſimum et Dominam Blancham Sororem magnifici Philippi Regis Francorum amici noſtri cariſſimi contrahendi inter nos et eundem Regem Franciae per ſolemnes Procuratores et Nuntios utriusque actum fuerit et conuentum, ac ex parte noſtra expreſſe promiſſum, quod eidem primogenito noſtro et haeredibus ſuis ab eo deſcendentibus Ducatus Auſtriae et Stiriae, nec non Dominia Carniolae, Marchiae ac Portus Naonis cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis Ducatus et dominorum praedictorum, ac omnibus emolumentis rebus et iuribus quibuscunque intra uel extra Ducatum conſtitutis, quemadmodum cum ipſo Ducatu ad Duces Auſtriae ſolent hactenus deuenire uel quomodo libet pertinere, perpetuo et haereditarie remanebunt.

§. 2. Ac nihilominus ex tunc dederimus, conceſſerimus, aſſignauerimus et aſſederimus praedictae Sorori Regis Franciae in dotalitium, ſeu donationem propter nuptias *Comitatum Alſatiae et terram de Friburg.* Lauſan. Dioceſ. cum omnibus iuribus et pertinentiis ſuis; quorum Comitatus et terrae, qui praefato Duci perpetuo et haereditarie remanebunt fidelium homagia et fidelitates ac Vniuerſitatum et incolarum uillarum inſignium iuramenta praeſtari faciemus, anteguam matrimonium contrahatur, Procuratori praedictae Sororis Regis Franciae pro ea ſolemniter ſtipulanti eidem, quoad praedictum contractum matrimonium, quod eidem Sorori, ſi praefato Duci forſitan ſuperuiuat, tanquam fideles uaſalli et ſubditi Dominae ſuae, quoad uixerit obedient et intendent; ac ſecundo genitum aliosque iuniores liberos noſtros renunciare faciemus

 peni-

§. CLVI. penitus et expreſſe cum auctoritate et decreto noſtro regio et Electorum Principum et Baronum regni Allemanniae ac alia quauis auctoritate, forma et modo, de quibus dicto Regi Franciae pro plena ſecuritate expediens uiſum erit pro omni iure ſibi competenti uel competituro in Ducatu, Comitatu, terris, iuribus, et pertinentiis ſupra dictis.

§. 3. Et de praemiſſis omnibus et ſingulis tenendis, adimplendis et inuiolabiliter obſeruandis dabimus memorato Regi Franciae idoneas cautiones et ſecuritates, quae ſibi in hac parte utiles uidebuntur, ac praemiſſa omnia et ſingula, per *Romanorum Reginam illuſtrem Elizabeth Conſortem noſtram* approbari, ratificari et fieri, ac de iis ſeruandis et fideliter adimplendis ipſam faciemus efficaciter obligari; ſaluo dotalitio, quod dicta Romanorum Regina ad uitam ſuam habet in Ducatu, terris, dominiis ſupra dictis. Item placet praedicto Regi Franciae et literarum ſuarum tenore conſentiet, quod Ducatu Auſtriae cum principatu eiusdem praefati Ducis ſuisque haeredibus remanente, ſecundo genito aliisque iunioribus liberis noſtris praemiſſis primitus aſſentientibus, ſufficiens et competens paterna fiat prouiſio de terris ſupra dictis ad Ducatum Auſtriae pertinentibus, uel aliunde, ſicut melius fieri poterit, absque Ducatus Auſtriae demembratione notabili uel enormi.

§. 4. Caeterum cum omnium Electorum Principum praedictorum aſſenſus autoritas uel decus praeſtandi praemiſſis, ut ſuperius eſt expreſſum propter quorundam ipſorum abſentiam et alia certa impedimenta commode haberi non poſſunt, uult praedictus Rex Franciae et ad precum noſtrarum inſtantiam conſentit et promittit bona fide, iurauit etiam in animam ipſius Regis ipſo Rege praeſente, ſpectabilis Vir *Guido Comes Sancti Pauli*, quod tribus ex Electoribus ipſis ſuam in praemiſſis auctoritatem praeſtantibus et aſſenſum, propter aliorum abſentiam uel auctoritatem non praeſtitam in hac parte contractus Matrimonii, ſupradictis aliis tamen conditionibus et conuentionibus ſupra dictis promiſſis, adimpletis, nullatenus differatur, ſed bona fide modis omnibus conſummetur. Et promiſimus cum fide data nomine iuramenti expreſſe nos curaturos et facturos, iurauit etiam in animam noſtram nobilis Vir Burchardus Comes de Hohemberg Auunculus noſter, quod alii Electores Principes ſupra dicti ſuum congruo tempore praemiſſis aſſenſum et aucto-

ritatem

ritatem praeſtabunt modo et forma, de quibus pro cautione et ſe- §. CLVII.
curitate ſaepe dicto Regi Franciae uiſum fuerit expedire, in cuius rei teſtimonium praeſentibus etc. etc. ut ſupra.

Actum et datum nobis et praefato Rege Franciae praeſentibus apud Quatuor ualles die Martis octaua menſis Decembris, Anno Domini 1299. Indictione 13. Regni uero noſtri anno ſecundo.

§. CLVII.

Huius Auguſtae Eliſabethae tres exhibeamus chartas, e quibus iterum patefit, Imperatricibus aliquod Ius aduocatiae in coenobia relictum fuiſſe. Inde haud inepte Ius primariarum precum profectum exiſtimaueris. uid. ÆGIDII TSCHVDII Chronicon Heluecticum ex edit. Iſelini P. I p. 221 ad A. 1299.

Eliſabeta in tutelam ſuſcipit.

Colum. 1.

Eliſabeth Dei gratia Romanorum Regina, Viris prouidis, et diſcretis officialibus ſeu miniſtris totique Vniuerſitati in Suuitia, gratiam ſuam et omne bonum. Serenitati congruit Reginali ſibi peſſundatis et ſubiectis, maxime tamen Religioſis Deo iugiter famulantibus, ne in depreſſionis materiam defluant, et labantur, protectionis ſuae praeſidium gratioſius elargiri. Hinc eſt quod deuotas ſanctimoniales Monaſterii in Steine Ordinis Ciſtercienſis ſincere nobis dilectas ob ſuarum deuotionum merita cum bonis ſuis et pertinentiis uniuerſis in noſtram tuitionem recepimus, et recipimus gratiam et defenſam, Vniuerſitati noſtrae praeſentibus firmiter iniungentes, quatenus eisdem in bonis et poſſeſſionibus ſuis nullum inferatis, aut inferri ab aliquo permittatis diſpendium aut grauamen, easque nihilominus libertatibus ipſis antiquitus deditis et conceſſis, perfrui liberaliter concedentes. In quo nobis exhibebitis obſequium gratuitum et acceptum.

Monaſterium Steinenſe,

Datum Nuremberch in Octauis Ephaniae Domini, Anno Domini MCCXCIX.

Columm. 2.

Eliſabeth Dei Gratia Romanorum Regina, Viris prouidis et diſcretis officialibus, et Miniſtris, totique Vniuerſitati in Suuitia gratiam, ſuam et omne bonum. Cum dilectas in Chriſto ſanctimoniales Monaſterii in Steine Ordinis Ciſtercienſis, Conſtantienſis Dioe-

& mandat, ut pecunia precariae nomine indebite exacta reddatur,

Digitized by Google

§. CLVII. ceſis cum Vniuerſis poſſeſſionibus omniumque bonorum facultatibus earundem in noſtram protectionem et defenſionem receperimus ſpecialem, de beneplacito Domini et Mariti noſtri cariſſimi Domini Alberti, inclyti Romanorum Regis, Nolentes ut aliquam precariam dare a noſtris officialibus aliquatenus compellantur. Et cum intellexerimus quod tu Landamman ad ordinationem officialium, ſeu Miniſtrorum memoratas ſanctimoniales ob huiusmodi precariae Exactionem in ſeptem libris, et uno ſolido Denariorum monetae, ibidem impignoraueris iſta uice, uolumus et mandamus tuae diſcretioni diligentius te rogantes, quatenus ipſis praeſcriptos denarios eis per te indebite ablatos reſtituere debeas indilate, contradictionem in huiusmodi quamlibet euitando. Caeterum Vniuerſitati Veſtrae praelibatas ſanctimoniales a quorumlibet uiolentiis, iniuriis et offenſis pro ueſtris uiribus recommittimus gubernandas.

Datum apud Nuremberch in octauis Epiphaniae Domini, Anno Domini MCCXCIX.

3. item monaſterium Vallis S. Gregorii. Similiter monaſterium Vallis S. Gregorii defenſione ſua fouit Eliſabeta. Literae in LVNIGII Continuat. Spicileg. eccleſ. p. 1107 allatae ab iſtis, quas ſupra §. CLIII Anna Regina dederat, haud diſſentiunt.

Eliſabeth, Dei gratia Romanorum Regina Vniuerſis Sacri Romani Imperii fidelibus preſentium inſpectoribus ſalutem et omne bonum. Innoteſcat omnibus audituris preſentes litteras aut uiſuris. Nos dilectos in Chriſto Abbatem et Conuentum Monaſterii Vallis S. Gregorii Ord. Sancti Benedicti Baſilienſis Diocefis cum uniuerſis rerum poſſeſſionum et bonorum facultatibus in noſtram protectionem defenſionem pariter et conductum fideliter recepiſſe, mandantes ſingulis et uniuerſis ſub Romano Imperio conſtitutis praecipue autem noſtris officiatis firmiter iniungentes ne quis ipſos moleſtare laedere uel grauare preſumat in rebus aliquatenus aut perſonis et ut eosdem in incongruis inſolitis et inconſuetis exactionibus precariis ſeu quibuscunque ſeruiciis nullus uexet, quod qui fecerit indignationem noſtrae Celſitudinis ſe nouerit incurriſſe, dantes ipſis has noſtras litteras Sigilli noſtri munimine conſignatas, in euidens teſtimonium ſuper eo.

Datum in Briſaco VI Idus Octobris Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſexto. Nec

Nec monaſterium uallis Angelorum, Engelthal, indignum exiſtimauit Eliſabeta, quod tutela ſua amplecteretur. Coenobium iſtud hodie religioſa ſpecie relicta almae ciuitatis Noricae praefecturis adnumeratur. Ludouici Bauari et Caroli IV Imp. temporibus huic parthenoni Chriſtina, ex antiqua ſtirpe et generoſa Ebnerorum orta, Antiſtes, mira ſanctitate inſignis, praefuit, de qua nonnihil commentati ſumus in Opuſc. p. 333 ſq. Eliſabethae Auguſtae protectionis, quam diximus, priuilegia duo aſſeruat tabularium Noricum, ex quo, interuentu quidem Fautoris noſtri ſaepius laudibus celebrati, nunquam ſatis celebrandi, Illuſtris Dom. HIERONYMI GVILIELMI EBNERI ab Eſchenbach etc. primariae reipublicae patriae columnae, eadem mihi benigne depromta fuere. §. CLVII. 4. et uallis Angelorum.

Elizabeth Dei gracia Romanorum Regina fideli ſuo - - - - - in Nurmberg, gratiam ſuam et omne bonum. Cum nos Monaſterium ſanctimonialium ordinis fratrum predicatorum in Engeltal propter diuerſas oppreſſiones ac iniuriam intollerabilem, quibus multipliciter aggrauatur ex fauorabili conſenſu regio in noſtre protectionis gratiam recepimus et defenſam fidelitati tue committimus firmiter, et mandamus, quatenus contra omnes homines, Monaſterium predictum in bonis ſeu hominibus ſuis per hoſpitalitatem ſiue per quemcunque modum moleſtare uolentes auctoritate regia defendas fideliter et potenter. Quod ſi tibi uolenti exequi Mandatum noſtrum memoratum, aliquis fidelium noſtrorum contrarius fuerit uel rebellis, ſeu impedimentum prebere, preſumpſerit uiolentum, uolumus preciſe, ut hoc ad noſtrę audientie noticiam deferre aliquatenus non obmittas.

Datum in Nuremberg, A. Dn̄i milleſimo trecenteſimo ſeptimo III Non. Nouembris.

Nos Elizabet Dei gratia Romanorum Regina uniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus, ad quos preſentes peruenerint, tenorę preſentium declaramus, quod monaſterium ſanctimonialium, ordinis fratrum predicatorum in Engeltal propter diuerſas oppreſſiones et iniurias intolerabiles, quibus multipliciter aggrauatur, ex fauorabili conſenſu Regio in noſtre protectionis gratiam recepimus et de-

Digitized by Google

§. CLVIII. fenſam, uolentes, et ſub obtentu regii ac fauoris noſtri uobis firmiter committentes, quatenus nullus ueſtrum Nobilium, aduocatorum prouincialium, iudicum, et aliorum cuiuscumque condicionis fuerint, per ſe uel per alios, memorato monaſterio, uiolentiam aut incommodum, in ſuis bonis, hominibus, et redditibus quibuslibet, ubicunque locorum poſitis, per hoſpitalitatem aliquam, contra ipſarum ſanctimonialium beneplacitum, inferre debeat, aliqualiter uel preſumat; qui ſecus fecerit, quod abſit, regiam ac noſtram offenſam ſe nouerit grauiter incurriſſe.

Datum in Nurenberch anno domini milleſimo, trecenteſimo, ſeptimo, IIIo Non. Nouembr.

Hoc diploma eo maioris pretii eſt, quod adhuc ſplendido maieſtatis ſigillo, cera flaua expreſſo, chartaeque appenſo, fulget. Id et Mariae, Ottonis IV, coniugis, et Annae, Rudolphi I uxoris, ſigillo maieſtatis fidem et uitam conciliare putamus. Refert illud n. 12.

§. CLVIII.

Eliſabethae reginae uiduae epiſtola ad Iohann. ep. Argentinenſ.

Plures literas Eliſabetha uidua edidit, quas forſan ſcire haud erit iniucundum. Petit Iohannem ep. Argentinenſ. ut prouideat, ne Abbas S. Blaſii ſe filiorum ſuorum aduocatiae ſubtrahat:

ELISABET, quondam *Romanorum* Regina, uenerabili in Chriſto Dom. Io. *Argentinenſi* Epiſcopo, amico ſincere ſibi dilecto ſalutem, et quidquid melius eſt ſalute. Innotuit nobis, quod religioſus uir Abbas *Sancti Blaſii* in *Nigra Sylua* ad Regalem praeſentiam ſe tranſtulerit, uolens ſe ſibi et Imperio ſubducere, ac Comitem RVDOLFVM de HABSPVRG in ſuum et in ſui monaſterii, in filiorum noſtrorum praeiudicium et dampnum non modicum, conquirere aduocatum. Cum itaque ex cauſa huiusmodi, quod dominium filiorum noſtrorum diſſiparetur improuide, iidem filii noſtri grauamina, quae bono animo diſſimulare non poſſent, ac grandem uiolentiam ſuſtinerent, eo quod praedictum monaſterium a tempore, cuius non extat memoria, a filiorum noſtrorum praedeceſſoribus, ac ab ipſis filiis noſtris, tanquam a ueris et legitimis aduocatis, hactenus extitit gubernatum; ſinceritatem ueſtram omni, qua ualemus,

mus, inſtantia imploramus, quatenus praenotatum Abbatem et alibi de facto huiusmodi diligentius inquiratis, prohibentes ipſum Abbatem a propoſito memorato, ac promittentes ſibi ex parte noſtra et filiorum noſtrorum, quod omnes defectus, ſi quos ſuſtinent ex parte noſtra (quod non credimus) emendare uolumus, et eum ac ſui monaſterii homines ad ſuum beneplacitum in antea pertractare; impedientes nihilominus praemiſſa in Regali praeſentia, ea fidelitate, quam de uobis praeſumimus, ne effectum - - - - - - - - quia intelleximus, quod ipſe Rex etiam ad id ſuam adhibuerit uoluntatem. §. CLVIII.

Datum - - - -

In PHILIBERT. HVBER. Auſtria ex Archiuis Mellicenſibus illuſtrata pag. 46 producuntur laciniae piae cuiusdam donationis: 2. Eliſabetha confirmat piam donationem.

Wir Elſpet von Gottes Gnaden vvillen Künigine von Rom, thuen kundt offentlich an diſem Brieff, das für uns kam der Erber Wittib etc. Vi huius diplomatis fundantur certi reditus pro capella in aula Caeſarea Viennae. Vnd vvenn ſie nicht aigens Inſigel hett, ſo haben vvir ihr Bette vvillen diſen Brieff beſigelt mit unſern Inſigl. Des ſint gezeuge: Maiſter Puchardt von Friche, Herr Vlrich der Pfarrer von Adriach, Chunradt der Ratgeb, Otto der Schraneſchreiber, Otto der Herler, Heinrich der Erler, Dietmar der Müllner, und Chunradt der Waiſe von Hüttendorff. Der Brieff iſt geben zu Wienne, da man zahlt von Chriſtes geburdt 1312 Jahr an dem Pfingſtabend. Archiu. Mell. Tom. III fol. 87.

Apud eundem HVBERVM pag. 47: Abbati Mellicenſi ſalis copiam conceſſit, ut noxam ob ferias in ſalinis neglectas admiſſam diſſolueret. LVDEW. in Reliq: MS. T. IV p. 239 Chartam formulis ſimilibus eodem die datam exhibet, qua Eliſabetha donum ſalis in Xenodochium Hallſtadienſe confert. Loca diſcrepantia nos in margine annotauimus. 3. Eliſabetha donum ſalis annuum in monaſterium Mellicenſe et in Xenodochium Hallſtadienſe confert.

Wir Elſpet von Gottes Gnaden vveyland Königin zu a) Rom, Veriehen, und Thuen kundt offenlich an diſem Brieff allen denen die ihn ſehen, oder hörent löſen, das vvir von der Bevveiſung b) unſers

a) von b) add. und von dem Rathe,

§. CLVIII. unſers c) geiſtlichen Vatters Biſchoffen Bernhard von Paſſa d) mit vvolbedachtem mueth zum Seelen Heyl e) aller Vorfahrer f) und ſonderlich unſers lieben Herrn g) Würths König Alberts von Rom, und auch h) unſer ſelber und unſer nachkomen Seele, und ſonderlich zu einer Widerlegung der Feyertäg, die an unſern Sieden zu Halſtat, das vvir mit unſern Gutt von vvilden Gebürg erpaut haben, übergangen und zerbrochen vverden mit arbeit, der man doch zu noth nicht entpöhren mag, unſer almoſen von dem vorgenannten Sieden i) denen Geiſtlichen Leuthen dem Abbt und dem Conuent da zu Mölckh mitgethailet und gegeben haben. Alſo das ihnen unſere Pfleger, oder Ambtleuth zu Halſtat alle Jahr an St. Görgen Tag 30 Fuetter dürres Saltz geben ſollen; und daſſelbe Saltz ſoll ihnen k) an unſern Mauthſtätten, da zu Ginundten l) und zu Stain lediglich ohne Mauth fürgehen. Wäre aber, das ihnen m) unſere Ambtleuth oder Pfleger das vorgenannte n) Saltz an dem vorgenannten Tag o) nicht geben; ſo gebiethen vvir ernſtlich bey unſeren Hulden unſeren Burkleuthen zu Halſtatt, das ſie kein Saltz zu Hallſtatt ausführen p) laſſen, bis q) das das vorgenannte Saltz dem vorgenannten Gottshauſs r) verrichtet s) vverde. Es ſoll auch der vorgenannte Abbt t) alle Jar an St. Philippi Tag ſeinem Convent u) ein halbes Pfund Wienner x) Pfening y) geben zur Beſſerung an ihrer Pfründ von dem vorgenanten Saltz das ſie darumben deſſelben Tags unſers vorgenannten Würths, der an demſelben Tag verſchieden iſt, und unſerer Voreltern z) und Nachkommen, und auch unſer ſelber, vvan vvir nit ſeyn, aa) Jahrtag begehen mit Vigilien, mit Seelmeſſen, und mit andern göttlichen Sachen, bb) und darüber, das unſer vorgeſchribne gab und freyung cc) dem vorgenanten Abbten, dd) und dem Convent

zu

c) unſs des d) und e) geraeth f) unſer Vordern g) add. und h) auf i) add. dem Spittal in der Statt zue Steyre, daſs vvür geſtüfft haben, mitgethailt und gegeben haben, alſo daſs unſer Pfleger oder Amtleith zue Hallſtatt, alle Jahr an unſer lieben Frauentag, als ſich geboren iſt, dreiſſig fueder dares Salz dem vorgenandten Spittal geben ſollent, und daſſelb etc. k) ihnen omiſſ. l) zu Ymundten m) ihnen omiſſ. n) vorgedeuth o) add. dem Spittal oder ſeinen gevviſſen Herrn p) durchführen q) untz r) Spittal s) gerichtet t) Spittelmeiſter daſelbſt u) den Siechen in dem Spittal x) Wienner omiſſ. y) add. von dem vorgenannten Salz thaillen und geben, daſs ſie deſs Ihr pfrüend damit beſſern, Er ſoll auch deſs vorgenanten Wirths z) Vodern aa) ent ſein bb) guetten Dingen cc) und freyung omiſſ. dd) Spittal.

zu Mölck ſtet und unzebrochen beleibe von uns und unſern Nachkommen, ſo haben vvir ihnen dieſen Brieff geben verſigelt mit unſeren Inſigl. Der Brieff iſt geben da zu Neunburkh, ee) da man zehlt von Chriſtes Geburth dreyzehen hundert Jar in dem dreyzehentem Jar, an unſer Frauen Tag zu der Liehtmeſſen. §. CLVIII.

ee) Neuenpruckh.

§. CLVIIII.

Monaſterio Zvvettlenſi Eliſabetha praedium aliquod ſub lege parandi conuiuii, precumque et memoriae patris et mariti imperatoris colendae largitur, in LVDEWIG Reliq. MS. T. IV p. 129; inſtrumentum uero non a. 1300, quo Eliſabeta nondum uidua erat; ſed a 1313 datum fuiſſe uidetur. *Eliſabetae piae largitatis ſpecimen monaſterio Zvvettlenſi exhibitum.*

Wir Eltzbet von Gottes Gnaden vveiln Chuniginne ze Rome verjehen und tuen chunt allen den di nu oder hernach diſen Brief ſehent oder hoerent leſen, daz Poppe der Liebenberger durch ehafft Not grozzer Gult, do er in gefallen vvas mit ſeiner beſten Vreunde, mit ſeiner Hauſs-Vrovvn Gertrauden, ſeiner Sune Engelbrechtes und Poppens und ſeiner Tochter Agneſen und Kathreinen und ander ſeiner Erben, und beſunderlich ſeines Schvvehers Hainreiches von Zinzendorf gueten Rat, Gunſt und Willen, ze der Zeit do er es vvol getuen mochte, alles ſein Guet daz er gehabt hat daz Paumgarten bei Ciſteſtorf baider daz er um ſein Pfening gechufet hat, und daz im ſein vorgenante Hauſsvrovv bracht hat, deſs da ſint funvzig Mezen vvaitzes Gült, und ſechzig Metzen Chornes, fünf und zvvanzig Metzen Gerſten, drei Pfunt und ſechzehen Pfening Gult Wienner Minz. Nu iſt derſelbe Streun Vlreich durch unſern Willen von denſelben Chute vvilligleich geſtanden und hat uns den aufgegeben mit der Handveſte die im Poppe der Liebenberger darüber gegeben hatte. Vnd darum iſt Poppe der vorgenant Liebenberger mit unſern Guet voellig verrichtet und gevvert, und hat er damit anders ſein bechumertes Guet geloeſt. Doch beſunderleich ſint ſein Marcharten dem Juden Svverzleins Sune da zu Wienne viertzig Pfunt gegeben. Nu haben vvier dieſelben Gult alleſamt als ſie vorgenant iſt zu einen evvigen Seel-Gerait lauterlich und ledigleich unſer Vrovvn Chloſter hintz ze Zvvetl,

 mit

§. CLVIIII. mit allen den Recht als ſi uns gegeben iſt, und als ſie graber Orden zu Recht haben ſcholl. Vnd luben ſei auch demſelben Chloſter mit ſamt unſern Sune Herzog Fridreichen in Oeſterreich, und andern unſern Chindern, freien und ſchermen, als deſſelben Landes Recht und Gevvonheit iſt. Auf die Rede, daz der Apt in demſelben Chloſter alle Jar evviglich der Samnung ein Dienſt gebe des dritten Tages vor aller heiligen Tage, iedem Brueder drei Stuck gueter Viſche und ain Bſening vverth Semmeln, und die groſe Mazze guetes Weines. Vnd darum deſſelben Tages ſcholl die Samnung unſers lieben Wirthes Hern Albrechtes des Römiſchen Chuniges, und unſers lieben Vatter Herzog Mainhartes von Chernten Jar Tag begen mit dem Ampt und mit irem ſundern Gebet. Darzu ſoll auch der Apt evviglich alle Jar von Oſtern untz an des heiligen Creuzes Tag in dem Herbſt iedem Brueder zvvai Air geben des Morgens zu der Pfruent. Vnd darum zu einer evvigen Veſtnung diſer Dinge ſo haben vvier der vorgeſchrieben Samnung daz Zvvetl diſen Brief gegeben verſigelten mit unſern Inſigel. Der iſt gegeben ze Wienne, do man zalt von Chriſtes Gebuert dreyzehenhundert Jar und an Sant Gregorien Tag.

2\. Documentum renunciationis iurium. Afferamus etiam Vlrici Streun renunciationis documentum, quod Eliſabethae charta innuit, ex LVDEWIG. Reliq. MS. T. IV p. 127.

Ich Vlreich der Streun von Schvvartzennovve Dienſtmann in Oſterreich vergih und tuen chund allen den, di nu oder hernach diſen Brief anſehent, oder hoerent leſen, daz ich ze Dienſte der Hochgeborn Vrovvn Eltzbeten der Roemiſchen Chunigin und auch ze Vordernuſs des goettlichen Chloſters daz Zvvetl mit vvolverdachten Muet mein ſelbs und mit Gunſt meiner Hauſs Vrovvn, Vrovvn Agneſen, und meiner Erben Vlreichs, und - - - - vvilleglichen geſtanden bin ab alle dem Guet daz ich vvider Herren Poppen von Liebenberg um hundert Pfunt Pfeninge Wienner Minzz recht und redlichen gechauft han, daz iſt alles daz Guet daz er gehabt hat daz Paumgarten bei Cyſtenſtorf, ze Dorf oder ze Velde, verſuecht oder unverſuecht, vvie es genant iſt, es ſey an Pfening, Gult oder an Getraid, daz er mir alles aufgegeben hat vor

vor rechtes aigen, mit Beſtettichunge ſeiner Brief, und hat auch §. CLX.
daz gelobt ze freien und ze ſchermen, als aigens Recht iſt in Oeſterreich. Auch han ich daſſelbe Guet alles mit allem dem Rechte und ich es empfangen han, aufgegeben der vorgenanten vverthen Chunigin und dem erbarn Hern Apt Otten von Zvvetl, vvann dieſelbe Edel Vrovv Hern Poppen an meiner ſtatt gevvert hat, und daz egenante Guet da ze Paumgarten uff daz Chloſter hintz Zvvetl alles ſampt mildeglichen hat gegeben ir ſelben ze einen evvigen Sel Geraite, und ze Gehuegnuſs ires Vater Herzogen Mainharts von Chertin und auch Kunig Albrechts ires Wirtes. Darüber lob ich auch daz Guet dem vorgenanten Chloſter ze freien und ze ſchermen, als aigens Recht iſt in Oeſterreich. Diz Dinges ſint Gezeug mein Schvveher Her Haug der Turſe, und Her Reinprecht der Turſe von Lichtenfelſs. Herr Hainrich und Herr Chunrad die Cheyavver, Herr Alber und Wernhart mein Brueder, Herr Chunrad und Herr Ott die Liechtenecker; Herr Hadmar und Her Alber von Ottenſtain und ander edler Leut viel, zu evviger Stetticheit diz Dinges und zu Vrchunde han ich da ze Wienn diſen Brief gegeben, verſigelten mit meinen Inſigel, do man zalte von Chriſtes Gebuert dreyzehenhundert Jar, in dem dreyzehenden Jar, darnach an dem erſten Sontag in der Vaſten.

§. CLX.

Elogium Eliſabethae uiduae exponit GREGOR. HAGEN. in Germanico Auſtr. Chronico in PEZ. ſcriptor. rer. Auſtr. T. I pag. 1136: *Die Erſame Frau Elizabeth, Chunig Albrechts Witiben, gieng recht als ainer Witiben zu gehörtt, und fleizz ſich zu vercheren die lieb der Welt in gotleicher lieb und mynne: wann Sie hett die Lewte gar lieb, die Volckomen Leben hetten, und nachfolgen waren des Lebens, daz unſer Herr in ſeinem Ewangelio hat gelernet. Darnach gedacht Fraw Elizabeth, weilend ain Chunigin, wie daz Sie bawte ain hauſs unſern Herrn, und wie daz Sie ſeinen Lob beraittet mit aller ir begirde ires herzen: wan Ir daz Gott gab zu tun in ihren herzen, und lieſs den brüdern Sand Franciſcen Orden ain Convent bawen auf der ſeit gen den Norden. Aber ſie ordent, daz man bawte den Convent der Sweſter Sand Chlaren auf dem Sudiſchen tail, und daz ſie daz mocht volbringen,* Eliſabethae Auguſtae elogium.

ſo

§. CLXI. *ſo bat Sie Vrlaub des Römiſchen Stuls, und die ward Ir gegeben. Alſo ward am erſten gebawt ain chlaine Capellen an der Stat, do man ſpricht do Chunig Albrecht ward getöttet; und do iſt yetzund der Chor des Münſters zu Chünigs veld gebawen.*

§. CLXI.

Henrici VII Imper. coniux Margareta. Henrici VII Imperatoris uxor erat Margareta, Iohannis Brabantiae Ducis, filia; nonnulli aliud nomen ſuppeditant, ſed GVNDLINGIANA P. I n. 7 Margaretam liquido monſtrant. Ex diplomatibus hic parum lucis.

Ludouicus Bauarus Imp. Margaretae, uxori, comitatum Hollandiae etc. clientelari nexu tradit, Inter tres coniuges, quae Ludouico Bauaro Imperat. aſſignantur, prima Bauaricis ſcriptoribus eſt obſcura; altera Beatrix, Henrici Ducis Glogouiae filia erat; tertiam Margaretam, Wilhelmi III, Hollandiae Comitis, filiam, commemorant etiam tabulae. Haec Margareta, defuncto fratre Wilhelmo, ab Imperatore marito comitatibus Hollandiae, Zelandiae ac dominio Friſiae, feudis imperii, per oſculum et ſceptrum inueſtiebatur. Conf. STRUVIVS de allodiis Imp. p. 649. Dignae ſunt literae inueſtiturae, quas recitemus ex ANTONII MATTH. Veteris aeui Analector. Tom. III p. 234 ſqq.

In Dei nomine Amen. Ludouicus Quartus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus uniuerſis ſacri Romani Imperii fidelibus ſibi dilectis, quorum intereſt uel intereſſe poterit in futurum, ad quos praeſentes literae peruenerint, Imperialis gratiae plenitudinem cum ſalute et notitia ſubſcriptorum. Licet ex Auguſtalis Serenitatis officio, ad quod uocati ſumus diuina prouidentia, teneamur omnes et ſingulos ſacri Romani Imperii fideles in ſuis iuribus conſeruare, eos tamen, qui uel conſanguinitatis uel matrimonii uinculo nobis iunguntur, ex humana quadam inclinatione tueri ſpecialius obligamur. Hinc quum ſpectabilis Wilhelmus Comes Hollandiae, Zelandiae, et Dominus Friſiae diuae memoriae affinis noſter praedilectus, proh dolor! diem clauſit extremum, nullo ex ſe uero legitimo relicto herede, cumque inclyta et praeclara Margareta Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, conthoralis noſtra kariſſima, praefati Comitis ſoror antiquior ex utroque parente nobis inſtanter ſupplicauit, ut ipſam tanquam ueriorem et proximiorem heredem de dictis Comitatibus Hollandiae, Zelandiae, ac Dominio Friſiae inue-

inueſtiremus, Nos precibus attendentes ipſam, tanquam ueriorem, §. CLXI. proximiorem, et antiquiorem heredem de dictis Comitatibus, et quibuslibet eorum iuribus et pertinentiis, a nobis et ſacro Romano Imperio in feodum deſcendentibus, oſculo oris et ſceptro Imperiali adhibitis, et aliis ſolemnitatibus debitis, quae de iure uel conſuetudine adhiberi in talibus conſueuerunt, infeodauimus et inueſtiuimus, ac etiam infeodamus et inueſtimus praeſentibus omni iure, modo, et forma, quibus Spectabilem Wilhelmum felicis recordationis Comitem Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae, ac Dominum Friſiae, praefatae conthoralis genitorem, ſocerum noſtrum kariſſimum, iam dudum infeodauimus et inueſtiuimus, promittentes praeſentibus et ſpondentes, quod ſine ſcientia, conſenſu, et uoluntate expreſſa ſaepedictae conthoralis noſtrae praeſcriptos Comitatus Hollandiae, Zelandiae, ac Dominium Friſiae, ſimul uel diuiſim, cum ſuis iuribus et pertinentiis quibuscunque non uendemus, non permutabimus, neminem alium de his infeodabimus, nec in pignus dabimus, nec quouis alio alienationis modo in alias transferemus perſonas. Quod ſi ſecus fecerimus in toto uel in parte hoc ex nunc decernimus irritum et inane. Omnibus igitur et ſingulis praeſcriptum Comitatum Hollandiae, Zelandiae, ac Dominium Friſiae, uaſallis et hominibus ligiis, nobilibus et innobilibus, nec non ciuitatibus, opidis et uillis, Balliuis, iudicibus, Scabinis, Conſulibus, et Communitatibus, et generatim quibuslibet hominibus, religioſis et ſecularibus, cuiuscunque conditionis extiterint, in dictis Comitatibus Hollandiae et Zelandiae, ac Dominio Friſiae, commorantibus, ſeu in ipſis quaeuis alia iura tenentibus, quocunque nomine teneantur, hoc Imperiali edicto diſtricte praecipimus et mandamus, quatenus praefatae Dominae Margaretae conthorali noſtrae legitimae, tanquam ueriori, proximiori, ac antiquiori heredi ac Dominae ſuae pareant, obediant, et intendant; quemadmodum ipſius progenitoribus paruerunt, obediuerunt, et retroactis temporibus intenderunt. In quorum teſtimonium praeſentes conſcribi, et noſtrae maieſtatis ſigillo iuſſimus roborari.

eamque per oſculum et ſceptrum inueſtit,

ac ſimul promittit, ſe nullo modo terras iſtas in alios translaturum eſſe.

Actum et datum in caſtro noſtro Nurenburch Ann. Domini CIↃ. CCC. XLVI. XV die menſis Januarii anno XXVII. Imperii XIX.

§. CLXI.

3. Poſtca Margareta Auguſta terras iſtas, quas a marito feodali iure acceperat, Willelmo filio ſuo tradidit.

In eiusd. ANTONII MATTHAEI Veteris aeui Analect. Tom. V p. 560 latius enarratur, quomodo Imperatrix uidua poſt haec de feudis, quae diximus, diſpoſuerit.

MARGARETA Imperatrix Romanorum, ſenior ſoror Wilhelmi fuit Comitiſſa Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae, et Friſiae Vannis, et IX menſibus. Et poſt hoc fuit quatuor annis tantum Comitiſſa Hannoniae, et habuit de Imperatore tres filios. Primus fuit Dux Wilhelmus. Secundus fuit Albertus Dux, Tertius fuit Ludovvicus Dux, Rex de Cracovvia, et Otto Marchio Brandenburgenſis, et Eliſabeth Regina Vngarorum. Iſta Imperatrix uenit in Hollandiam cum magna pompa, et fuit magnifice ſuſcepta ab omni militia et ciuitatibus, et acceptata in Dominam Hollandiae, Hannoniae, et Zelandiae, et promiſit omnia in ſuo iure permanere, et omnibus facere iudicium et iuſtitiam, et indulſit terrae magna priuilegia, et dona larga, et emunitates multas, et pacem fecit cum Traiectenſibus, et cum Epiſcopo a die Sanctae Margaretae, ab anno XLVI, usque ad S. Margaretam ad annum XLVIII. Poſt hoc Imperatrix commiſit terram ſuis oſſiciariis, et omnibus miniſtratis repedauit ad Imperatorem. Poſt hoc rediit in Hollandiam et Hannoniam cum filio ſuo ſeniore Wilhelmo, et commiſit ei de conſenſu militiae et ciuitatum Comitatum Hollandiae, Zelandiae, ac Friſiae, ut regeret eas ex parte ſui, ut Praeſes, et omni anno daret Imperatrici X. millia antiquorum ſcudatorum, et retinuit Hannoniam, et ibi habitauit, quia paulo ante Imperator uir ſuus obierat. Et ſi Wilhelmus praedictus ſummam praedictam non ſolueret, tunc conditio eſſet in irritum et incaſſum. etc.

In nota ſubiicitur: Cur commiſit tam feſtinanter? Vt obtingeret ei lautius et ſplendidius coniugium, et propter alias rationes expreſſas literis huiusmodi:

Margareta bi der genaden Gods Keyſerinne van Romen, Gravinne van Heynouvven, van Hollant, van Zelant, ende Vrouvve van Vrieſſant, doen kont allen luden, dat vvi aenſien, dat onſe lande, Graeſſchepe, ende Heerlichede van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant ſeer beſvvaert ende beladen zyn met oorloghe, met ſcoude, ende met altehande ſaken, ſoo dat ſi-vvel behoefden eens Lantheeren, die dagelick bi hem vvare, ende dieſe mit machte ende mitten ſvvaerde beſcermde, ende dieſe te rechte ſettede ende holde, ende om ſonderlinge liefde, die vvi hebben tot Hertoge

Wiliam

Wiliam von Beyeren, Palyasgrave op den Rhyn, onſen lieven ſo- §. CLXI.
ne, den vvi bi rade ende bi vvillen ons liefs Heeren des Keyſers, daer Godt die ſiele of hebben moete, onſen gerechten erfname makeden na onſen doot van allen onſen Graſſcappen van Heynouvven, van Hollant, van Zeelant, ende van onſen Heerlichede van Vrieslant mit allen heuren toebehooren, ende om ruſte ende om oirbaer onſer gemeenre Landen voerſz, ende ooc om dat vvine gaerne vvel gegoet ende gevordert ſagen, om dat hi ten beteren ende ten eerliken huvvelyck doen mochte, ende dat lants orber te berechten, dat vvi voir ons ende voir onſe nacomelingen mit goeder voorſien ichede, ende by onſen ghemenen rade, ende bi onſe vrien vville Hertoge Willem van Beyeren Palysgrave op den Rine, onſen lieven ſone voorſz opgedragen hebben, ende opdragen, ende tot ſynre behoef quite geſchouden hebben, ende quite ſcelden, ende hem ghegheven hebben, ende geven mit deſen tegenvvoordigen brieve onſe Graefſchap van Hollant, van Zeelant, ende onſe Heerlicheyt van Vrieslant, geheel ende al Ooſtvrieslant ende Weſtvrieslant, mit allen hoeren toebe hooren, hooghe ende laghe, herſcape, gericht, lant, lude, ende Stede, poorten, dorpen, huſen, boorghe, veſten, verval, beſterfte, boeten, leen, ende eygen, renten, erve, pacht, tienden, vvilderneſſe, herneſſe, moerdyc, uytland, bedyct, ende onbedyct, te lande ende te vvatere, beſocht ende onbeſocht, vercregen ende onvercregen, ende hoe ſy gelegen ſyn, iof geheiten, hem ende ſine nacomelingen vrilike te behouden, te bruken, ende te beſitten tot evvelicken daghen, alſo alſt onſe Voirvaders vvilneer Graven aldair, dair Godt die ſielen of hebben moete, ende vvi, te houden plegen, ende hem ende ons toebehoirden, ende toebehoirt te houden, ende alſo vvy't van onſen lieven Heere den Keyſer, daer Godt die Ziele of hebben moet ontfengen, ende als hy't ons verliede ende verleende, maer onſen Graeſſcippe van Heynouvven mit allen, dat daer toebehoirt, vvillen vvi behouden, alſo langhe als vvi leven, ende na onſe doot ſal onſe Graeſſcip van Heynouvven voerſz mit allen hoeren toebehoren comen op onſen lieven ſoone Hertoge Willem voorſz. Ende bidden allen den ghenen van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieslant, edel ende onedel, Ridderen ende Knapen, ſteden, poirten, dorpen, ende gemeenlic allen luden van den

 voer-

§ CLXI. voergenoemden landen, ende allen den ghenen, die dair toebehoren, dat ſy Hertoge Willem onſen lieven ſone voerſz hulden, ſvveren, ende manſcip doen, ende heur goet ende heur leene van hem ontſane, ende hem in allen ſaken ſtercken, gehulpich, geboirlick, verderlic, ende onderdanich ſyn, alſe goede trouvve lude, hoeren gerechten Heere ſchuldich zyn te doene. Ende vvant vvi vvillen, dat Hertoge Willem voerſz ende ſinen nacomelinghen alle deſe voergenoemde voervvairden ende gifte vaſte ende geſtade gehouden vvorden ende bliven tot evvelicken daghen, ſo hebben vvi deſen brieff open beſegelt mit onſen grooten Keyſerlicken ſegel, ende mit onſen anderen ſeghel, dien vvi ghemeenlic plaghen te bruken in Hollant, in Zeelant, ende in Vrieslant, ende geven over alle recht, brieven, ende privilegien van geiſtliken rechte, ende von vvairlicken, voir ons ende voir onſe nacomelingen, die onſen lieven ſone Hertoge Willam voerſz of ſine nacomelingen jegens deſe voirſz voirvvaerden ende giften te doen comen mochten. Ende alle dinghen ſonder argeliſt. Ende om die meere ſekerhede hebben vvi gebeden ende bidden, alſe mannen ende Steden der Graefſcipen, ende der Heerlicheden ende landen voergenoemt, Heren Janne van Heynouvven, Heere van Byamont onſen lieven Oem, Heeren Joanne, Heer van Arckel onſen neve, Heeren Willem van Duvenvoirde, Here van Oeſterhout, onſen troſivven Camerlinc, Heren Airnde Here van Yſelſteyne, onſen ſvvager, Heren Jan Perſyn Here van Waterlant, Here Jane Heere van Egmonde, Here Janne van Polanen Here van der Lecke, Here Dideric van Brederoode, Heren Gerit van Eemskerk, Heren Jan van der Wateringe, Heren Philips van Polanen, Heren Claeſe ende Heeren Florens van Borſelen, Heren Clais Kervinc van Reymerſvvale, Heren Joanne, Heren Raeſſe, ende Heren Aernd van Cruningen, Here Gheryt van der Maelſtede, Heren Herbaren van Node, Heer Jacob van der Binchorſt, Heren Gheryt van Haemſtede, Heren Janne den Mulnair, Heren Airnd van Duvenvoirde, ende Heren Willem van Outshoirne Ridders, ende Dirc van Waſſenaer Borchgrave van Leyden, Jan van Heemſtede onſen neve, ende Daniel van der Mervvede Knapen, den Steden van Dordrecht, van Middelburch, van Zirixze, van Sinte Geerdenberghe, van Delff, van Leyden, van Hairlem, van Alcmaer,

van Amſtelredamme en van Oudevvater, dat ſy deſe voirſz opdrachte, gifte, ende voirvvaerden mit ons beſegelen vvillen. Ende vvi Janne van Heynouvven, Heer van Byamont, ende vvi andere Ridderen ende Knapen, ende Steden voirſz, om bede vvillen onſer liever Vrouvven der Keyſerinnen voerſz, ende in Kenniſſe der vvaerheyt hebben deſen brief beſegelt open mit onſen ſegelen, ende alvvair dat ſake datter een of tvve, of meer ane gebraken, die deſen brieff niet beſegelt en hebben, dat en ſoude Hertooghe Willem voerſz noch ſinen nacomelingen tiegens deſe voerſz gifte niet deren, maer ſullen vaſt ende geſtade gehouden vvorden ende bliven, ghelike of ſyt alle beſegelt hadden. Gegheven te Monnicken in Beyeren op den vyfden dach van der maent, diemen hiet Januarius int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. ende acht ende viertich. In oercondc deſen brieve beſegelt mit onſen ſegelen. Gegheven tot Sinte Geerdenberghe op onſer Vrouvven dach annuntiationis int jaer voerſz. §. CLXII.

§. CLXII.

IO. FRIDER. SCHANNAT. in Vindemiarum literariar. Collectione ſecunda pag. 126. Margaretae literas exhibet, quibus Comes, cuius nomen ſupprimitur, rogatur, ut captiuum quendam libertati reſtituat. Margareta Auguſta pro captiuo quodam literis deprecatur.

MARGARETA Dei Gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, Magnifico Viro et potenti Comiti, ſuo Deuoto Dilecto ſalutem cum plenitudine omnis Boni. Dilectio tua graue non reputet, ſi tibi pro aliqua Perſona nobis Deuota ſub ſpe ſpecialis Confidentie relaxanda porrigimus preces noſtras, in quibus quia deſideramus liberaliter exaudiri, Te requirimus intimo cum affectu, quatinus noſtro Speciali intuitu et amore RVCKLINVM Seruitorem CONRADI Militis de GERA Fidelis noſtri Dilecti, tuum ad preſens Captiuum, a Captiuitate ſolutum ac liberum dimittere digneris, ob hoc utique Tibi et Tuis uolumus ad gratas uiciſſitudines rependendas teneri.

Ceterum Maritus Ludouicus Margaretae ſuae recordatur in TOLNERI Codice diplom. Palat. pag. 99: *pro tribunali comparuit coram nobis illuſtris Ludouicus Dux Bauariae primogenitus noſter ex* Margaretae memoria.

 prae-

§. CLXIII. *praeclara Margareta Romanorum Imperatrice, contborali noſtra kariſſima procreatus* etc.

. Cum Flandriae Comes Flobecum et Leſſinium occupaſſet, Margareta, Imperatrix, cum eo conuenit ea lege, ut Flobecum quidem et Leſſiniam feudi nomine tenenda reciperet, caeterum Flandro eodem modo Bledonium et Tigniacum traderet, uti diſcimus ex MATTHAEI VOSSII Annal. Holland. Lib. X ad a. 1350.

§. CLXIII.

Eliſabetha regina, Friderici Pulchri, uxor ſubditis ſuis Gleiſſenfeldenſ. et Buechberg. immunitatis priuilegium indulget.

An Fridericus pulcher Auſtriacus Ludouici Bauari regni ſocius permanſerit, adhuc ſub iudice lis eſt. Conf. tamen Nob. de BAVMANN de uoluntario imperii conſortio inter Frider. Auſtriac. et Ludouic. Bauar. Id liquido patet, Fridericum etiam poſt pactionem Vlmenſem Regis Romanorum titulum retinuiſſe. Quid? quod et Friderici uxor Eliſabeta, Iacobi Arragoniae regis filia, ſe reginam appellauit. Innitimur literarum teſtimonio, quas Regina ipſa exarauit in PETZII Cod. diplomatico-hiſtorico-epiſtolari ſiue Tom. VI theſauri anecdotorum p. 10.

Eliſabethae, Romanorum Reginae, (Friderici Pulchri Coniugis) Priuilegium immunitatis et libertatis pro ſubditis ſuis in Gleiſſenfeld et Buechperg.

Wir Elſpeth von Gotts Gnaden Römiſche Künigin chundten offenleich an diſem Brieue allen den, di in ſehent, oder hörent leſen, daz für uns chomen unſer arme Leutle von Gleiſſenfeldt und von Puechperg, und vvo Wir ſi do haben auf unſerm aigen, und auch Vogtey: und legten Vns für Ire Recht, di ſy do von Alter gehabt habent, und auch herbracht, als ſy es auch alle Jar in Jrer Panteiding meldent, bey iren Ayde, und ſonderlich, daz ſy dhain Maut noch Zolle geben ſchollen, in Stetten noch in Merckten, da ſy Jren Chauff treibent, mit Chauffen oder mit Verchauffen, in Jr Haus oder daraus, an alles, vvaz ein gevverbig Man auf Gevvin chauffte, oder verchauffte, und Chauffmanſchaft damit treiben vvolte, es ſcholl auch dhein Richter noch Ambtmann auf demſelben Vnſerm Eigen und Vogtey ichtes ze ſchaffen haben, mit Gerichten, dem umb di drey Sach, Todſchlag, Nottnuffet und Diperey,

excipitur crimen homicidii, ſtupri uiolenti et furti.

Dominus Imperator propter ſeruicia que dominus Domanicus fecit Dominae Imperatrici dedit ſibi et heredibus Curiam cum duabus Laneis terrae arabilis in uilla Szderagin ſituatis per mortem Leonardi ad Imperatorem deuolutis, Datum Nuremberg. Anno LXo. Indiccione XIII. II. Nonas menſis Nouembris. Regnorum etc. Per Dominum Magiſtrum Curie Conradus de Gyſenheim.

IBIDEM pag. 429.

ANNAE Camerariae Imperatricis bona SVLCONIS de WRANICZ uacantia donantur, an. 1360.

et Cameraria.

Dominus Imperator propter ſeruicia, que Domina Anna Cameraria Domine Imperatricis fecit, dedit bona ſingula et uniuerſa per mortem quondam Sulconis de Wranicz ad eum tamquam Regem Boemie deuoluta, contulit preſentibus et aſſignauit. Saluo Iure Dominii noſtri et aliorum. Preſentium etc. Datum Nuremberg. anno LXo, Indiccione XIII, II. Nonas, menſis Nouembris Regnorum etc. Per Dominum Sbinkonem Leporem, Conradus de Gyſinheim.

§. CLXXV.

Eliſabethae, quartae Caroli IV uxoris, dotalitium.

Quarta Caroli IV coniux erat Eliſabetha, Bogislai Pomeraniae Ducis, filia. Ciuitas Grecenſis aliaeque ciuitates quaedam illi in dotalitium conceſſae fuerunt, additis nonnullis conditionibus,

quas

quas ex inſtrumento intelligimus, quo ciues Grecenſes Auguſtae ſacramentum fidelitatis praeſtitiſſe dicuntur. uid. GOLDASTI Commentarii de Regno Bohemiae, Iuribus et priuilegiis in ſupplemento Actor. public. pag. 317 ſqq. § CLXXV

Nos iudex, Iurati, et uniuerſitas Ciuitatis Grecenſis.

Notum facimus tenore praeſentium uniuerſis. Quia Sereniſſimus ac inuictiſſimus Princeps et Dominus Carolus Quartus, diuina fauente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, et Bohemiae Rex Illuſtris, animo deliberato, ſano Principum, Baronum et Procerum eius accedente Conſilio, de certa ſua ſcientia Sereniſſimae Principi et Dominae, Dominae Eliſabeth Romanorum Imperatrici ſemper Auguſtae, et Bohemiae Reginae Illuſtri legitimae ſuae conſorti Dominae noſtrae gratioſae, Ciuitatem noſtram praedictam cum certis aliis Ciuitatibus, quae in literis eiusdem Domini noſtri expreſſantur diſtinctius, cum omnibus cenſibus, redditibus, fructibus, utilitatibus, Iudiciis, Dominiis, et uniuerſis pertinentiis ſuis, in quibuscunque rebus conſiſtant, quibus etiam nominibus ualeant appellari, nullo penitus excepto, in *uerum, iuſtum et ordinatum dotalitium*, ſicut dotalitiorum Reginalium Iura depoſcunt, ad tempora uitae ipſius Dominae noſtrae praedictae dedit, contulit et donauit, modis et conditionibus infra ſcriptis, uidelicet: Quod eadem Sereniſſima Princeps et Domina noſtra, et nos cum ea ſimiliter Domino noſtro Rege Boemiae, qui pro tempore fuerit, tota potentia, omni fide, et diligentia aduerſus quoslibet inuaſores Regni et Coronae Boemiae, et in procurandis, manutenendis ac defenſandis Iuribus, commodis, profectibus ac honoribus eiusdem Regni et Coronae pariter debeamus aſſiſtere, ac ipſi Boemiae Regi Domino noſtro, nullis unquam temporibus aduerſari, quodque Dominus noſter Rex Boemiae, qui pro tempore fuerit, praefatam Sereniſſimam Principem Dominam noſtram teneatur et debeat in huiusmodi ſuo dotalitio, tam in Ciuitate noſtra, quam in locis aliis, ubi hoc iuxta formam literarum Domini noſtri praedicti ſibi datum, collatum et aſſignatum fore cognoſcitur, toto tempore uitae eius Dominae noſtrae benigne magnifico et fauorabili patrocinio defenſare, neque eidem Dominae noſtrae iniuriam ac uiolentiam in eo facere, ſeu facienti conſentire, dare uel concedere operam uel

Tt 3 fauorem,

§. CLXXV. fauorem, ſic tamen quod mox defuncta ſupra dicta Sereniſſima Domina noſtra omnes Ciuitates, caſtra, reditus, prouentus et pertinentiae talis dotalitii, ut praemittitur, ad Dominum noſtrum Regem Bohemiae, qui pro tempore fuerit, absque impedimento ſeu difficultate qualibet libere reuertantur. Sique poſt obitum praefati Sereniſſimi Principis, Domini noſtri Imperatoris et Boemiae Regis (quem Deus omnipotens benigna ſua miſericordia in longaeua ſanitate cuſtodire dignetur) praefata Domina noſtra Imperatrix et Boemiae Regina ad ſecundas nuptias conuolaret, ex tunc, dum Rex Boemiae, qui pro tempore fuerit, eidem Dominae noſtrae ſex millia ſexagenarum groſſorum Pragenſium et currentis monetae perſoluerit in parata pecunia, integraliter et complete ſtatim ad ipſum Regem, qui pro tempore fuerit, nec non Regnum et Coronam Boemiae reſpectum habere debebimus, ſicut etiam promiſimus et tenemur; ideoque ad mandatum ſingulare ſupra dicti Sereniſſimi Principis et Domini noſtri Imperatoris et Boemiae Regis animo deliberato ſano praecedente conſilio de uerbo, ſcitu et expreſſa uoluntate totius uniuerſitatis noſtrae, nobis ob hoc pluries ad conſilium conuocatis ſuper omnibus et praefatis ſuperius de uerbo ad uerbum, prout expreſſa ſunt. Et ſicut in literis eiusdem Domini clariore diſtinguuntur notitia, praefatae Dominae noſtrae fidelitatis homagium fecimus, et facimus, promiſimus et promittimus, iurauimus et iuramus, ea, ſicut expreſſa ſunt, rata, grata et accepta habere, et tenere tanquam fideles ſubditi, et non contra facere uel uenire uerbo, uel facto, publice uel occulte. Praeſentium ſub noſtrae Ciuitatis ſigillo teſtimonio literarum.

Datum in ſupra dicta Ciuitate noſtra Gretz. Anno Domni M. CCCLXIII. in uigilia Sanctae Ludmillae Martyris glorioſae.

§. CLXXVI.

Eliſabetha ſe prolem maſculam in lucem edidiſſe indicat, nimirum

Quemadmodum Annam felicem partum ciuitati Argentinenſi nunciaſſe monſtrauimus: ſic et Eliſabetha hunc morem ſecuta eſt. Literas binas profert WENCKER in Collectis Archiu. p. 126.

Eliza-

Elizabeth diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta et Boemiae Regina. §. CLXXVI

Fideles dilecti altiſſimo auxiliante qui Regibus dat ſalutem feria ſecunda proxima poſt dominicam Exſurge hora quaſi ſeptima in nocte prolem Maſculinam corpore et membris ſingulis elegantem in lucem mundi produximus. Et poſt partum una cum prole, Deo auſpice grata corporis ſoſpitate gaudemus. Sed quia proſperitatem noſtre Celſitudinis uos ſincere zelare cognoſcimus, Ideo haec uobis per honorabilem Vlricum protlionotarium noſtrum fidelem dilectum pro ſpeciali ſolatio nuntiamus. Deſiderantes uos noſtrorum participes exiſtere gaudiorum. Sigismundum

Datum Pragae die XVI Menſis Februarii Regnorum noſtrorum anno quinto.

Magiſtro Conſulum, Conſulibus et Communitati Ciuitatis Argentinenſis noſtris et Sacri Imperii fidelibus dilectis.

Annus Eliſabethae regnorum V incidit in a. 1368, quo Carolo IV proles maſcula, Sigismundus ſcil. nata fuit; literae ſequentes referunt natiuitatem filii Iohannis, March. Brandenburg. et Luſat. Ducisque Goerlic.

Eliſabetha etc.

Ibi: Sabbato in feſtum Sti. Iohannis Baptiſtae proximo, hora quaſi XXII maſculinam ſobolem corpore et membris ſingulis elegantem in lucem mundi produximus. Et poſt partum una cum prole, Deo auſpice feliciter grata corporis ſanitate gaudemus. Et quia fidelitatem ueſtram de perſona noſtra noua felicia libenter audire confidimus, ideo haec uobis per Henricum et Conradum Camerarios fideles noſtros dilectos pro ſpeciali ſolatio nuntiamus etc. et Iohannem.

Datum Pragae die 23 menſis Iunii Regnorum noſtrorum anno ſeptimo, Imperii ſecundo.

Nota WENCKERI:

Similiter nulla ſubſcriptio legitur in Eliſabethae Auguſtae literis Ruperti Palatini coniugis, neque etiam in Barbarae Sigismundi Imp. Auguſtae.

§. CLXXVII.

§. CLXXVII. CLXXVIII. Eliſabethae mandatum ad pacta connubialia perficienda.

§. CLXXVII.

Filiam, Annae nomine appellatam, haec Auguſta Richardo, Regi Angliae, deſpondebat; quare legatos ſuos plena negotii huius connubialis tractandi poteſtate muniuit. Literae ſuppeditantur in SVPPLEMENT AV CORPS VNIVERSEL DIPLOMATIQVE T. I P. II p. 213:

Eliſabeth, diuina fauente clementia, Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta et Boemiae Regina, recognoſcimus tenore praeſentium, quod de circumſpectionis et legalitatis induſtria, illuſtris Principis Domini Przimiſlai Ducis Teſchinenſis conſanguinei noſtri cariſſimi ac Nobilium Conradi Kreyger, Sereniſſimi Principis Domini Wenceslai Regis Romanorum et Boemiae, Filii noſtri cariſſimi, Curiae Magiſtri, et Petri de Wartemberck, alias de Goſt dicti, filii noſtri Camerlingii plenam et indubitatam fiduciam obtinentes, animo, et de certa noſtra ſcientia, in praeſentia Nobilium, Sdenkins de Waldenſteyn Magiſtri Curiae noſtrae, Hermant de Kuſſuyk Burgrauii noſtri Kroten et honorabilis, Martini Canonici Olomucenſis, Theſaurarii noſtri, dicto Domino Duci et Nobilibus praefatis plenam, liberam, et omnimodam dedimus et damus praeſentibus facultatem de et ſuper Parentela, inter Sereniſſimum Principem, Dominum Richardum Regem Angliae, et Excellentem Virginem, Domicellam Annam natam noſtram, noſtro nomine, tractandi, ordinandi, diſponendi, et in animam noſtram iurandi, et quicquid per dictos, Ducem et Nobiles in ipſo Parentelae negotio, pro hac uice, tractatum, ordinatum, diſpoſitum et qualitercunque iuratum in animam noſtram fuit, hoc ipſum ratum, gratum et firmum habere, tenere et inuiolabiliter obſeruare uolumus, promittimus et debemus, praeſentium (ſub appenſo noſtro ſigillo) teſtimonio Literarum.

Datum Pragae, die penultima menſis Ianuarii, Anno Domini milleſimo, trecenteſimo, octogeſimo primo.

Ludouicus R. Hungariae Eliſabetham honorifice appellat.

§. CLXXVIII.

Dum Ludouicus, Rex Hungariae, a. 1372 promittebat, ſe nunquam ad regnum Bohemiae adſpiraturum eſſe; Eliſabetam Auguſtam

guſtam quoque honorifice appellat apud GOLDAST. de regno Bo- §. CLXX-
hemiae in Supplemento actor. publ. p. 321 et CHR. GODOFR. XVIII.
HOFFMANNVM ſcriptor. Luſaticor. t. IV p. 208:

Nos Ludouicus Dei gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Poloniae etc.

Notum facimus uniuerſis, quibus intereſt uel intereſſe poterit in futurum per praeſentes; quod ob ſingularem internae charitatis ardorem, quo Sereniſſimum ac Inuictiſſimum Principem et Dominum, Dominum Carolum IV Romani Imperii ſemper Auguſtum, et Bohemiae Regem illuſtrem, Sereniſſimam Principem, Dominam Eliſabeth, Romanorum Imperatricem, et Bohemiae Reginam, ſororem noſtram, et Illuſtrem ac Magnificum Principem Dominum Wenceslaum, Bohemiae Regem praefati Domini Imperatoris filium, ac illuſtres Principes, Dominos Ioannem et Iodocum eius primogenitum, Marchiones, et Dominos terrae Morauiae, fratres noſtros chariſſimos, caeteroſque filios ac haeredes ipſorum, pio fraternoque ſinceritatis zelo complectimur etc.

§. CLXXVIIII.

Cum Carolus IV ſanctionem Imperii, quam Auream Bullam dicimus, conderet, atque caerimonias coronationis potiſſimum ad normam perpetuam reduceret: Auguſtae etiam memor erat cap. XXVI §. 5: *Imperatrix etiam uel Regina Romanorum ſuis auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem uel Imperatorem Romanorum, et etiam poſt Regem Bohemiae, qui Imperatorem immediate ſubſequitur, competentis ſpatii interuallo, ſuis aſſociata Proceribus ſuisque comitata uirginibus, ad locum ſeſſionis procedat.* et cap. XXVIII §. 2: *Sedes uero et menſa Imperatricis ſiue Reginae, parabitur a latere in aula ita, quod ipſa menſa tribus pedibus Imperiali ſiue Regali menſa ſit baſſior, et totidem pedibus eminentior ſupra ſedes Principum Electorum, qui Principes ſuos inter ſe in una eademque altitudine ſedes habebunt et menſas.* Haec loca ab A. B. commentatoribus praeſertim ab illuſtr. LVDEWIGIO uberius explicantur. Inde et Iuriſpubl. interpretes occaſionem Auguſtae iura exponendi repetere ſolent.

Carolus IV Auguſtae iuribus in Aurea Bulla proſpicit.

§ CLXXX.

§. CLXXX.

Abbatis Fuldenſis Archicancellarii Auguſtae dignitas confirmatur;

Inter omnes conſtat, Abbatem Fuldenſem hodie Auguſtae Archicancellarium uocari. Etſi ipſi hoc munus iam inde ab antiquiſſimis temporibus uindicetur, ut c. I diximus; noſtra tamen diplomata iſtud hucusque ignorant. Sane Caroli IV codicilli hanc Fuldenſis dignitatem uel priſtino ſplendori reddunt, uel nouo robore muniunt. Porrigunt tabulas iſtas Cel. VLRICH. in diſſert. de Archicancellariatu et primatu Sacri R. I. Principis Abbatis Fuldenſis Sect. III Cap. I et WALDSCHMIDT in diſſ. de Auguſtae Archicancellario pag. 28 ſqq. item SCHANNAT. in hiſtor. Fuld. prob. p. 267. WALDSCHMIDII et SCHANNATI uariantes lectiones ad marginem adſcribemus.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis feliciter Amen.

Fuldenſi Abbati — omnem benedictionem. — aſſumpto; — poſſent — gratu — probabito — tua uirtutum — SCHANN. fauores — ſuſcepimus

Karolus Quartus diuina fauente Clemencia Romanorum Imperator ſemper auguſtus et Boemie Rex. Venerabili Heinrico *Abbati Fuldenſi* Principi et Conſiliario deuoto ſuo dilecto graciam ſuam et *omne Bonum*; Princeps deuote cariſſime: Licet ex *aſſumpte* Imperatorie Maieſtatis officio, et ob illas gracias multiplices, quibus noſtre Serenitati Magnificus Imperator eternus, tam liberaliter quam benigne prouidit, omnium Eccleſiarum profectibus et commodis teneamur intendere, ut miniſtri Domini, temporalibus adiuti preſidiis et dulciſſime pacis amenitate gaudentes, tanto liberius diuinis uacare *poſſint* obſequiis, quanto cerciori ſecuritate letantur, ſub *grato* Regimine Principis gracioſi; Ad Eccleſiam Fuldenſem nihilominus ſingularis gracie deliberacionem noſtra celſitudo conuertit, et eam uelut generoſam plantationem Sacri Romani Imperii, *habito* quodam ſpeciali reſpectu ad *tue uirtutis* inſignia et multiplices ſedule Fidei probitates, quibus nobis et ſacro Imperio tam fideli quam eciam prompta deuocione continuo placuiſti, ad ipſius Libertates, *Honores*, et Commoda ſinceris fauoribus meditamur: Sane cum eadem Fuldenſis Eccleſia, ſicut multorum ueridica et Fide digna Relatione *percepimus*, inter cetera Largitionum munera, quibus a recolende memorie diuorum Imperatorum, qui nos preceſſerunt feliciter, multiformi fauore ad apicem Principatus promota dinoſcitur, illud precipue obtinuerit, quod uidelicet Abbas Fuldenſis, qui foret

§ CLXXX

foret pro Tempore ex Imperiali *indulto*, ſicut premittitur cuiuslibet Romanorum Imperatricis ſeu Regine Archi-Cancellarius exiſtere debeat, cum omnibus Priuilegiis, Libertatibus, *Emunitatibus* et Graciis, quibus Archi-Cancellarii Imperatricum ſeu Reginarum huiusmodi hactenus iure uel conſuetudine freti ſunt, aut frui poſſunt, quomodolibet in futurum ſicut Tui Predeceſſores Venerabiles Abbates ſupradicte Eccleſie in poſſeſſione pacifica talis officii hactenus ab origine et Primeua Fundacione Principatus et Fuldenſis Dominii perſtiterunt, eciam ab eo tempore, cuius contrarium *in hominum memoria* non *conſiſtit*, nos aduertentes, quoniam uirtuoſi Principis intereſt Iura, Priuilegia, et Gracias Eccleſiarum inſignium augere continuo, et non permittere *Predeceſſorum Glorioſis* uoluntatibus in aliquo derogari, huiusmodi Priuilegium, Libertates, graciam, et *emunitates* ſub omnibus modis et condicionibus, ſicut expreſſantur ſuperius, approbamus, ratificamus, et *de* Benignitate Ceſarea, nec non Imperatorie Poteſtatis Plenitudine confirmamus, *ac* etiam de nouo concedimus, *Decernentes*, et Imperatorio ſupplentes *indulto*, quod non obſtante eo quod *forſitan Littere* Diuorum Imperatorum et Regum, qui nos preceſſiſſe noſcuntur, ſuper *huiusmodi* graciis, emunitatibus, et Libertatibus edite, per negligenciam ſeu *aliquod* infortunium perdite ſint uel amiſſe et in Lucem produci non ualeant: Tu nihilominus et omnes Tui ſucceſſores perpetuo dicti Archi-Cancellariatus officio cum omnibus ſibi annexis *ſeu* dependentibus honoribus, utilitatibus, iuribus et conſuetudinibus, quibus eciam nominibus expreſſari conſueuerint, fungi poſſitis et debeatis *perpetuo*, *ſicut* tui Predeceſſores eodem functi ſunt hactenus *de* Gracia, conſuetudine, uel de Iure; et ne tante tue Virtuti, cuius ſplendore gratiſſimo in noſtris oculis claruiſti, ſolum uideantur *approbare* preterita, et de his prouidiſſe duntaxat, que Predeceſſorum tuorum induſtria, ab ipſo ſacro Imperio diligenter ſtuduit obtinere, ſed ut ſub felici noſtro Regimine, iuxta tue probitatis merita, nouis Graciarum muneribus, tuo reſpondeatur affectui, et ob tui memoriam dicta Fuldenſis Eccleſia, nouis Imperialium donorum Inſigniis inclareſcat; Decernimus et hoc Imperiali ſancimus edicto, quod Tu, et omnes Tui ſucceſſores Abbates Fuldenſes *perpetuo*, dum et quociens Imperatricem ſiue Reginam *Romanorum* coronari, aut in Veſte Imperiali ſeu Regia ſedere uel ſtare contigerit,

indultu
immunitatibus
in memoria hominum.
exiſtit.
glorioſis predeceſſorum.
immunitates.
de omiſſ.
et.
declarantes
indultu.
litere forſitan.
hiſce.
quodlibet.
ſeu ab eo
ſicut perpetuo.
de omiſſ.
probare
SCHANN. *approbari*
perpetuo
omiſſ.
Romanam.

§. CLXXX Tu et dicti Succeſſores Tui, coronam ſuam quociens more uel ordine poſcente a capite ipſius deponi debuerit, et deponendi eandem ac tenendi et eciam reponendi quociens neceſſe fuerit fungi debeatis officio, ut ex hoc dictum Archi-Cancellariatus officium, nec non Inſignis Fuldenſis Eccleſia tamquam nobile membrum Imperii propenſius honoretur.

Signum premiſſum

Signum Sereniſſimi Principis et Domini, Domini KAROLI Quarti Romanorum Imperatoris inuictiſſimi et Glorioſiſſimi Boemie Regis.

Rudolfus etc. ponitur poſt Theoder. *Bertrand. Apt.* omiſſ. *Ioh. Olomc.* omiſſ. *et Prothiva* etc. omiſſ.

Teſtes huius rei ſunt Magnificus et Excellens *Rudolfus Dux Saxonie*, Sacri Romani Imperii Archi-Mareſchallus. Venerabilis Arneſtus Pragenſis Archi-Epiſcopus. *Bertrandus Aptenſis. Iohannes Olomocenſis.* Theodericus Mindenſis, *et Prothiua Segnienſis, Eccleſiarum Epiſcopi.* Nec non * *illuſtres Iohannes Marauie, Fridericus Miſnenſis Marchiones.* Bolko Svvidnicenſis, Nicolaus Opauie et Ratiborienſis, Conradus Olesnicenſis, Bolko Falkembergenſis, Bolko Opolienſis, Primislaus Teſchinenſis, Duces et Spectabiles Burghardus Burg-Grauius Magdeburgenſis magiſter Curie, et Albertus de Anhalt Comites, ac Nobiles Ieſcho de Wartemberg, dictus de Weſſel, Supremus Camerarius. Andreas de Tuba ſupremus Zudarius, et Wanko de Wartemberg, Supremus Pincerna Regni noſtri Boemie et alii quam plures noſtri Fideles, preſencium ſub Imperialis Maieſtatis noſtre ſigillo Teſtimonio litterarum.

Datum Prage. Anno Domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto. Indictione Nona, V Idus Iunii Regnorum noſtrorum Anno Decimo, Imperii uero Secundo.

(Loc. Monogramm. et Sigilli)

§. CLXXXI.

* illuſtris Rudolphus Saxonie Dux, Sacri Imperii Archimarſchalcus. Fridericus Marchio Miſnenſis, Bolcko Falckenbergenſis, Bolcko Opulienſis et Primislaus Teſchinenſis Duces, Albertus Comes de Anhalt, Nobiles Petrus, Iodocus et Iohannes fratres de Roſenberg, Czeneo de Lipa, Gonslaus de Svvanenberg, et alii quam plures. Publicatum ſub Bulla aurea typario noſtre Maieſtatis impreſſa, teſtimonio harum datum Prage anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto Kalendis Iulii, regnorum noſtrorum anno undecimo, Imperii uero ſecundo. Ego Iohannes Dei gratia Lithomislenſis Epiſcopus, ſacre Imperialis aule Cancellarius uice uenerandi in Chriſto patris Domini Gerlaci Moguntini Archi-Epiſcopi ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarii recognoui.

§. CLXXXI.

§. CLXXXI.

Inde frequens Archicancellarii Auguſtae memoria.

Poſt Caroli IV tempora Abbates Fuldenſes Auguſtae Archicancellarii titulum prae ſe tuliſſe, permulta docent inſtrumenta, licet non negemus, iſtud honoris elogium interdum taceri. Perluſtremus praecipue SCHANNATI Hiſtoriae Fuldenſ. Codicem Probation. pag. 266.

Caroli IV Imp. Praeceptum alterum, quo Eccleſiae Fuldenſi res et bona a telonii ſolutione eximit.

in chartis Caroli IV Imp.

daz vvir angeſehen haben ſtete getrevve Dienſte und Ere und ſunderliche Tugent, die der Ervvirdig HEINRICH Apt zu Fulde der Durchleuchtigen ANNEN Romiſchen Keyſerinne und Kunigen zu Beheim unſer lieben Wirtinne Ertz-Cantzlar, und unſer lieber Fürſt und heimlicher Rath etc.

IBIDEM pag. 269.

Priuilegium Eiusdem Caroli IV Imp. pro erigendis nouis quibusdam teloneis in ditione Fuldenſi.

daz vvir angeſehen habin die ſteten getrevven Dienſte, die der Ervvirdige HEINRICH Apt zu Fulde der Durchleuchtigen ANNEN Romiſchen Keiſerinn und Kuniginne zu Beheim, unſer lieben Vurtinn, Obriſter Canzeler, unſer lieber Fürſt und heimlicher Rat, uns und dem heiligen Reich unverdruzlichen getan hat, und tagelichen tut etc.

IBIDEM pag. 270.

Eiusdem Caroli IV Imp. Diploma confirmatorium omnium priuilegiorum Eccleſiae Fuldenſis.

Sane conſtitutus in Imperialis noſtre Maieſtatis preſencia Venerabilis Heinricus Abbas Eccleſiae Fuldenſis, Princeps, Conſiliarius Secretarius, et deuotus noſter dilectus, Sereniſſime Anne Romanorum Imperatricis ſemper Auguſte, et Boemie Regine conſortis noſtre cariſſime Archicancellarius Nobis deuote et humiliter ſupplicauit etc.

Digitized by Google

§. CLXXXI. IBIDEM p. 271.

Eiusdem Caroli IV Priuilegium, quo indulget Abbati Fuldenſi, ut ſub uexillo Imperii hoſtes ſuos adoriatur et profliget.

Wir - - - - embieten dem Ervvirdigen HEINRICH Apt zu Fulde, unſerm lieben Fürſten und heimlichen Rat, der Durchleuchtigen ANNEN, Römiſchen Keiſerin, zu allen tzeiten Mererin des Reiches und Kunigin zu Beheim, unſer lieben Gemaheln, Ertz-Canzeler, unſer huld etc.

IBIDEM pag. 274.

Eiusdem Caroli IV Imp. Mandatum pro conſeruatione Iurium et libertatis Eccleſiae Fuldenſis.

- - - Wan der Ervvirdige HEINRICH Apt zu Folde, der Romiſchen Keiſerinne Erzcanceler, unſer lieber Fürſte und Hofgeſinde, Euvch ſeynes Fürſtentums, Gutes, Lande, Levvte, und ſeiner Eren glavvbet hat etc.

In CODICE DIPLOMAT. NORIMBERG. p. 380. Caroli IV Diplomati ſubſcribit Henricus Abbas Fuldenſis, Sereniſſimae Annae Roman. Imperatricis Archicancellarius.

SCHANNAT, ibid. pag. 292.

Sigismundi, Praeceptum Sigismundi Rom. Regis, quo Dicaſterium aulicum Abbatibus Fuldenſibus ab antiquo competens iterato confirmat.

- - - - Wan uns nu der Ervvirdige IOHANS Abt zu Fulde der Romiſchen Kungynn Ertzcantzler, unſer Furſte und lieber Andechtiger fürbracht hat mit Clage etc.

IBIDEM p. 303.

Friderici III. Praeceptum Friderici III Rom. Regis, quo Abbatis Fuldenſis Iura et Libertates confirmat iuxta mentem Praedeceſſorum ſuorum.

Wann uns nu der Ervvirdige HERMAN Apt zu Fulde, der Romiſche Koniginne Ertz-Kantzler, unſer Furſte uud lieber andachtiger vorbracht hat mit Klage etc.

IBIDEM

IBIDEM p. 305. CLXXXI.

Inueſtitura Regalium Reinhardo Abbati Fuldenſi a Caeſare conceſſa.

Wir Friederich von Gotes Gnaden Romiſcher Keyſer - - - - Wan uns nu der Ervvirdige REINHART Abbte des Stifftes, Gotzhus, und Cloſters zu Fulde, unſer lieben gemahlen LEONORA, der Romiſchen Keyſerinn Ertzcantzler, unſer Furſt und lieber Andechtiger etc.

IBIDEM p. 330.

Praeceptum Maximiliani Rom. Regis quo uetat ſubditos Eccleſiae Fuldenſis citari coram Dicaſterio prouinciali Epiſcopi Herbipolenſis.

Wir Maximilian von Gots Gnaden Romiſcher Konig - - - - Vns hat der Ervvirdige unſer, und des Reichs Fürſt, unſer lieben Gemahlin der Romiſcher Konigin Ertz-Cantzlar, und lieber Andechtiger Iohannes Abt des Stiffts zu Fulde, fürbracht etc. Maximiliani I.

Abbatis ipſius formula: Wir Iohannes von Gottes Gnaden Ervvehlter und beſtättigter Abt des Stiffts Fulde, Römiſcher Kayſerin Ertz-Cantzlar, durch Germanien und Gallien Primas, Graff und Herr zu Henneberg. In literis inueſtiturae A. 1534. Liberis Baronibus de Goeriz conceſſis. Titulus Archi-Cancellarii in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii frequentius uſurpatur inde ab a. 1559. Addat. VLRICH. Diſſertat. cit. pag. 64. in Receſſibus Imperii.

SCHANNAT. ib. p. 367.

Laurentii Truchſeſſii Decani Moguntinenſis Literae ſuper eadem compoſitione.

Wir Carl der Funfft von Gottes Gnaden ervvelter Römiſcher Kayſer etc. - - - - - - - - - - in literis Caroli V Imp.

Wir haben etzlicher Irrung und Spenn halber, ſo ſich zvviſchen dem Ervvürdigen unſern und des Reichs Fürſten eyner Romiſchen Kayſerin Ertz-Cantzlar und lieben andächtigen Hartman Abt des Stiefts zu Fulda eins etc.

IBIDEM

§. CLXXXI. IBIDEM p. 368.

Litterae Wilhelmi, Epiſcopi Argentinenſis ſuper negotio eodem.

Wilhelmi, epiſc. Argentor. Wir Wilhelm von Gottes Gnaden Biſchoue zu Straſsburgk - - - - als ſich zvviſchen dem Ervvürdigen in Gott Vatter unſern beſondern Freund Herrn Hartman Abbt des Stiefts zu Fulde, vveyland Römiſcher Kayſſerin Ertz-Cantzlar an eynem etc.

IBIDEM p. 372.

Litterae Abbatis, ac Capituli Fuldenſis, ad Leonem IX ſummum Pontificem, quibus eum de concordia inter ſe inita certiorem reddunt.

Hartmanni, Abbatis Fuldenſ. Sanctiſſimo Patri et Domino, Domino LEONI Sacroſanctae Romanae, et Vniuerſalis Eccleſiae ſummo Pontifici, Domino ſuo clementiſſimo, Hartmannus ex Burggrauiis de Kirchberg, Abbas, Diuae Auguſtae Archicancellarius, et Abbatum Ordinis Sancti Benedicti per Germaniam et Galliam Primas, Sacri Romani Imperii Princeps.

IBIDEM p. 432.

Rudolfi Caeſaris mandatum ad Ordines Buchoniae uniuerſos in cauſa praecedenti.

Rudolphi II Imp. Wir Rudolf der andere von Gottes Gnaden entbieten - - - - vvelcher maſſen Wir ſeiner Lbd. auf ergangenem End-Vrtheil, in Sachen die Entſetzung des Stiefts Fulda und dabey verloffene Thätlichkeit betreffend, Commiſſion und Befelch aufgetragen, den Ehrvvürdigen unſeren und des Reichs Fürſten und lieben andechtigen Balthaſarn Abbten des Stieffts Fulda, unſerer freundlichen geliebten Frau Mutter der Röm. Keyſerin Ertz-Cantzlern, die Poſſeſſion berührtes Stieffts Fulda vviederum einzunehmen etc.

IBIDEM p. 433.

Eiusdem Caeſaris reſcriptum alterum ad Maximilianum Fratrem in cauſa praecedenti.

Welcher geſtalt vvir nach fleiſſiger Erſehung und Ervvegung aller deren einkommenen Acta und Proceſs in Sachen des Ehrvvür-

vvürdigen unſers und des Reichs Fürſten und lieben Andächtigen Balthaſar Abbten des Stieffts Fulda, unſer freundlichen geliebten Frau Mutter der Römiſchen Kayſerin Ertz-Cantzlern Lbd. an einem etc. §. CLXXXI.

In Coronatione ANNAE Imperatoris Mathiae Coniugis A. 1612 Abbas Fuldenſis per legatum interfuit. Vid. GOLDASTI Politiſche Reichs-Händel. Part. I cap. 13.

SCHANNAT. ib. p. 440.

Ferdinandi III Imperatoris Mandatum inhibitorium. *Ferdinandi III.*

Vns hat der Ehrvvürdige unſer und des Reichs Fürſt und lieber Andächtiger Ioachim Abbt des Stiefts Fulda, unſer freundlich geliebten Gemahlin der Römiſchen Kayſerin Ertz-Cantzlar, allerunterthänigſt clagend zu erkennen geben etc.

Extract aus dem Chur-Maintziſchen Protocoll a. 1639 in coronatione reginae: An ſtatt des Herrn Abten zu Fulda, als der Röm. Kayſerin Ertz-Cantzlars hat hinter Chur-Cöllen der Königin zur lincken Hand ſtehend in ſeinem geiſtlichen Habit infulirt, der Abt von Murbach uffgevvartet, vvelcher ſo offt von Chur-Cölln der Königin die Cron abgehoben vvorden, ſelbige auff ein in Händen gehabtes Küſſen empfangen, und alſo an Seiten darmit ſtehen verblieben. Vnd iſt ausdrücklich bedingt vvorden, daſs dieſe des Abts Bedienung dem Stifft Fulda an ſeinen dieſsfals habenden Rechten, keines Weges praeiudiciren ſolle. Inaugurationi MARIAE ELEONORAE, Ferdinandi III uxoris, A. 1653 adfuit ipſe Abbas Ioachimus. *Fuldenſis uices gerit Abb. Murbac.*

SCHANNAT. p. 444.

Decretum Leopoldi Caeſaris in ipſo ſolemni coronationis actu editum in fauorem Abbatis Fuldenſis qua Imperatricis Archi-Cancellarii.

Wir LEOPOLD von Gottes Gnaden ervvählter Römiſcher Kayſer zu allen Zeiten Mehrer deſs Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böheim, Dalmatien, Croatien und Sclavonien König, Ertz-Herzog zu Oeſterreich, Hertzog zu Burgund, Steuer, Kärnten, Crain *Leopoldus Imp. Abbatis Fuld. iura in Augustae conſecratione conſeruat.*

§. CLXXXI. Crain und Würtenberg, Graf zu Tyrol etc. Vhrkunden und fügen hiemit zu vviſſen allermeneglich, nachdem ſich bey der vor vvenig Tägen allhier in unſerer und des Heil. Reichs Stadt Augſpurg vollbrachter Kayſerlicher Crönung unſerer freundlichen geliebten Gemahlin der Durchleuchtigſten Fürſtin, Frauen ELEONORAE, MAGDALENAE, THERESIAE Römiſchen Kayſerin in Germanien, zu Hungarn, Böheimb, Dalmatien, Croatien, Sclauonien etc. Königin, Ertz-Hertzogin zu Oeſterreich, gebohrnen Pfaltzgräſſin bey Rhein, und Ertz-Hertzogin in Bayeren, zugetragen, daſs der Ehrvvürdige, Vnſer und des Reichs Fürſt und lieber andächtiger PLACIDVS Abbt zu Fulda Hochgedachter unſer freundlich geliebten Gemahlen, der Römiſchen Kayſerin Ertz-Cantzlar, Krafft des von Vnſerem Vorfahren am Reich Kayſer CARL dem Vierdten glorvvürdigſten Andenckens vveyland Heinrichen Abbten und Fürſten des Stieffts Fulda, und deſſen Nachfolgern am Stiefft Anno dreyzehen hundert und ſechs und fünffzig ertheilten ſpecial Priuilegii, und darüber ausgefertigten Diplomatis praetendirt, daſs einem zeitlichen Abbten zu Fulda bey jedervveiliche Crönung einer Römiſchen Kayſerin, oder vvo ſelbige in Kayſerl. Ornat offentlich erſcheinet, gebühre die Crone von Dero Haupt, ſo offt es die Nothdurfft der Gevvohnheit erfordert, allein abzunehmen, zu halten und vvieder auffzuſetzen.

Seiner Andacht Vorfahren am Stiefft Fulda auch ſo offt ſelbige dabey in Perſohn erſchienen in deſſen ruhiger Poſſeſſion ohnbeeinträchtigt gelaſſen vvorden ſeyn, mithin Ihro ſolches auch bey dieſem Crönungs-Actu und Solennität allein zu verrichten, zukomme! Deme aber die beyde anvveſende Churfürſten zu Trier und Cöllen contradicirt, und hierin fals für ſich einige Befugnus behaupten vvollen; und nun dieſes in der Eyl gebührend zu erörtteren und zu entſcheiden die Zeit zu kurtz gefallen; dannenhero vvir gnädigiſt verordnet, daſs für dieſmal gedachter beyder Churfürſten zu Trier und Cöllen Liebd. dieſe Function zvvar verrichten, ſolches aber dem Stiefft Fulda und deſſen Vorfahren vveder itzo noch künfftig zu keinem Nachtheil, Praejudiz oder ſchädlichen Conſequenz gereichen, noch allegirt vverden ſolte; vvelches dann auch anfangs ernannten Abbtens Andachten zvvaren aus unterthänigſtem Reſpect, und umb den Crönungs-Actum dadurch

nicht

nicht auffzuhalten, idoch mit geziemender feyerlicher Proteſtation §. CLXXXI.
und Vervvahrung ſeines Rechtens geſchehen laſſen: Als haben vvir auf mehr gedacht Sr. And. demüthigſtes Anſuchen darüber gegenvvärtiges Atteſtatum ausfertigen laſſen, atteſtiren und erklären auch hiemit vviſſentlich, und krafft dieſes Briefs, das vvas vvir obgedachter maaſſen für diſsmahlen verordenet, und obernante beyde Churfürſten mit Abnehm-Halt- und Wieder Auffſetzung der Kayſerlichen Crone bey dieſer Function an ſtatt des Abbtens verrichtet haben, mit dem austrücklichen Vorbehalt geſchehen, daſs ſolches zu keiner Conſequenz jemahlen angezogen vverden, noch dem Abbten und dem Stiefft Fulda an ſeinen habenden Rechten und Verfugnuſſen, vvelche und in ſpecie obervvehnte von unſeren glorvvürdigſten Vorfahren CAROLO IV auf Sr. And. und Dero Succeſſores am Stiefft deriuirte und dem Verlaut nach ohne Vnterbruch genoſſene Priuilegia vvir aus gutem Recht, rechtem Wieſſen und Kayſerlicher Macht, Vollkommenheit vielmehr allergnädigſt confirmiren und beſtättigen als im geringſten davon ichtvvas zu entziehen, oder zu benehmen gemeint ſeye auf einigerley Weiſs praeiudicirlich ſeyn ſolle.

Vrkund dieſes Briefs beſigelt mit unſerm hervor gedrückten Keyſerl. Secret-Inſiegel, ſo geſchehen in unſerer und des H. Reichs Stadt Augſpurg den erſten Februarii anno ſechszehnhundert und neuntzig unſer Reiche des Röm. im zvvey und dreyſigſten des Hungariſchen im fünf und dreyſigſten und des Böhmiſchen in dem vier und dreyſigſten.

LEOPOLD

Vt. Leopold Wilhelm Graf von Kö- nigsegg.	Ad Mandatum Sac. Caeſ. Maieſtatis proprium C. F. Consbruch.

 IBIDEM

Digitized by Google

§. CLXXXII. IBIDEM p. 445.

Caroli VI Imp. Confirmatio Priuilegiorum Eccleſiae Fuldenſi conceſſa.

Carolus VI Fuldenſis Abbatis priuilegia confirmat. - - - - Bekennen offentlich mit dieſem Brieff und thun kund allermänniglich, daſs uns der Ehrvvürdige unſer und des Reichs Fürſt und lieber Andächtiger Conſtantin Abt des Stiefſts zu Fulda, der Röm. Kayſerin unſerer freundlich geliebten Gemahlin Ertz-Cantzlar zvvey Confirmations-Brieff von - - - - - - in glaubvvürdiger Form vorbringen laſſen.

A. 1742 in Conſecratione MARIAE AMALIAE Auguſtae, D. Caroli VII Coniugis, ipſe munere ſuo functus eſt Abbas Amandus. Vid. Crönungs Diarium huius Imperatricis.

§. CLXXXIII.

De Wenceslai Imp. uxoribus. Wenceslaus Imperator duas habuit coniuges, prima erat Iohanna, Alberti, Ducis Bauariae Straubingenſis; altera Sophia, Iohannis, Ducis Bauariae Monachenſis, filia. LAMBECIVS Lib. II Commentar. Biblioth. Caeſar. pag. 751 deſcribit Biblia ſacra ueteris teſtamenti Germanice in membrana tribus uoluminibus exarata, quod opus inchoatum fuit auſpicio et ſumtibus WENCESLAI, Imperatoris Romanorum et Regis Bohemiae, uti apparet ex prooemii in Geneſin ultimis hiſce uerſibus:

Wer nu dieſer Schrifte hort
Wil leſen und ir ſuzen wort,
Der ſchol nu dancken dem vrumen,
Von dem dicz geſtift iſt kumen
Dem Hochgebornen Kunig WENCZLAV vein
Vnd der Durchluchtigiſten Kuniginne ſein.
Den dicz durch Gotis wirdikeit
Frumet aller Criſtenheit.
Got gebe in dorumbe czu lone
Des edeln Himelriches crone.

Eiusdem rei confirmandae cauſa cernitur ibidem intra primam iam memorati Prooemii literam D. Imp. Wenceslaus cum Coniuge ſua Sophia,

Digitized by Google

Sophia, inſignibus regiis ornatus, thronoque inſidens, quemadmodum ex accuratiſſimo apographo, e regione ibidem inſecto, uidere eſt. §. CLXXXIII.

§. CLXXXIII.

Rupertus Imperator uitae ſociam aſſumſit Eliſabetam, Friderici Burggrauii Norimbergenſis filiam. Illius memoriam renouant literae, quas uocant credentiales, quibus legatos ſuos ad Bonifac. Pontif. inſtruxit. Siſtunt Albertum protonotarium Ruperti Imper. qui ſi a cancellario haud diuerſus fuit, apud MALLINKROT. nomen non eſt profeſſus. uid. MARTENE* theſ. anecdot. T. I p. 1681. Eliſabethae, Ruperti Imp. coniugis epiſtola ad Pontif. R. Bonifacium.

ELIZABETH reginae Romanorum Sanctiſſimo in CHRISTO patri ac domino domino BONIFACIO etc.

Se ad eius uota omnino paratam aſſerit.

Beatiſſime Pater ac domine, cum humili mei recommendatione ac debita obedientia pedum oſcula beatorum. An. 1401.

Litteras Sanctitatis Veſtrae mihi per dilectum magiſtrum Albertum prothonotarium illuſtriſſimi principis domini RVPERTI Romanorum regis conthoralis noſtri cariſſimi, nedum reuerenter quam deuote ſuſcepi praeſentatas, ipſarumque exhortationem paternam ac relata dicti magiſtri Alberti intellexi, et ad ea prono ſtudio offero deuote paratam, ſuper quibus reuerendo patri magiſtro CONRARDO DE SOLTAW epiſcopo Verdenſi conſiliario, ac honorabili Nicolao *Buman* prothonotario et ſecretario, ac ambaſſiatoribus dicti conſortis noſtri ad Veſtrae Sanctitatis praeſentiam ex nunc tranſeuntibus commiſi quaedam eidem Veſtrae Sanctitati referenda, quorum relatibus eadem Veſtra Sanctitas, ſupplico humiliter, adhibere dignetur credentiae plenam fidem, cuius perſonam Omnipotens conſeruare et dirigere dignetur feliciter in longaeuum ad regimen Eccleſiae ſuae Sacro-Sanctae.

Datum, etc. *ut ſupra.*

Sanctitatis ueſtrae deuota filia,
Elizabeth regina, etc.

§. CLX-XXIIII.

§. CLXXXIIII.

Barbarae, Sigiſmundi Imp. uxoris, mandatum ad ciues Crempnicenſes directum.

Barbara, Hermanni Comitis Ciliae filia, Sigiſmundi Imperatoris coniux altera (prior enim erat Maria, filia Ludouici, Regis Hungariae et Poloniae,) nomen multo ſcelere contaminatum poſteris tradidit. Nolumus noxas, ab inſtituto noſtro alienas, in mentem reuocare. Forſan poſt aliquot ſaeculorum decurſum erunt, qui ipſius elogia ſcribant. Nos eam nunc praeterire non poſſumus, quia diploma autographon illius iuſſu confectum ad manus noſtras peruenit, quod iam Cap. I commemorauimus.

Ex Autographo,
:Commiſſio propria domine regine.

Barbara Imperatrix mandat, ut ciues Crempnicenſes nomina, quibus Matthiae Ebnero * obſtringuntur, expungant.

Barbara Dei gracia Romanorum ac Hungar. etc. Regina fidelibus noſtris Iudici et Iuratis ciuibus Ciuitatis noſtre Crempnitz uocate Salutem et graciam. Veniens noſtre Celſitudinis in conſpectum fidelis noſter prouidus uir Mathias dictus Ebner conciuis ueſter nobis ſua ſignificatione patefecit queruloſa, quod forent nonnulli ex ueſtris conciuibus in medio ueſtri reſidentibus, qui ſibi certis debitis et pecuniarum quantitatibus eſſent debitores, qui eidem huiusmodi debita crebro ab ipſis repetenti perſoluere et ſibi de eisdem ſatisfacere non curauiſſent neque curarent de preſenti in ſuum preiudicium atque dampnum ſatis magnum. Et quia ordo ſuadet equitatis ut quilibet id quod ſuum eſt, licite repetere poſſit atque debeat rehabere; Ideo fidelitati ueſtre firmiter et diſtricte precipiendo mandamus aliter habere nullatenus uolentes quatenus mox habita preſencium noticia dum prefatum Mathiam Ebner aut homines ipſius preſencium uidelicet exhibitores fuerint harum ſerie requiſiti extunc ſibi aut eisdem ex parte uniuerſorum et ſingulorum talium con-

* Matthaeus Ebnerus tum erat Crempnicii comes Vrburarum et monetarum. Vrbura autem Hungaris ius regium in fodinis aureis, aliisque, dicitur, prouti teſtimonia in du FRESNE Gloſſ. h. u. declarant. Matthaeus iſte coniugem ſibi legebat Barbaram, ex gente Drusliorum uel Denzliorum, cuius arma lunam caeruleam cum alba cruce prae ſe ferunt. Reuertit deinde Ebnerus in ciuitatem patriam Noricam, ubi Senatui adſcriptus res ſuas praeclare egit, gentique ſuae uiris toga ſagoque illuſtribus fulgenti ſingulare decus conciliauit.

Digitized by Google

conciuium ueſtrorum quos ipſe ſeu iidem uobis nominauerint ſeu §. CLX-
dixerint nominandos, ſuper uniuerſis debitis quibus eosdem conci- XXV.
ues ueſtros ſibi dixerint ſeu allegauerint fore debitores, iuxta ipſius CLXX-
aut hominum ſuorum legitimas comprobaciones ſeruatis de iure ſer- XVI.
uandis meri Iuris et Iuſticie atque indilate ſatisfactionis integritate taliter et adeo impendere debeatis et exhibere, ne idem Mathias racione preuia de cetero noſtre urgeatur querulari Serenitati Et aliud facere non auſuri Preſentes quoque prolectas ſemper reddi iubemus preſentanti. Datum in Zenthgyvvrgh terre ſeu prouincie Siculorum feria ſecunda proxima poſt Dominicam Quaſimodogeniti Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo uigeſimo ſeptimo.

CAP. VII

DE DIPLOMATIBVS AVGVSTARVM PERIODI AVSTRIACAE.

§. CLXXXV.

ALberti II uxor Eliſabetha, Sigismundi Imperatoris filia, annali- Eliſabetha,
bus notior quam libellis. Cel. KOELER in delic. numor. Alberti II
P. II p. 447 deſcribit numum, a Iudaeo quodam Pragenſi coniux.
fictum, cuius in parte priore legitur: IMP. CAES. ALBERTVS PI. FE. AVG. REX GER. HVN. BOH. in altera: ELISABETA ALBERTI II ROM. IMP. CONIVNX.

§. CLXXXVI.

Fridericus III cum Eleonora, Eduardi Luſitaniae regis filia, Eleonora,
matrimonium iniit. Acta deſponſationis literis mandauit NICOL. Friderici
LANCKMANNVS de Valckenſtain, qui ſocius erat legationis; uid. III Imp.
FREHERI Script. rer. Germ. T. II. Huic Lanckmanno Impera- uxor Au-
trix poſtea Aulae Capellani dignitatem impertiuit; Ita enim habent laecapella-
literae Eleonorae apud PETZ. ſcript. Rer. Auſtriac. Tom. II num con-
pag. 607 et 608. ſtituit,

Wir

Digitized by Google

§. CLXXVI. Wir Leonor von Gottes Genaden Römiſche Kayſerin, zu allen Zeiten Mererin des Reichs, zu Hungern, Dalmacien, Croatien etc. Königin, Herczogin zu Oeſterreich, zu Steyr zu Kerenden und zu Krain etc. bekennen, vvie vvoll Wir von angeborner Mildigkait Vnſern Vnterdanen und getrevven Vnſere Kayſerliche genad und fuedrung zetuen und mit zetaillen geneyget ſein; yedoch ſo ſein Wir den durch Vnſer Zuenaygung vvillen Vnſers gemuets, nach vvilliger erkantnuſs nach mer genayget, dye mit Tugenten und guetten Sitten für ander erſcheinen, und ſich gen Vnſs mit ſtetten und fleiſſigen Dienſten vndertaniglichen erczaigen, di da engegen mit gunſtlichen fuedrung genediglich fürzeſehen und zu bedengken. Haben Wir angeſehen ſolich Eberkait, Frumkait und Vernunfft, ſo der Erber uns getrevver, lieber, Andachtiger Niclaſs Langkman von Valckhenſtain an Ihm hat: auch dy getrevven und nuzpern Dünſt, damit Er ſich, alſs Er von dem Allerdurchleichtigſten Fürſten und Herrn Herrn Fridreich Römiſchen Kayſer, zu allen Zeiten Merer des Reichſs, zu Hungern, Dalmatien etc. König, Herczog zu Oſterreich und zu Steir etc. Vnſern Genedigen Herrn und lieben Gemahel, ee Wir durch ſchickhung des Allmechtigen Gotſs mit der heilligen Ee zu einander verpflichtet, von hyn in Eingan Portugall in Vnſere Erbliche Lande zu dem Durchleichtigiſten Alfonſen Künig daſelbſs zu Portugall und Algarbi etc. Vnſern lieben Brueder und Vnſs geſchickt vvard, daſelbs in Portugall, zu Ceppt in Africa, und in Waliſchen Landen, auch hyevar zu Lande in Vnſern Kayſerlichen Hoffe, von derſelben Zeit Vnſer Kayſerlichen Crönung Vncz her trevvlich und unverdroſſenlich bevveyſet und erczaiget hat, und hinfür thuen ſol und mag. Vnd haben In dadurch, und auſs aygner bevvegnuſs zu Vnſern Hoff-Caplan und Dyener aufgenamen, und mit aller ſeyner Hab und Guet, mit ſambt ſeinen Gotsgaben, ſo Er yczo hat, und hinfür gevvynnet, auch yeren Levvtten, ſtukhen und güettern in Vnſer ſunder genad, ſchutz und Schern empfangen: Nemen und empfhahen auch vviſſenlich in Krafft des Brieffs, in ſolcher Maſs, daſs der benant Niclaſs nu hinfür alle dy Recht, genad und freyhait haben, und der genyeſſen und gepræuchen ſol und mag, dye ander

eumque priuilegiis ornat. Vnſer Hoff-Capplan und Dyener haben, und der na Rechtens oder gevvanhayt vvegen gepræuchent und genyeſſent. Wir mayn und

und vvellen auch, daſs Er und dy bemelten Levvtt, ſtuckh und güetter, ſo zu den obgemelten ſeynen Gotsgaben, dye Er yeczund hat, oder hinfür gevvynnet, gehören, in vnbillich Wege und vvider Recht nicht beſchvveret, nach in kaynen vvege gedrungen, ſondern bey den vargenanten Vnſern genaden, Freyheiten, Rechten und guetten gevvanhaitten gehalten vverden, vngeverlich. Dauon ſo begeren Wir an all und ychlich Fürſten Geiſtlich und Weltlich, Havvbt-Levvtte, Lant-Marſchalichen, Grauen, Freyen-Herrn, Ritter und Knechten, Stathalter, Anvveld, Vervveſer, Hueb-Maiſter, Pfleger, Burgraven, Burgermaiſter, Richter, Rätte, Burger, Gemayn, und all ander des benanten Vnſers lieben Herrn und Gemahelſs, Vnſer, und des Heylligen Reichſs: auch Vnſer bayder Eriblichen Lande, Fürſtentumb, Herſchefft, und gepiette Ambt-Levvten, Vndertan und getrevven, in vvas vveſen, ſtantt, Eeren und Wirdigkait dye ſein, gegenvvurtig und kunfftig, den der Brieff zaygt vvurdet, mit ganzen Fleiſs ernſtlichen bittende, daſs ſy den obgenanten Niclaſen Langkman bey diſen Vnſeren genaden ſchutz und ſcherm halten, und da vvyder Recht nicht dringen, bekumeren, nach beſvveren, nach des yemants anderen ze thuen geſtatten in chain vveyſe, ſunder In beruеblich gepravvchen und genyeſſen laſſen: Im auch gevvalts und Vnrechtſs vor ſein, vncz an Vnſs und von Vnſern vvegen, gunſt, hilff, Ratt und fuedrung in ſein ſachen, vvo dy an ſy gelangen, bevveyſen, Vnſer Kayſerlichen Maieſtät zu Eren. Daran tuen ſy Vnſs beſunder Dangktnäm und guett vvollgevallen, daſs Wir gegen In in ſunderen genaden erkennen, und zu guett nicht vergeſſen vvellen. Mit Vrkund diſs Brieffs, beſigelt mit Vnſern Kayſerlichen anhangenden Inſigil. §. CLXXXVI.

Geben zu der Nevvnſtatt an Vnſer lieben Fravvntag Viſitationis nach Criſti gepurd Vierczehen Hundert und inn Vier und Sechczigiſten, Vnſers Kayſertumbs in dem Dreyzehenden Iaren.

Apud eumdem PETZIVM c. l. p. 569 exhibetur itidem hiſtoria deſponſationis et coronationis Friderici III et coniugis ipſius Eleonorae, auctore Nicolao Lankmano de Valckenſtein.

§. CLXXXVII. 2. de Eleonorae nummo quodam

Cel. KOELER. cit. loc. Tom. I p. 89 ſqq. ſponſalia et nuptias Eleonorae uberius explicat, atque numum huius Auguſtae commentitium his uerbis depingit: Die erſte Seite ſtellet die Kayſerin Eleonora in Majeſtaetiſcher Geſtalt vor, nemlich ſitzend auf einem Thron mit der Krone auf dem Haupte, und den Scepter in der rechten und den Reichs-Apfel in der lincken Hand haltend. Auf dem Rande ſtehet dieſer Titul: LEONORA. FILIA. EDVARDI. REG.-is. PORTVGAL. liae. FRID. erici III. IMPER. atoris. VXOR. d. i. Leonora Eduards, K. in Portugall Tochter, und Kayſer Friedrichs III. Gemahlin. Auf der andern Seite iſt eine groſſe vollblätterigte Roſe abgebildet mit der gedoppelten Randſchrifft: VT. ROSA. FLORES. SPLENDORE. CORVSCO. PRAEFVLGET. SIC. LEONORA. VIRTVTVM. AMATO. CHORO. PRAESTAT.

et dote.

Dotem Eleonorae indicat AENEAS SYLVIVS in hiſt. Friderici III pag. 39: *contractum eſt matrimonium conuentumque, uti Portugallenſes Caeſaream ſponſam ſuis nauibus ad portum Latinum, quem Caeſar intra Piſas et Neapolin nominaret, ad Kal. Nouembr. proximas regio apparatu conducerent, ibi eam uel Caeſar, uel qui ab eo eſſent miſſi, ſuſciperent, dotis nomine nummorum ſexaginta millia promiſſa.*

§. CLXXXVII.

Eleonorae Aug. epiſtolae, quibus ciuitatibus imperii partum ſuum annunciat.

Quem iam aliquoties Auguſtarum morem natales filiorum nunciandi commemorauimus, eumdem et Eleonora ſeruauit. Diſcimus id ex epiſtolis ad ciuitatem Auguſtanam et Argentinenſem ſcriptis. uid. FVGGERS Spiegel der Ehren des Ertz-Hauſes Oeſterreich. pag. 659.

Leonora von Gottes genaden Röm. Kayſerin, zu allen Zeitten Mehrerin des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien und Croatien etc. Künigin, Herzogin zu Oeſterreich und Steyr.

Erſamen Lieben getreuen, Durch die manigfaltige güete deſs Allmechtigen Gottes, ſeündt vvür auf den H. gueten Donnerſtag, unnſers erſtgebornnen Soneſs, vvelcher hernach auf den H. Oſtertag, den H. Tauf empfangen, und Herr Maximilianus genandt vvorden, zu der Neüenſtatt mit der gebehrung glücklich und fröl-lich

Digitized by Google

lich entbunden vvorden. Vnnd ſeitem allen vvür und unſer Soh- §. CLXXXVII.
ne, von den genaden des Allmechtigen Gottes, in dankhgenemmer Geſundheit ſeündt, vvolten vvür Euer Lieb ſolche unſer glickſeelige gebehrung nicht unverkhündet laſſen, in ungezvveifelter Hofnung, Nachdem vnnſer geliebſter Herr und Gemahel der Röm. Kayſer, und auch vvür, vor andern Stötten deſs Reichs, unnſer beſonnders Verthrauen zu euch haben, Ihr vverden mit unnſs an dem unnd andern, ſo unſs ſonſt zu gutem glückſeeligen Weeſen zu ſtuende, herrliche Freude und vvollgefallen haben.

Geben zu der Neuenſtatt, an dem Oſtertag, Anno Domini etc. Quinquageſimo Nono, Unnſers Kayſerthumbs in dem Achten Iahr.

Ad mandatum Dnae Imperatricis proprium, Panthaleon Ruef Vice Cancellarius.

IBIDEM pag. 743.

Leonora von Gottes genaden Römiſche Kayſerinn, zu allen Zeitten Mehrerin des Reichs, zu Hungarn, Dalmatien, Croatien etc. Künigin, Ertzherzogin zu Oeſterreich und zu Steier. 2.

Erſamen lieben gethreuen, durch die mannigfaltig giete des Allmächtigen Gottes, ſein vvür heut auf Sambſtag St. Laurentzen Abent, der gebehrung unnſers Sohnſs, genandt Iohannes glickſeelig und frölich entbunden, unnd ſeitemal vvier, unnd derſelb unſer Sohn, von Gnaden des Allmachtigen Gottes in angenember geſundtheit ſein, Wolten vvier Euch ſolches nicht unverkhündt laſſen, in unzvveifentlicher Hoffnung, Ihr habend mit unnſs an dem, und vvas unnſs ſonnſt zu guetem glückſeel. Weſen zueſtüende, freyde unnd vvollgefallen.

Geben zu der Neuenſtatt, an St. Laurentzen Abendt, Anno Domini Sexageſimo Sexto, Vnnſers Kayſerthumbs im 15 Jahr.

Ad mandatum Dnae Imperatricis proprium Panthaleon Ruef Vice-Cancellarius.

Digitized by Google

Rupert Abbt zu Kempten.

(L. S.)

Daſs gegenvvärtige Proteſtation ihrem Original conform, dem Chur-Mayntziſchen Directorio eingeliefert vvorden ſeye, vvird hiemit durch das Chur-Mayntziſche Cantzley-Secret-Inſiegel confirmiret.

Signat. Augſpurg den 2 Februarii 1692.

(L. S.)

Chur-Mayntziſche Cantzley.

§. CCVII.

Eleonora Augusta uidua Ioſephi Imp. mortem Carolo Regi Sueciae nunciat.

Ioſephus Aug. cui Wilhelmina Amalia, Ioannis Friderici, Ducis Brunſuicenſis filia matrimonio ſociata fuit, acerba morte rebus humanis eripiebatur. Eleonora mater ſuperſtes tam grauem reipublicae iacturam cum proceribus Germaniae, tum Carolo, Regi Sueciae nuntiat, qui uiciſſim literas ad Eleonoram doloris communis plenas exarari iuſſit. uid. VOLLSTÆNDIGES DIARIVM DER WAHL- VND CROENVNGS-SOLENITÆTEN KAYSERS CARLS DES VI. pag 12 ſq.

Prae-

Praeſent. 1 Iunii 1711 Fr. §. CCVII.

ELEONORA.

Omnem dicendi uim ſupergreditur extremus dolor, quo intime transfixae praeſentes ad ſerenitatem ueſtram literas damus acerbiſſimi fati nuncias. Quem enim in hac mortali uita quam diutiſſime nobis futurum ſperabamus ardentiſſimeque optabamus ſuperſtitem Dilectiſſimum nempe Filium Noſtrum Primogenitum, Sereniſſ. Potentiſſ. ac Inuictiſſimum Principem ac Dominum, Dominum JOSEPHVM Electum Romanorum Imperatorem, Eum heri Nobis poſtquam nonum in Diem uariolarum aeſtu laboraſſet, mors inopina et immatura abſtulit, inflicto Maternis praecordiis Noſtris altiſſimo et immedicabili uulnere.

Etſi autem Omnipotentis DEI manum, a quo pendet Vita et Mors, quaeque percutit et ſanat, deuota mente ueneremur, eiusdemque ſanctiſſimae et immotae uoluntati pie acquieſcendum eſſe ſedulo nobiſcum perpendamus. Pro eo tamen, qui inter praefatum Filium noſtrum defunctum et Serenitatem Veſtram interceſſit cognati ſanguinis et ſincerioris Amicitiae nexu, indulgendum Nobis, quin et incumbere arbitratae ſumus, ut communicata cum Serenitate ueſtra triſtitiae Noſtrae Magnitudine et Fraterna eiusdem commiſeratione, leuaminis non nihil caperemus, Perſuaſae ſiquidem omninó ſumus, Serenitatem Veſtram fatali hocce caſu eo ſenſibilius tactum iri, quod et Ipſa amicum amiſerit, quo paucos uel nullos forſitan habuerit ſui amantiores ſtudioſioresque. Cedet uero etiam in non mediocrem ſolatii Noſtri partem, ſi, cum longinqua alterius Filii Noſtri nunc unici Caroli Tertii Hiſpaniarum Regis abſentia Nobis ut Matri ſuae onus imponat, in gubernandis Regnis Hungariae et Bohemiae aliisque Prouinciis Auſtriacis haereditario Jure ad Ipſum deuolutis, Vices eius tantiſper obeundi, occaſiones Nobis complures offeruntur, quibus quanti tum Nos, tum Ille Serenitatis Veſtrae Perſonam et Amicitiam faciamus, quamque adeo diligenter pacatum illius et felicem in propria Regna reditum promouere cupiamus, teſtatum reddere poſſimus. Eas itaque dum praeſtolamur, Serenitati Veſtrae perpetuam incolumitatem animitus uouemus,

 Deum-

§. CCVII. Deumque rogamus, ut eiusdem Conſilia ad Chriſtiani Orbis Bonum dirigere clementer uelit. Viennae 18 April. 1711.

Ad Regem Sueciae.

Reſponſio Regis.

8. Carolus R. Suec. dolorem ex Ioſephi Imp. deceſſu acceptum literis declarat.

Nos Carolus DEI Gratia Suecorum R.

Sereniſſimae ac Potentiſſimae Principi Dominae Eleonorae Magdalenae Thereſiae, Salutem et amicitiae officia quaeuis, Sereniſſima ac Potentiſſima Princeps, Conſanguinea et Soror noſtra chariſſima.

Ex Literis Maieſtatis ueſtrae die 18 Aprilis ad nos datis Viennae, non ſine maximo doloris ſenſu percepimus, Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem Dominum Ioſephum, Electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniae, Hungariae, Bohemiae etc. praematuro fato rebus humanis ereptum eſſe: accidit his mortis Caſus Nobis tanto acerbior, quod per Eundem Chriſtianus orbis ſummi, ob excelſas ac Imperatoriae dignitati pares, quibus exornatus fuerat, uirtutes, Nos uero neceſſitudinis atque ſincerioris amicitiae nexu Nobis coniunctiſſimi Principis iacturam fecerimus, quem equidem, ſi res noſtri uoti fuiſſet, quam diutiſſime bono publico ſuperſtitem fore optaremus, Maieſtati autem Veſtrae hanc orbitatem ac triſte deſiderium dilectiſſimi Filii, quo par eſt affectu, condolemus, atque ut ſupremus rerum humanarum arbiter, Deus, alios eiusmodi funeſtos caſus uel infortunia a Sereniſſima Domo Auſtriaca impoſterum auertere uelit, ex animo uouemus, in perpetuum ſincerae amicitiae documentum accipientes ea omnia, quae Maieſtas Veſtra porro in Literis ſuis de prolixa ſua beneuolentia et prona erga Nos uoluntate teſtificari uoluit. Quam de caeteris diuinae Tutelae commendatam bene ualere iugiter optamus.

Dabantur ad urbem Benderam die quinta Iunii, A. 1711.

Bonus conſanguineus et frater
CAROLVS.
M. G. von Müllern.

Ponti-

Digitized by Google

§. CCVII. 3. Clementis XI P. literae conſolatoriae ad Eleonoram Aug.

Pontifex etiam Romanus Ioſephi obitum luget, matremque moeſtam conſolatur, ac ſpondet, ſe curaturum, ut Carolus, Ioſephi frater, Imperio Romano praeficiatur. uid. ELECTA Juris publici T. III p. 774.

Chariſſimae in Chriſto filiae noſtrae Eleonorae Magdalenae Thereſiae, Hungariae et Bohemiae Reginae Illuſtri, in Romanorum Imperatricem Electae.

Clemens P. S. XI.

Chariſſimae in Chriſto filiae noſtrae ſalulem etc.

Summo cum intimo dolore correptum ac ueluti repentino ac inopinato ictu percuſſum fuit cor noſtrum accepto funeſtiſſimo nuncio deplorandi ſane obitus clarae memoriae Ioſephi Romanorum etc. dum uiueret Regis in Imperatorem Electi, Inclyti Filii Maieſtatis Tuae, ſtatim enim moerentes reſpeximus perturbatiſſimum totius Chriſtiani orbis ſtatum, deinde uero maiori ſolicitudine pericula Catholicae Religionis tanto praeſidio deſtitutae, hoc ipſo prorſus alieno tempore, quo multi acuiſſe iras ſuas atque aduerſus ueram fidem in unum conueniſſe ac conſpiraſſe uidentur, nec uero exiguam moeroris noſtri partem faciebat pro magnitudine paternae noſtrae in Te charitatis commiſeratio tui doloris in tanta iactura, niſi quod uim ac robur tuae uirtutis in ea fortiter perferenda ſuſpeximus ita quod aequam et pronam uoluntatem diuinisque paratam obſequi ac acquieſcere mandatis in ipſo concurſu acerbiſſimi caſus exhibens. Caeterum quando Deo uolente ita contingat, ut ad electionem ſint uertenda Conſilia nos in ea plane ſententia ſumus, de qua, ut credimus, inter nos omnes, qui uere ſentiunt, conuenit, nihil tam expedire uniuerſae Chriſtianae Reipublicae, quam quod Auſtriaca domus, de ea plurimis titulis probe merita, pergat Imperialis Maieſtatis faſtigium tenere, et quod Chariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus, Hiſpaniarum Catholicus et Hungariae et Bohemiae Rex illuſtris, ad eam dignitatem ut eueniat, quo maiori poſſumus ſtudio curabimus, quatenus ille Maiorum ſuorum Inclytae Memoriae Regum et Imperatorum exemplo et ingenitae pietatis inſtinctu ac ſingularis ſuae prudentiae monitu ita temporalia Imperii adminiſtret, ut quae orthodoxae Religionis bonum et ad uerum Dei

cultum

§. CCVIII. cultum pertinent, tale promoueat, et Aduocati S. Matris Eccleſiae munus in ſolenni inauguratione dignitatis et demandandum non minori alacritate ſuſcipiat quam Zelo et fortitudine habeat, Porro quod attinet ad ea jura, quibus ipſa Eccleſia et Apoſtolica ſedes redintegrari uehementer poſtulat, confidimus, teque paternis noſtris permotam officiis et precibus, qua magna tui nominis laude huic cauſae continenter adfuiſti, omnino curaturam et tua authoritate effecturam eſſe, ut, quod defunctus in nobis habuit ac ſerio conſtituit, ſed morte praeuentus, ut res humanae ſunt, efficere non potuit, id actum quam primum compleatur, tum quidem ut eius animae neceſſaria ope conſultum ſit, tum hoc iuſtitiae et pietatis documentum praeludat, felicis ſucceſſoris Imperio, Eiusque capiti coeleſtes benedictiones et cum incolumitate diuturnum regimen et caetera bona quae in terris cum iis, quae in coelis longe maioris pretii expectare poſſunt, conciliet, et haec quidem ſunt uota noſtra feruentibus precibus, quibus apud Aras coram miſericordiarum Pate aeternam pacem defuncti animae precari non ceſſamus. Iuxta ſubinde ſolenni ritu in Pontificio noſtro ſacello publici de more perſoluturi, quod ſupereſt perſuaſum eſſe cupiamus Maieſtati tuae, quod quaecunque a Pontificia noſtra authoritate in animi tui leuamen aut quoquo modo tibi grata congrue praeſtari poterant, et quantum facultas erit paratiſſimum fore Maieſtati tuae. Cui Apoſtolicam benedictionem amantiſſime impertimur.

Datum Romae die 23 Maii 1711. Pontif. noſtri anno XI.

§. CCVIII.

Carolus, R. Hiſpan. Eleonorae Aug. prouinciarum gubernandas committit.

Carolus, Rex Hiſpaniarum, tum abſens matri Eleonorae ſingulari mandato curam prouinciarum gubernandarum detulit, eiusque acta deinceps approbauit. uid. EVROPAEISCHE FAMA CXXX Theil p. 855 ſqq.

Carl der Sechſte etc.

Liebe Getreue. Wir haben gleich damahlen, als uns die betrübte Nachricht von dem Tod weyland unſers freundl. geliebteſten Herrn Brudern des Römiſchen Kayſers, auch zu Hungarn und Böheimb Königl. Maj. und Lbd. kund gemacht worden, unſerer hoch-

hochgeehrtiſt-freundl. geliebteſten Frauen Mutter der verwittib- §. CCVII.
ten Röm. Kayſerin, auch zu Hungarn und Böheimb Königin, Maj. und Lbd. als welche an ſtatt, und im Nahmen unſerer Erb-Königreich, und Länder geführet, die hier in Copia beyliegende Vollmacht zugeſchicket, und Se. Majeſt. und Lbd. um Continuirung ſothanen Regiments erſuchet, welches dieſelbe auch zu unſern allſeitigen und vollkommenen Wohlgefallen fortgeſetzet.

Nachdem nun Wir, bey unſerer glücklichen Ankunfft alles dasjenige, was in Zeit der Abweſenheit reſoluiret, verordnet und expediret worden, wohlgeheiſſen, ratificiret und beſtättiget haben: Als wollen wir Ewer Lbd. und Euch ſolches hiemit gnädigſt bedeuten und anbefehlen, daſs ihr nicht allein die authentice beyliegende Vollmacht, ſondern auch gegenwärtiges Reſcript ad acta publica vermercken, und denen Subalternis intimiren ſollet. Hieran wird vollbracht, etc. etc.

Wien den 1 Febr. 1712.

CARL.

Mandatum.

Nos Carolus III Dei Gratia Rex Caſtellae, Legionis, Arragonum, utriusque Siciliae, Hyeruſalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galleciae, Majoricarum, Hiſpalis, Sardiniae, Cordubae, Corſicae, Murciae, Giennis, Algarbi, Algecirae, Gibraltaris, Inſularum Canariae, nec non Indiarum orientalium et occidentalium, Inſularum, ac Terrae firmae, Maris Oceani etc. Archidux Auſtriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Luxenburgi, Würtenbergae et Teckae, ſuperioris et inferioris Sileſiae, Athenarum et Neopatriae, Princeps Sueuiae, Marchio S. R. Imperii, Burgouiae, Morauiae, ſuperioris et inferioris Luſatiae, Comes Hasppurgi, Flandriae, Tyrolis, Barcinonae, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Roſſilionis et Ceritaniae, Landgrauius Alſatiae, Marchio Oriſtani et Comes Gorceani, Dominus Marchiae Slavoniae, Portus Naonis, Biſcaiae, Molini, Salinarum, Tripolis et Mechliniae etc. Notum teſtatumque facimus uniuerſis delata haud pridem Nobis per luctuoſiſſimam Auguſtae Memoriae Sereniſſimi et Potentiſſimi

Hhh Prin-

§. CCVIII. Principis et Domini Joſephi Romanorum Imperatoris, Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae Regis, Archiducis Auſtriae, Ducis Burgundiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Lucenburgi, ac ſuperioris et inferioris Sileſiae, Würtenbergae et Teckae, Principis Sueuiae, Marchionis Sacri Romani Imperii, Burgouiae, Morauiae, ac Superioris et Inferioris Luſatiae, Comitis Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi et Goritiae, Landgrauii Alſatiae, Domini Marchiae Slavonicae, Portus Naonis et Salinarum, Domini fratris noſtri chariſſimi, mortem haereditaria ſucceſſione relictorum a ſua Maieſtate et Dilectione auitorum Regnorum, Prouinciarumque Auſtriacarum, poſt imploratam diuini Numinis opem, quantum per extremum noſtrum moerorem licuit, ſummo ſi unquam ſtudio omnes Nos ſtatim curas eo intendiſſe, ut et ulteriora, quae ex publica hac calamitate metuenda, forent mala auerterentur, et communi uniuerſorum ad inclytam Domum Noſtram pertinentium, ac nunc ad unos Nos deuolutorum Populorum ſaluti et proſperitati, quam fieri poſſit, optime conſultum eſſet; In animum proinde duximus citra moram tam cum foederatis, aliisque Principibus et Statibus ea, quae decet, et temporis ratio expoſcit, agere, quam res imprimis Hiſpanicas ita ordinare, ut iis illaeſis in Auſtriacas Ditiones quantocius Nos conferre, illarumque gubernacula Ipſi adire ualeamus, ſimul etiam prouidere, ne Nobis iter hoc aggredientibus atque ob longinquitatem et uarios, qui rebus humanis incidere ſolent caſus, ſpe forſan tardius conficientibus, per intercedentem interim diuturniorem abſentiam Noſtram perculſae inopia, orbitate, certoque et praeſenti Rectore deſtitutae Prouinciae aliquid damni patiantur. Neque tamen cogitationi iſti, quamuis maxime Nobis cordi ſit, diu immorari neceſſe habuimus, ſed promptum fuit ſapientiſſimum Dei Opt. Max. nutum ſequi, qui pro ineffabili ſua in Nos benignitate, tenerrimum Sereniſſimae Imperatricis Dominae Genitricis Noſtrae honorandiſſimae, animum mouit, ut mox poſt fata beatiſſimae recordationis Auguſti Domini Fratris Noſtri, poſthabita maternae pietati ſecretioris tranquillioriſque, quam dudum elegerat uniceque dilexerat, uitae dulcedine difficillimam modernis praeſertim periculoſis temporibus tot diuerſarum Nationum Noſtro Nomine regendarum prouinciam in ſe ſuſciperet, donec ipſi adeſſe, aut uices noſtras pro libitu committere poſſemus.

Merito

Merito porro in memoriam reuocauimus, et ſolita mentis noſtrae §. CCVIII.
lance perpendimus, quot ac quantis Nobis argumentis exploratum ſit, quod illis Dominiis ac ſubditis Noſtris, nemo Maieſtate et Dilectione ſua gratior, acceptiorque praefici, nemo noſtro loco accuratius, diligentius et utilius iis praeeſſe, nemo denique maiore amore, fide ac integritate Nos et res noſtras proſequi poſſit, in cuius ideo magis quam ullius alterius religioſa in Deum deuotione, conſummata prudentia et indefeſſa omnium uirium applicatione Nos pariter, et Status ac Subditi Noſtri ſecuri acquieſcere, et quoslibet inde laetos ac felices euentus Nobis haud dubie promittere queamus; his igitur pluribusque aliis urgentiſſimis rationibus perſuaſi, praeprimis debitas pientiſſimae Dominae Parentis Maieſtati et Dilectioni omni, qua par eſt, filiali reuerentia gratias agimus, quod repentinis adeo neceſſitatibus Noſtris ſubuenire, tamque graue aſſumere onus non dubitauerit. Approbamus dein et legitimam declaramus initam ab Illa eo, quo dictum eſt, modo Adminiſtrationem; ratihabemus etiam et confirmamus omnia et ſingula uice noſtra hactenus a Maieſtate ſua ubiuis geſta, non ſecus ac ſi ab initio ſpeciatim mandata aut a Nobis ipſis acta fuiſſent; Eam demum omni, qua poſſimus maxima contentione oramus et obteſtamur, ut et deinceps Nobis Noſtrisque ſubiectis nequaquam deeſſe, ſed pro repoſita in ſe plane ſingulari fiducia coeptum egregie praeclarum opus publico bono continuare uelit. Hunc in finem, ne quid uſpiam dubitationis ſuboriri poſſit, eius praecauendae ſeu euidentius tollendae gratia Maieſtatem et Dilectionem ſuam exerte fecimus, conſtituimus et deputauimus, ac per praeſentes facimus, conſtituimus, et deputamus Noſtram uicariam, et Rectricem quorumque Regnorum, Prouinciarum, Ditionum, et Dominiorum, nullo penitus excepto, quae nobis ex ſucceſſione Diui Ioſephi Caeſaris, Domini Fratris noſtri, obuenerunt et ad Nos ſpectant, ita ut Ipſa Sereniſſima Domina Mater Noſtra habeat Noſtro Nomine et Vice integram eorum omnium et ſingulorum Gubernationem, et adminiſtrationem, ualeatque iuxta Patrias leges et approbatas conſuetudines, libertatibusque rite obſeruatis, in quacunque Regiminis parte pleniſſime agere, gerere, diſponere, quidquid praeuia matura deliberatione ad communem ſalutem et felicitatem pertinere uidebitur. Nominatim tribuimus Maieſtati et Dilectioni ſuae ampliſſimam poteſtatem per-

§.CCVIII ſonas in quibuscunque n uneribus ſeu officiis conſtitutas confirmandi uel iis demiſſis ſeu decedentibus alias ſurrogandi, earumque numerum augendi uel reſtringendi, ſiue officia ipſa ſeu munera commutandi, aut ubi non neceſſaria fuerint, prorſus abolendi, Beneficia Eccleſiaſtica ad Noſtram collationem ſeu praeſentationem aut nominationem ſpectantia, dum aliqua ex his uacare contigerit, Noſtro nomine conferendi, ſeu Perſonas idoneas praeſentandi aut nominandi, ſtatus dictorum Regnorum, Prouinciarum, et Dominiorum conuocandi, iuramenta noſtro nomine recipiendi, precaria et ſubſidia, quoties opus fuerit, ab ipſis petendi et coegendi, ſeu exigi faciendi, ac ad Noſtras publicas neceſſitates impendendi, alias quoque pecunias et reditus Nobis debitos ſeu debendos exigendi et exigi faciendi, ac noſtro nomine recipiendi, et de exactis ac receptis liberationis ſeu ſecuritatis literas expediendi, rationes etiam quorumuis Adminiſtratorum ſeu receptorum cuiuscunque pecuniae aut reditus audiendi, examinandi et concludendi aut audiri, examinari et concludi faciendi, poſſit non minus quoscunque, qui commeriti fuerint, ſiue in corpore, ſiue in aere punire et puniri facere, poenasque commutare, ſeu gratias, remiſſiones, et abolitiones quorumlibet delictorum et criminum quantumuis enormium concedere, praecipue uero quae milite ſiue conſeruando, ſeu ſcribendo, ſiue utendo, ut alias ad Patriarum defenſionem iniuriasue propulſandas quandocunque requirentur, prout e re erit, ordinare et peragere, quae nosmet ipſi faceremus et exerceremus, ac facere et exercere poſſemus, ſi praeſentes eſſemus, perinde ac ſi ſingula uerbis expreſſis his enunciata forent, dum tamen jure uicariae Gubernationis et adminiſtrationis Noſtroque Nomine et loco fiant. Mandamus propterea omnibus et ſingulis cunctorum dictorum noſtrorum Regnorum, Prouinciarum, Ditionum et Dominiorum Dignitatibus, Praefectis, Magiſtratibus, Judiciis, Statibus, Collegiis, Vniuerſitatibus, officiis, militibus, ſubditis et incolis, indeque ubilibet dependentibus mediatis et immediatis, cuiuscunque gradus, ordinis aut conditionis ſint, ſerio et diſtricte, ut honoratiſſimae Dominae Genitrici Noſtrae, uicariaeque a Nobis conſtitutae Rectrici, uelut Nobis ipſis pareant, obediant, aſſiſtant, indignationem caeteroquin Noſtram incurſuri, et pro cuiusque culpa ſeu crimine ſeuere ac ſine uenia a Maieſtate et Dilectione ſua, atque a Nobis coercendi ſeu puniendi, Harum Teſtimonio literarum patentium Manu noſtra ſubſcri-

ſcriptarum et Sigilli Noſtri appenſione, die uigeſima Menſis Iulii, a Natiuitate Chriſti Saluatoris Noſtri ſupra Milleſimum ſeptingenteſimo undecimo, Regnorum noſtrorum Hiſpanicorum octauo, Hungaricorum et Bohemici Primo. §. CCVIII.

CAROLVS

Ad mandatum Sacrae Regiae Catholico-Apoſtolicae Maieſtatis propriae

Andreas F. v. Kurz.

§. CCVIIII.

Inter tam uaria negotia, quae uicario nomine geſſerat Eleonora, praecipue inſtrumentum pacis Hungaris a. 1711 redditae notatu dignum eſt. Exhibetur iſtud in ELECTIS Iuris publici T. III p. 735 et paſſim; Pauca ex eodem decerpenda duximus. Eleonora pacem cum Hungaris facit.

NOS ELEONORA MAGDALENA THERESIA DEI Gratia Roman. Imperatrix Vidua, et Coronata Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, et Sclauoniae Regina, utpote Sereniſſimi et Potentiſſimi Principis, ac Dni CAROLI III DEI Gratia Hiſpaniarum, Indiarumque, nec non Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniaeque etc. Regis, Filii Noſtri dilectiſſimi, nunc unici Mater, et Regnorum Eiusdem pro tempore Rectrix. Notum facimus uniuerſis et ſingulis, ſignanter autem Fidelibus Noſtris Reuerendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis. - - - - - - - - - -
Quod poſteaquam his recenter tranſactis temporibus, Sacratiſſimus quondam Princeps, et Dominus IOSEPHVS Romanorum Imperator, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniaeque etc. Rex, etc. Filius Noſter glorioſae reminiſcentiae deſideratiſſimus, pro ingenita ſua Clementia, et benignitate, qua erga afflictum hocce Regnum Hungariae tot calamitatibus et uiciſſitudinibus exagitatum, plus quam paterno affectu ferebatur, concitatorum inteſtinorum motuum compoſitioni, reſtituendaeque Regno optatae quieti et tranquillitati ſemper et unice intentus. - - - - -
Quia tamen Diuina Prouidentia, Sereniſſimum et Potentiſſimum Principem Dominum CAROLVM Tertium, Hiſpaniarum et Indiarum Regem, praelibati Domini condam IOSEPHI Imperato-

Digitized by Google

§. CCVIIII. ris et regis germanum Fratrem., et Auguſtiſſimae olim Romanorum Imperatoriae, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, etc. Regiae Maieſtatis Domini LEOPOLDI Conſortis Noſtri, beatae reminiſcentiae deſideratiſſimi, Filium noſtrum dilectiſſimum ſuperſtitem, haereditarium uidelicet et immediatum Sacrae Regni Hungariae Coronae, Regnorumque eidem ſubiectorum ſucceſſorem clementiſſime reſeruauit. Cuius moderna in abſentia, usque dum DEO propitio, propria ſua in Perſona adeſſe, et actuale dicti Regni Hungariae, Partiumque ſibi annexarum Regimen capeſſere ualeat, Nos modo fati Filii Noſtri Mater, ac etiam Coronata Regina Hungariae, interea, ſuprafatis Eiusdem Regnis cum Conſilio Hungarico regendis, manus admouimus, et ut primum fieri potuit, inter ſupremos etiam Maternae Compaſſionis moerores, piiſſimarum et ſalutarium in reducenda quiete, et tranquillitate Regni Hungariae Caeſareo Regiarum praelibati condam Filii Noſtri IOSEPHI Intentionum non ignarae, Easdem pro benigna etiam Noſtra in Regnum hoc Hungariae propenſione, omni modo ſecundare cupientes - - - - - quod praenotatos omnes et ſingulos Articulos, in omnibus eorum Punctis et Clauſulis, tam Nos ipſae, ſancte et inuiolabiliter obſeruabimus, quem etiam per alios quosuis, quorum intereſt, uel intererit, cuiuscunque Status et Conditionis ſint, obſeruari faciemus. Ac inſuper eodem in uerbo noſtro et fide publica ſpondemus et appromittimus, praemiſſa omnia, ſumme fatum Sereniſſimum, ac Potentiſſimum Principem Dominum CAROLVM Tertium, Regem Catholicum, et Apoſtolicum, Filium Noſtrum dilectiſſimum, ut primum fieri poterit, Regia ſua Authoritate, et poteſtatis plenitudine, denuo, iterumque benigne ratihabiturum et confirmaturum, ac etiam ſancte et inuiolabiliter obſeruaturum et obſeruari facturum. Harum noſtrarum manus Noſtrae ſubſcriptione, et Reginalis, Rectricisque Sigilli Appreſſione munitarum uigore et Teſtimonio Literarum mediante.

Datum in Ciuitate Vienna Auſtriae, die uigeſima ſexta Menſis Maii, Anno Domini Milleſimo, Septingenteſimo Vndecimo.

Eleonora Magdalena Thereſ.a.

(L. S.)

Comes Nicolaus Illéshàzy.

Ladislaus Hunyady.

§. CCX.

Digitized by Google

§. CCX.

§. CCX.

Prouidit etiam Eleonora peculiari edicto, ne uicini pecoris contagia laederent. Initium et exitum huius ſanctionis ideo exhibemus, quia ex authentico titulum et ſubſcriptionem pleniorem notare potuimus: Eleonorae edictum de pecoris contagione.

Wir Eleonora Magdalena Thereſia, von Gottes gnaden Römiſche Kayſerin, Wittib, deſs Durchläuchtigſt-Groſsmächtigſten Fürſten Herrn Caroli deſs Dritten Königs in Hiſpanien, Hungarn und Böheimb, Ertz-Hertzogens zu Oeſterreich etc. leibliche Mutter, und deren Erb-Königreich-Fürſtenthumben und Landen dermahlige Regentin. Entbieten all- und jeden in dieſem Ertzhertzogthumb Oeſterreich unter der Ennſs befindlichen Städt-Märckt-Dorff- und Grund-Obrigkeiten, Geiſt und Weltlichen, vvas Würdens, Stands, oder Weſens die ſeynd, vvie ingleichen allen Land-Gerichtern, deren Inhabern, Vervvaltern, Pflegern, und Richtern, inſonderheit allen Mauth- und Auffſchlags-Beambten, und denen nechſt denen Hungariſchen Gränitzen gelegenen Herrſchafft- und Obrigkeiten, bevorderiſt aber denen Viechhandlern, Fleiſchhackern, und allen anderen, vver die ſeyn mögen, vvelche in dem Königreich Hungarn Horn-Viech erkauffen, und in das Land Oeſterreich eintreiben vvollen, auch ſonſten jedermänniglich, denen dieſes unſer Patent zu ſehen, zu hören, und zu leſen vorkommet, Unſer Gnad, und geben euch hiemit gnädigſt zu vernehmen: Was Geſtalten die Nieder-Oeſterreichiſche Länder durch die aus dem Königreich Hungarn eingeloffene ſichere Nachrichten, nachdeme ſelbige von der vvegen an denen Lands-Gränitzen gefährlich angedrungenen leydigen Peſt-Seuche gehabten Sorge kaum in etvvas behebt vvorden, vvegen deſs in beſagten Königreich Hungarn entſetzlich eingeriſſenen, und an vielen Orthen nicht anderſt, als durch gäntzlichen Umbſtand alles verhanden gevveſten Viechs nothvvendig geſtillten Umbfalls mehrmahlen in groſſes Nachdencken verfallen etc. etc. Worbey Letzlichen neben andern in vorangezogenen Auffatz heilſam vorgeſehenen Erhalt- und Rettungs-Mittlen, vvelche kürtze vvegen allda auſsgelaſſen, und dahin angevvieſen vvorden, vvir allen insgemein, und jedem inſonderheit allergnädigſt anbefehlen, daſs, ſo bald unter dem Viech ein oder mehr

Stuck

§. CCX. Stuck ſich zu meyderen anfangen, und an ſelbigen einige nachdenckliche Zeichen einer anſetzenden Seuche verſpüret vverden, ein jedvvederer von dem noch geſunden Viech abſondern, und mit den vorgeſchriebenen Mitteln verſehen; da aber ein oder anderes Stuck umbſtehen, daſſelbe nicht in ein Waſſer gevvorffen, ſondern tieff eingegraben, und oben mit Kalch bedecket, mit Erden verſcharret vverden ſolle. Hieran beſchiehet Vnſer allergnädigſter, auch ernſtlicher Will und Meynung, vvornach ſich ein jeder zu richten, und vor ſeinem ſelbſt eigenen Schaden zu hüten vviſſen vvird.

Actum Wien den zvvölfften Monaths-Tag Octobris, im Siebenzehen hundert und Eylfften Jahr.

Frantz Raymund, Graf und Herr von Weltz, Statthalter-Ambts-Vervvalter.	Commiſſio Alte fatae Majeſtatis in Conſilio,
Joſeph Joachim Alexander von Schmidlin, Cantzler.	Johann Georg v. Metzburg. Carl Richard v. Schmidlin.

2. Indicantur eiusdem reſcripta plura.

Multo plura edicta atque reſcripta promulgauit D. Eleonora, uicaria regnorum; inſcriptiones quorumdam hic recenſere ſufficiat, cum praeſertim nonnulla tantum ad cauſſas priuatas pertineant. Suppeditat iſta IO. IACOBVS Eques de WEINGARTEN in Codice Ferdinandeo Leopoldino Ioſephino Carolino pag. 693.

Num. 691.

Anno 1711 den 28 April, Extendirung der Pragmaticae de Anno 1693, vvegen Nehmung der Licenz, bey vorhabender Reiſs auſſer Lands, auf die Königl. Landes Hauptleute in Schleſien.

Num. 692.

Anno 1711 den 27 Iulii, Extendirung des in der Appellations Ordnung, ſub §. 17 enthaltenen beneficii ratione ſummae Appellabilis, auf die Arme von Adel in Schleſien. conf. etiam BRACHVOGEL. Schleſiſche Priuilegia, ſtatuta und Sanctiones pragmat. P. I p. 367; ibid. p. 366 exhibetur ad eumdem diem Kayſerl. Reſcript vvegen zvveyer Wieneriſchen Wechſel-Negotianten in puncto

Digitized by Google

punčto debiti contra zvvey Breslauiſchen Handlungs- Conſorten und daſs dergleichen debitoribus keine Aſyla zu ſtatten kommen können. §. CCX.

Num. 693.

Anno 1711 den 11 Septembris, Kayſerl. Declaratoria, an die Königl. Appellation, in vvelchen Criminal-Caſibus die zvvey Fürſtenthümer Oppeln und Rattibor von derſelben ſich belehrnen ſoll.

Num. 694.

Anno 1711 den 14 Septembris, Kayſerl. Reſolution, daſs die Burgermeiſter in denen Weichbild-Städten in Fürſtenthum Lignitz, bey angeſonnener Verreiſung, die Licentz hierzu von der daſelbſtigen Regierung, hingegen die Rathmanne, von denen Burgermeiſtern nehmen ſollen.

Num. 695.

Anno 1711 den 22 Septembris, Kayſerl. Reſolution, an den Breſslauiſchen Magiſtrat, vvegen Abſtrickung deren Vmzügen in allen Proceſſibus.

Num. 696.

Anno 1711 den 16 Octobris, Kayſerliche Reſolution, an das Königl. Ober-Amt in Schleſien, daſs kein Cloſter allda ſelbſten von einen Pohlniſchen Prouincialen, ohne allergnädigſten Conſens ſich viſitiren laſſen.

Num. 697.

Anno 1711 den 20 Octobris, Kayſerliche Reſolution, daſs künfftighin in Schleſien alle zum Druck beförderte geiſtliche Schrifften, von der Breſslauiſchen Leopoldiniſchen Vniuerſität, die Politiſchen aber durch die Ober- und andere Fiſcales deren daſelbſtige Fürſtenthümern cenſuriret vverden ſollen.

Num. 698.

Anno 1711 den 20 Octobris, Kayſerliche Reſolution, an das Ollmütziſche Capitel, daſs bey dem Biſchofflichen Lehen-Recht die Parthen per Mandatarios erſcheinen können.

Digitized by Google

§. CCXI.

Num. 699.

Anno 1711 den 8 Novembris, Kayſerliche Declaratoria an die Königl. Stadthalterey zu Prag, Königl. Tribunal zu Brünn, und das Königl. Ober-Amt in Schleſien, daſs, vvann die Moratori-Sucher, die an ihre Creditores ergehende Decreta in vier Wochen, die Kayſerl. Reſcripta aber nicht erheben, die Execution eröffnet vverden ſolle.

Num. 700.

Anno 1711 den 26 Novembris, Kayſerliche Reſolution, daſs in Schleſien kein Vniverſal-Patent ſine praeuia clementiſſima ratificatione publiciret vverden ſolle.

Num. 701.

Anno 1712 den 7 Januarii, Kayſerl. Pragmatica, in Böhmen und Mähren, vvie es mit denen Reuiſionibus, und den diesfälligen Iuramento Calumniae führohin zu halten ſeye.

In FRIEDENBERG. tract. de iur. Sileſ. t. I L. I c. 20 p. 192 legitur Schreiben an den Glogauiſchen Landes-Hauptmann vvegen immittirung des Ignatii Räz Wohlauiſchen Regierungs-Raths in das Luckiſche Lehn-Gut Ober-Mechau. d. 6 Maii 1711.

§. CCXI.

Eleonora Carolo R. Bohemiae filio hoſpitium Francofurti uult parari.

Quum deinde comitia noui Imperatoris eligendi cauſſa inſtituerentur, Eleonora de hoſpitio Regis Bohemiae eiusue legatorum ſolicita fuit, atque adeo ad ciuitatem Francofurtanam has dedit literas in VOLLSTÆNDIGEM DIARIO DER WAHL VND CROENVNGS-SOLENNITÆTEN KAYSERS CAROLI VI p. 31.

Eleonora Magdalena Thereſia, von Gottes Gnaden vervvittibte Römiſche Kayſerin, auch zu Hungarn und Böheimb Königin, des Durchleuchtigſten Groſsmächtigſten Fürſten, Herrn Caroli des Dritten, Königs in Hiſpanien, Hungarn und Böheimb, Leibliche Mutter, und deren Erb-Königreichen Fürſtenthümbern und Landen dermahlige Regentin etc.

Ehrſame, liebe, beſondere. Wir fügen Euch hiermit gnädigſt zu vviſſen, vvelchergeſtalten Vnſers freundlich geliebten Herrn

Herrn Sohns Caroli Königs in Spanien, Hungarn und Böheimb, Majeſt. und Libden, auff das an dieſelbe, als König in Böheimb, und Erſten Weltlichen Mit-Chur-Fürſten des Heil. Römiſchen Reichs, von des Churfürſtens von Mayntz Lden ergangene und zu Prag bey daſelbſtiger Königlichen Stadthälterey abgegebene freundliche Inuitations-Schreiben, um in der Stadt Franckfurth am Mayn, auff den beſtimmten Wahl-Tag Eines Römiſchen Königs, und zu Beförderung Eines Römiſchen Kayſers zu erſcheinen, laut der Vns gegebenen Nachricht, vermittelſt göttlichen Beyſtandes in eigener Perſohn zu erſcheinen gemeint ſeynd. 5. CCXL.

Dievveilen dann die Nothdurft erfordert, damit nach Gelegenheit dieſes Vnſers freundlich geliebten Herrn Sohns Lden Perſon und Dignität, vor Dieſelbe, und Dero übrige Hoff-Stadt und Comitiva, vvo Sie aber hochvvichtigen Hindernüſſen vvegen, in der Zeit nicht eintreffen könten, vor Dero Geſandſchafft die nothdürfftige Logimenter und Quartier zeitlich beſtellt, und in Ordnung gebracht vverden möchten, derentvvillen auch bereits die gevvöhnliche Requiſition an des Reichs-Marſchallen Churfürſten aus Sachſen Lbden ergangen.

Als iſt mit tragender Vollmacht von Vnſerm freundlich geliebten Herrn Sohns und Mit-Churfürſtens Lbden Vnſer gnädigſtes Begehren auch an Euch, Ihr vvollet die Diſpoſition zeitlich vorkehren, damit der diſsfals erforderliche Quartier-Stand ausgevvieſen, und eingerichtet vverde. Welches, daſs es geſchehen, und von Euch alles Fleiſſes vverde beobachtet und veranſtaltet vverden, Wir Vns gäntzlichen gnädigſt verſehen, und mit Kayſerl. Gnaden Euch beygethan verbleiben.

Geben in der Stadt Wien, den zvvölfften Monaths-Tag Iunii im Siebenzehenhundert eilfften Jahr.

Eleonora Magdalena Thereſia.
I. W. C. Wartislau.
Rs. Brs. et Cancell.

Ad mandatum alte memoratae
Suae Maieſtatis proprium
Franz Ferdinand Graf Kinsky.
Johann Wolffgang von Ebelin.

Digitized by Google

§. CCXL. 2. Eleonorae Aug. Senatus Francofurtanus de dignate Caroli Imperatoria gratulatur;

IBIDEM pag. 25 Magiſtratus Francofurtanus Eleonorae Auguſtae gratulatur dignitatem imperatoriam filii Caroli VI.

Allerdurchleuchtigſte, Groſsmächtigſte Kayſerin, Allergnädigſte Kayſerin und Frau.

Es hat zvvar der groſſe Gott, nach ſeinem unvvandelbaren heiligen Rath und Willen, Evv. Königl. Majeſtät in nicht gar langer Zeit nacheinander, durch zvvey deren allerſchmertzhaffteſten Begebnüſſen, beedes durch höchſtbetrübtes Ableiben Dero Allertheuerbareſten Kayſerl. Herrn Gemahls, und dann durch den allzufrühzeitigen Hingang Dero Allervvehrteſten Kayſerl. Herrn Sohns, Maj. Maj. Dero theure Seelen Gott die evvige Ruhe ſeeligſt genieſſen laſſen vvolle! auf die allerempfindlichſte Weiſe heimgeſüchet, und ſamt dem Durchleuchtigſten Ertz-Hauſs Oeſterreich, ja dem gantzen Römiſchen Reich, in die allerſchvvehreſte Traurigkeit geſetzet; nach ſeiner unermäſslichen Güte aber vviederum dadurch gar reichlich erfreuet und erquicket, da, durch ſeinen Göttlichen Beyſtand und Direction, bey letzthin allhier fürgevveſter Röm. Königl. und Kayſerl. Wahl, ſolche auf Dero Allervvehrteſten zvveyten Herrn Sohns, CAROLI des III Königs in Hiſpanien (tot. Tit.) Königl. und nunmehro auch Kayſerl. Majeſtät höchſt glücklich und unter allermänniglichen Frolocken ausgefallen, und dieſelbe zum Haupt der vvehrten Chriſtenheit preiſsvvürdigſt erkieſet und ervvehlet vvorden.

Wir nehmen dahero an unſerm vvenigſten Ort billich Anlaſs unſere hierob geſchöpffte hertzinnigliche Freude hierdurch in allerſchuldigſter Veneration an Tag zu legen, und Evv. Kayſerl. Majeſtät vvegen jetzt allerhöchſt ermeldten Dero Allerdurchleuchtigſten Herrn Sohns, CAROLI des VI Kayſerl. Majeſtät zu des gantzen Röm. Reichs und ſo vieler Dero Königreichen und Landen unausſprechlichem Troſt gereichenden höchſtverdienten Erhöhung auf den Kayſerl. Thron auſs allerdeuoteſten Gemüth zu congratuliren, den allbarmhertzigen Gott inbrünſtig und demüthigſt anflehend, daſs deſſen unendliche Güte Dero Kayſerliche Regierung mit himmliſchen Seegen dermaſſen befeſtigen vvolle, daſs ſolche von allen Seiten mit vollem Glück ſtets fort umgeben ſeyn, und Evv. Kayſerl. Maj. darinnen alles höchſt-erſinnliche Begnügen

finden

Digitized by Google

finden mögen. Inmaſſen dann auch um ſo vveniger hieran zu zvveifflen, als dieſer theuerbahreſte Monarch mit allen dem Glorvvürdigſten Ertzhauſs Oeſterreich angeſtambten Kayſerl. Tugenden von Gott aufs reichſte gezieret und ausgerüſtet iſt: der vvolle dann Seine Majeſtät auf Dero zu vvürcklicher Beſteigung des Kayſerl. Throns angeſtellten fernen Reiſe, unter dem Schutz ſeiner H. Engel, ferner leiten und führen, ſolchen in allerhöchſt- ervvünſchter Geſundheit glücklich erreichen, und mit Dero, von Gott hoffenden! vielen Leibes Nachfahren biſs ans Ende der Welt in allen ohnverruckten allerhöchſten Wohlfährigkeiten beſitzen laſſen. §. CCXI.

Vnter vvelchem allerdeuoteſten Wunſch Evv. Kayſerl. Maj. Wir damit der Götthchen H. Obſorge zu allem höchſtervvünſchten Kayſerl. Wohlvveſen allergetreuiſt, zu Dero allerhöchſt geſchätzten Gnaden Hulden aber, Vns, und gehorſambſtes allhieſiges Stadtvveſen allerſubmiſſeſt empfehlen.

Dat. d. 20 Octobr. 1711.

Evv. Kayſerl. Majeſtät

allerunterthänigſte

Burgermeiſter und Rath
der Stadt Franckfurt.

Reſponſio Imperatricis:

Eleonora Magdalena Thereſia, vervvittibte Römiſche Kayſerin, Ertz-Hertzogin zu Oeſterreich, Gebohrne Pfaltz-Gräfin bey Rhein, Regentin.

§. cui reſpondet Augusta clementiſſime.

Ehrſame und des Reichs Liebe Getreue. Wir haben aufs Eurem unterthänigſten Schreiben vom 20 jüngſt vervvichenen Monats Octobris mit gnädigſt- dancknehmigem Gefallen, des mehreren erſehen, vvelchergeſtalten Vns Ihr zu der in Euerer Stadt vorgegangenen einhelligen Römiſchen Königlichen Wahl und künfftige Erhebung unſers freundlich geliebten Herrn Sohns, des Königs in Hiſpanien, auch zu Hungarn und Böheim Majeſtät und Liebden auff den Kayſerlichen Thron, gehorſamſt zu gratuliren, und anbey Deroſelben ſo vvohl als Vns aufs treuer deuotion und

§. CCXII. Ergebenheit viel gutes und Erſprieſsliches anzuvvünſchen, nicht unterlaſſen vvollen. Der Allerhöchſte, von vvelchem dieſe fröliche Begebenheit urſprünglich herrühret, vvird hoffentlich auch ſeinen gedeylichen Seegen ferner verleyhen, und Eueren vvohlmeinentlichen Wunſch zu Sr. Göttlichen Ehr und der gantzen vvertheſten Chriſtenheit Wolfahrt und Ruhe auf lange Jahr hinauſs erfüllen, mithin ſo vvohl Wir Vns dieſes ungemeinen Troſts, als Ihr Sr. Majeſtät Eueres Oberhaupts Schutz und Gnade zu erfreuen haben, vvie Wir darum Seine Allmacht inbrünſtigſt bitten, mit Kayſerl. und Königl. Gnaden Euch anbey vvohlgevvogen verbleibende.

Geben in der Stadt Wien den 7 Nouembris im Siebenzehenhundert und elfften Jahre.

Eleonora Magdalena Thereſia.

Joh. Frid. Freyherr von Seilern.
Ad mandatum alte fatae ſua Sacrae
Caeſareae Maieſtatis
proprium
Matthias Rechtaln.

§. CCXII.

Carolus VI Imp. Eleonorae Aug. matris mortem nunciat.

Quo maiore prudentiae ac pietatis laude fulgebat Eleonora, eo acerbius deceſſum illius optimus quisque ferebat. Carolus VI Imperator proceres imperii de morte tam luctuoſa his fere formulis, quas apud LVNIG. in vvohl abgefaſsten Schreiben hoher Potentaten num. 201 pag. 511 legimus, certiores fecit.

2. Wilhelminae Amal. et Eliſabethae Chriſtinae Aug. epiſtolae.

ID. LVNIG. cit. loc. num. 256 et 254, quod plane ſilere non poſſumus, alias formulas promit, quibus Auguſtae Wilhelmina Amalia, Joſephi, et Eliſabetha Chriſtina, Caroli VI, coniux, principibus Imperii pro uotis ſub noui anni auſpiciis nuncupatis gratam mentem declararunt. Eliſabethae inprimis Auguſtae piae, nunc uiduae, diuinum uultum, nomen et res praeclare geſtas uarii nummi referunt, quos libellus quidam ſiſtit, hoc titulo praeditus: *Nummi Aug. Caroli VI et Eliſabethae Chriſtinae Viennae Auſtriae cuſi breuiter deſcripti et explanati; oblati a Rhetorica Viennenſi a.* 1728. *Viennae.* 8. Reditum huius Auguſtae e Catalonia obliuioni eripit nummus

Digitized by Google

mus in Collect. nummor. memor. t. III p. 209 exhibitus; t. VIII P. I in alio nummo repraeſentatur ELISABETHA CHRISTINA D. G. R. IMP. H. H. B. REG. NAT. D. BRVNS. LVN. CAROLI VI VIDVA; poſtica habet equum, qui habenis e caelo regitur, cum lemmate: *ad nutum Dei.* §. CCXIII.

§. CCXIII.

Carolus VII Imp. cautum eſſe uult Abbati principi Campidonenſi, ne iura ipſius a Collegio Electorum interuertantur.

Carolus VII ad imperii faſtigium euectus id quoque magno egit apparatu, ut coniugi Mariae Amaliae, D. Ioſephi filiae, corona imperii ſolenni ritu imponeretur. Res recenti memoria atque commentariis publicis teſtatiſſima. Quam ob rem hic nihil, niſi cautionem iſtam, quam D. Carolus VII Abbati Campidonenſi, ut iura ipſius ſalua ſint futura, conceſſit, iuuat recitare. uid. Crönungs-Diarium der Kayſerin MARIAE AMALIAE pag. 8.

Wir CARL der Siebende, ervvehlter Römiſcher Kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien und Böheim König, in Ober- und Nieder-Bayern, auch der Obern Pfaltz Hertzog, Pfaltzgraf bey Rhein, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, des Heil. Röm. Reichs Churfürſt, Landgraf zu Leuchtenberg, etc. etc. etc. Vrkunden und fügen hiermit zu vviſſen allermänniglich: Nachdem Vns der Ehrvvürdige Vnſer und des Reichs Fürſt und lieber Andächtiger, Anſelmus, Abt zu Kempten, gehorſamſt zu erkennen gegeben, vvie ihme nach Ausvveiſs deren ſeinen Vorfahreren des Stiffts Kempten verliehenen beſonderen Freyheiten und Priuilegien, bervorab des in Anno 1683 von vveyland Kayſer LEOPOLD, glorreichſter Gedächtniſs, ausgegangenen Renouatorii et Confirmatorii, von vvegen des beſitzenden Ertz-Marſchall-Amts Einer Römiſchen Kayſerin, allerdings zuſtehe und gebühre, bey je vveiligen Crönungen dererſelben in ipſo actu Inaugurationis die Crönungs-Inſignien mit und nebſt dem Conſecratore der Röm. Kayſerin ohnmittelbar zu Handen zu reichen. Indeme aber der ex parte Collegii Electoralis puncto dieſer Verrichtung beſchehene Widerſpruch, und die hierauf von ihme Abten und Fürſten von Kempten gethane Gegen-Vorſtellung, vvegen Enge der Zeit, ſo gleich nit erlediget vverden können: Als erklären Wir hiemit in Krafft dieſes vviſſentlich und vvohl ervvogen, daſs Wir allergnädigſt verfügen vverden, damit nach dem vollbrachten Crönungs-Actu vorbe-

§. CCXIII. berührt ſich erhobene Irrung gründlich unterſuchet, und zu künfftiger allerſeitiger Beruhigung gäntzlich und vollkommen erlediget vverde; indeſſen ſolle ſolcher auf Vnſer allergnädigſtes an ihn beſchehenes Anſinnen erfolgte Vorgang gedacht Sr. Andacht dem Abt und Fürſt von Kempten und deſſen Nachfolgern, vvann kein anderes dargethan vverden vvird, zu evvigen Zeiten zu keinem Nachtheil und Praeiudiz gereichen; Vbrigens aber es bey der jenigen Function, vvie ſolche in dem bereits concertirten und mehrers erläuterten Directorio in Wiederzuſtellung der Crönungs-Inſignien ſub offertorio, und Ablegung des Opfers, von Vns allergnädigſt beliebet vvorden, in zukunfft ſein ohnabänderliches Verbleiben haben ſolle.

Zu mehrerer Vrkund deſſen dieſer gegenvvärtige Verſicherungs-Brief ausgefertiget und beſiegelt vvorden: So geſchehen in Vnſerer und des Heiligen Reichs Stadt Franckfurt den 7ten Mertz, Ein tauſend Siebenhundert und zvvey und Viertzig, Vnſerer Kayſerlichen und Königlichen Böheimiſchen Regierung im Erſten.

CARL.

(L. S.)

Vt. Johann Georg, Graf zu Königsfeld.

Heinrich Joſeph Schneid.

Multo plura memorabilia cum Diarium hoc coronationis, tum rerum geſtarum commentarii tradunt, docentque uberrime, MARIAM AMALIAM honoribus Auguſtalibus decus ſummum attuliſſe, et una cum coniuge Auguſto utramque fortunam animo magno ac forti ſuſtinuiſſe. Quum haec Auguſta inſigne uirtutis ac pietatis exemplum, reginis omnibus profuturum, parare ſummopere ſtudeat: a Deo immortali precamur, ut ipſi diuturnam lucis uſuram impertiatur propitius, domumque eius ac progeniem Auguſtam cunctarum rerum optabilium abundantia florere iubeat. Ceterum, indulgente Auguſta longe clementiſſima, utrumque ſigillum ipſius, maius ſcil. ac minus radio deſcribere nobis licuit.

2. MARIAE THERESIAE Aug. ſignum. MARIAE THERESIAE, hodie Auguſtae, quam Diuinum Numen largiſſimis, iisque perpetuis pacis diu exoptatae fructibus cumulet, rem diplomaticam ſaeculis poſteris commendans Auguſtarum tabulas ſigno huius Imperatricis inuictae obſigno.

APPEN-

APPENDIX I
DE
DIPLOMATIBVS IMPERATRICVM QVARVNDAM AC REGINARVM ITALIAE.

§. CCXIIII.

§.CCXIIII.

Etſi ingens iſtud imperium, quod Carolus M. adquiſiuerat, ad Carolum Craſſum ex diuiſione pernicioſa iterum confluxeret: hic tamen Caeſar animo tam magno non erat, nec tam ſecunda fortuna utebatur, ut parta poſſet tueri. Carolus deponere cogebatur imperium, quod poſt ipſius obitum in uarios principatus diſcerpebatur. Wido, Dux Spoleti, uix dum Caroli fatum extremum compererat, Romam *profectus eſt et absque Francorum conſilio totius Franconiae unctionem ſuſcepit imperii*, teſte LVITPRANDO. Transeamus res huius Imperatoris geſtas, ac recordemur uxoris illius Ageltrudis, Adelgiſi Ducis Beneuentani filiae, quae in chartis late dominatur. Wido Imperator

Wido a. 891 IX Kal. Mart. et a. regni III coniugi ſuae, deprecante Wicbodo, epiſcopo Parmenſis eccleſiae, omnium bonorum, quae Ageltrudis quocunque titulo conſecuta fuerat, poſſeſſionem confirmauit. Praeceptum prodit MVRATOR. t. II antiq. Ital. p. 871:

Ageltrudi coniugi ſuae bona ac poſſeſſiones quoquo modo acquiſitas confirmat.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis. Wido diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Omnium fidelium noſtrorum, preſentium ſcilicet et futurorum comperiat ſollercia, quia Wicbodus ſancte Parmenſis eccleſie uenerabilis Epiſcopus et Archicapellanus, deprecatus eſt celſitudinem noſtram, ut dilectiſſime coniugi noſtre

§.CCXIIII. noſtre Ageltrudi Imperatrici, et conſorti Imperii noſtri, de omnibus rebus ad eam pertinentibus tam noſtre donationis, quam ſue hereditatis, uel undecunque adquiſitionis, tam que modo adquiſita, uel que in antea Deo propitio adquirere potuerit, per noſtrum imperiale Preceptum, ſicuti iam antea per Preceptum Regale ilii conceſſeramus, a preſenti in perpetuum concederemus et confirmaremus. Cuius precibus aures noſtre celſitudinis accommodantes, decreuimus ita fieri, ſicut hic inſertum eſt. Per quod concedendo concedimus, et perdonando perdonamus, et confirmando confirmamus predicte Ageltrudi coniugi noſtre omnes res et ſubſtantias ſibi pertinentes tam ex noſtra donatione, quam ex alia quacunque adquiſitione, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, et utriuſque ſexus familiis, omnia, et in omnibus cum adiacentiis et pertinentiis uel aſpicientibus in ſingulis fundoris et locis ſupradictarum rerum ac ſubſtantiarum, tam quod modo ſibi pertinere uidetur, ſeu quicquid in antea adquirere potuerit a quolibet iuſte et legali ordine, a preſenti in perpetuum in eius iura et poteſtatem in integrum transfundimus, habendi, tenendi, et donandi, commutandi, ac faciendi et deliberandi iuxta ſuum libitum quecumque uoluerit ex noſtra Imperiali largitate, et auctoritate pleniſſima. Si quis autem unquam per tempora auſu temerario contra hoc noſtre conceſſionis ac confirmationis Preceptum agere aut infringere uel moleſtare, ſeu uiolentiam in aliquo inferre preſumpſerit, ſciat ſe multa, que eſt auri optimi libras trecenti compoſiturum, medietatem Palatio noſtro, et medietatem predicte Ageltrudi dilecte coniugi noſtre; et hoc inſuper noſtrum conceſſionis et confirmationis Preceptum ſtabile firmumque perhenniter conſiſtat. Et ut uerius credatur et diligentiſſime ab omnibus obſeruetur, manu propria ſubter confirmauimus et bulla noſtra ſigillari iuſſimus.

Signum Domni Widonis excellentiſſimi Imperatoris.

Goderadus Notarius ad uicem Helburgi Archicancellarii recognoui. Data IX Kalendas Martii, Indictione IX. Anno Incarnationis Domini DCCCXCI. Regnante Domno Widone in Italia Anno Regni eius III Imperii illius die prima.

Actum Roma in Dei nomine feliciter Amen.

Eodem

Digitized by Google

§.CCXIIII. 2. eidemque monaſterium S. Agathae in ciuitate Ticinenſi iure hereditario tradit.

Eodem die Ageltrudis a coniuge ſuo monaſterium S. Agathae in ciuitate Ticinenſi ſitum iure proprio et ad heredes transferendo accepit, teſtantibus tabulis in VGHELL. Ital. ſacr. t. II p. 151:

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis.

Vvido diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Omnium fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet, et futurorum comperiat ſolertia, quia Vvibodus ſanctae Parmenſis Eccleſiae uenerab. Epiſcopus, et archicapellanus noſter deprecatus eſt celſitudinem noſtram, ut dilectiſſimae coniugi noſtrae Ageltrudi Imperatrici, et conſorti Imperii noſtri monaſterium in honorem S. Agathae, quod dicitur nouum, conſtructum, ſitum Ticinenſi in ciuitate, quod per praeceptum regale illi conceſſeramus - - - et auctoritate noſtra ei confirmaremus; nos uero eius precibus obtemperantes decreuimus ita fieri. Concedimus igitur, et confirmamus dilectiſſimae coniugi Ageltrudi, haeredibus ſuis, ac pro haeredibus ſuis monaſterium ſuperius inſertum cum omnibus adiacentiis, et pertinentiis iuſte, et legaliter ei pertinentibus, ſeu aſpicientibus in ſingulis fundis, et locis, ſeruis et ancillis utriusque ſexus, familiis et ditionibus, terris, uineis, campis, pratis, ſyluis, aquis, aquarumque decurſibus, cultis, et incultis, mobilibus, et immobilibus, uel quod ad ipſum monaſterium pertinere iuſte, et legaliter dignoſcitur, omnia omnino in integrum, et iuſſimus ei hoc noſtrae auctoritatis praeceptum inde conſcribi, per quod decernimus, atque iubemus, ut deinceps de ſupranominatis rebus, ipſe, ſuique haeredes, ac pro haeredes habeant poteſtatem, iure iudiciario habendi, tenendi, fruendi, uendendi, commutandi, et noſtra imperiali largitate, et auctoritate pleniſſima, ſicut lex et iuſtitia eſt unicuique homini de ſuis propriis facere rebus. Quicumque autem huius noſtrae munificentiae uiolator, uel inuaſor extiterit, aut aliquam uiolentiam inferre praeſumpſerit, centum librarum auri optimi culpabilis habeatur - - - medietatem palatio noſtro, et medietatem praefatae Ageltrudi, ſuisque haeredibus, uel cuicumque easdem res ei placuerit diſtribuere: et ut praeſens haec largitio in ſua permaneat firmitate, et ut uerius credatur, et diligentius ab omnibus obſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, et bulla noſtra ſigillari iuſſimus.

Digitized by Google

§. CCXV. Sign. D. Vvidonis excellentiſſimi Imp.

\- - - notarius ad uicem Helbunci Archicancellarii recognoui.

Data 9 Kalen. Martii Indictione 9 anno Incarn. Domini 891, regnante D. Vvidone in Italia anno regni eius 3 Imperii illius die 1.

Actum Romae in Dei nomine feliciter. Amen.

§. CCXV.

3. Wido monaſterio S. Vincentii, praeter eccleſiam quamdam tantum auri donat, quantum filius recens natus pondere exaequat.

Addamus ex MVRATORII Script. Rer. Italic. T. I P. II p. 490. Guidonis Imperatoris ſingularis Argumenti Diploma, quo Eccleſiam Sancti Marcelli Leoni Abbati Sancti Vincentii donat, ac tantum auri, quantum Lambertus eius filius infans, natus in Cella Sancti Ruffini, penſat. Anno DCCCXCI.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Wido Imperator Auguſtus diuina clementia. Cum Auguſtalis ſublimitas in omnibus rebus non ſolum terrenarum, uerum etiam Eccleſiarum Monaſteriorumue cura ut perficiantur, Deo fauente, ſedula intentione oportet eſſe peruigil, quatenus dignis digna, et praecepto diuino inimicis bona praebere dignum eſt. Et ideo notum ſit omnibus tam abſentibus, quam praeſentibus noſtris fidelibus, quia a Beneuento redeuntes noſtra cum Coniuge tandem peruenimus Balbam, cui inſtabat pariendi tempus; angebatur enim maxime, quo loco diuerteretur. Tandem uero per ſuggeſtionem Leonis uenerabilis Abbatis noſtri fideliſſimi in Cellam ſui Monaſterii adeo opulentam deuenimus, quae in honore Sancti Ruffini conſtructa eſt in loco, ubi dicitur Campu de Rota. Poſt tertium diem dilectiſſimus filius noſter Lambertus natus eſt nobis. Quocirca ut ſuperna clementia nobis illum ad Imperii gubernacula concedat, per rogum noſtrae Coniugis pro merito concedimus in Monaſterio Beati Vincentii Martyris Chriſti Eccleſiam Sancti Marcelli, quae eſt conſtructa in loco Forinae cum ſeruis, et ancillis, et omnibus ſuis pertinentiis. Inſuper offerimus in praefato Monaſterio auri puri libras, quantum idem kariſſimus noſter penſat filius. Et ut haec noſtra conceſſio robur in perpetuum habeat, et ut ab omnibus obſeruetur, ueriusque credatur, anulo noſtro ſubter ſigillari iuſſimus.

Datum Kal. Nouembris Indictione X.

Actum in Balba.

In

In annotatione fides huius chartae ex uariis rationibus in dubium uocatur. §. CCXVI. CCXVII.

§. CCXVI.

Interuentum Ageltrudis uxoris recordatur Wido in VGHELL. Ital. ſacr. t. IV p. 965: *quia glorioſiſſima coniux noſtra Agolotarda adiit clementiam noſtram* etc. Ageltrudis Imperatricis interuentus.

Item in charta, qua curtis Lemennis a Guidone et Lamberto Imperatoribus Conrado Marchioni, eiusque Ermengundae donatur, Anno 892: *miſſa petitione per Ageltrudam amantiſſimam coniugem noſtram Imperatricem Auguſtam noſtram imploraſſe clementiam.*

§. CCXVII.

Widone diem ſuum obeunte, Ageltrudis uidua dignitatem filii Lamberti omni contentione aduerſus Arnulfum tueri laborabat; ſed Arnulphus Roma potitus Romanum populum eo adigebat, ut ipſi fidelitatis ſacramentum iurarent, parteſque Lamberti matriſque ſuae desererent. Formula talis erat: *Iuro per haec omnia Dei myſteria, quod ſaluo honore et lege mea, atque fidelitate Domini Formoſi Papae, Fidelis ſum et ero omnibus diebus uitae meae Arnulfo Imperatori, et nunquam me ad illius infidelitatem cum aliquo homine ſociabo. Et Lamberto filio Agildrudae et ipſi Matri ſuae ad Saecularem honorem numquam adiutorium praebebo. Et hanc Ciuitatem Romam ipſi Lamberto et Matri eius Agildrudae, et eorum hominibus per aliquod ingenium, aut argumentum non tradam.* Vid. MVRATOR. hiſtor. Ital. ad a. 896. Ageltrudis uidua Lamberti filii Imp. dignitatem tuetur,

Ageltrudis Imperatrix iudicio cuidam una cum fratre Radelchi, principe Beneuentano, aderat, quo Maio Abbas S. Vincentii ad Vulturnum de Bernardo Clerico, qui Monaſterium S. Mariae ad Caſtanietum occupauerat, conqueſtus uictor abiit. Iudicatum in MVRATOR. ſcript. rer. Ital. t. I P. II p. 410 ad a. 896 adſcriptum ordinem in foro agendi ſatis perſpicue oſtendit. 2. ac iudicio cuidam adeſt.

Dum in Beneuentano Palatio ſtetiſſem ego Lodoicus Caſtaldeus, et Iudex in praeſentia Domnae Ageltrudis Imperatricis Auguſtae, et Domni Radelchis Principis, et tunc in eorum praeſentia reclamauit Majo Abbas Monaſterii Sancti Vincentii, ut Bernardus Clericus, filius id eſt Bernardi, malo ordine introiſſet in Monaſterio

§.CCXVII. rio Sanctae Mariae, quae uocatur ad Caſtanietum propinquo Caſtro Piniano, et contra rationem illud teneret cum terris cultis et incultis, in qua aedificata eſt, quaerebat cum eo exinde facere finem. Ipſa denique Domna Ageltruda Auguſta, et Domnus Radelchis iuſſerunt eidem Bernardo Clerico, et Iudici, ut ipſe Iudex pro parte Palatii, et ipſe Bernardus a parte ſua, eo quod ipſum Monaſterium ipſe tenere uideretur, de hac re reſponderet Abbati; et mihi qui ſupra Lodoici Iudici fideli ſuo praeceperat, ut auditis eorum querimoniis iuſtam legis rationem inter eos definiremus. Egreſſo quoque me ab eorum praeſentia continuo aduocaui mecum intereſſe Telbertum Caſtaldeum, Otildonem Caſtaldeum, et Iudex Gaideriſi filius Bernardi, Grimoaldus filius Ratonis, Zotone filius Claſonis, Rotefrit filius Rofrit, Audoaldus filius Traſari, et Radelpoto filius praedicti Rotfrit, quatenus et ipſi hac definitione pro firmiſſima ſecuritate per partes aſſiſterent. Interea ſuperius memoratus Majo Abbas una cum Adelgardo ſuo Aduocatore ſupraſcripto cauſare coeperat cum eodem Bernardo, quod ipſe contra rationem introiſſet, ut dictum eſt, in praedicto Monaſterio Sanctae Mariae, et res atque familias eiusdem Coenobii tenens, et nunc teneret. Ob hoc quaerebat ab eis reſponſum audire, et exinde finem facere. Tunc ipſi Bernardus et Heroicus, qui miſſi erant a parte Palatii inde dare reſponſum, pariter dixerunt, ut non malo ordine neque contra rationem idem Bernardus in eodem Coenobio introiſſet, neque res et familias eius poſſediſſet; ſed a parte Palatii ei in beneficio datum eſſet, et ideo ibi introiſſe, et poſſediſſe, atque dominaret. Ad haec idem Majo Abbas cum eodem ſuo Aduocatore ſtatim reſponderunt, ut pars Palatii illud nullatenus dare potuiſſet, eo quod ei pertinere non deberet, ſed legibus praedicto Monaſterio Sancti Vincentii pertinuiſſet, et pertinere deberet. Nos talia audientes interrogauimus praedictum Bernardum et Heroicum, unde illud Monaſterium Sanctae Mariae cum pertinentiis eius in parte Palatii pertineret? Qui dixerunt, ut ſemper ſub dominatione Palatii fuiſſet, et eſſe deberet, et Monaſterio Sancti Vincentii nequaquam pertineret. Rurſum interrogauimus praedictum Majonem Abbatem, quomodo ipſum Coenobium Sanctae Marjae ſuo Monaſterio pertinere deberet? Qui dixit una cum praefato Aduocatore ſuo, ut olim ipſum Coenobium Sanctae Mariae conſtructum fuiſſet a Domna Theoderada

Maio titulum probat documentis.

rada

rada Duciſſa in Caſtanieto propinquo Caſtro Piniano, et tam ab ea, §.CCXVII.
quam a Domno Giſulfo Duce filio eius datum fuiſſe illud Monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis in praefato Coenobio Sancti Vincentii, et poſtea a ſingulis Principibus, ſeu ab Imperatoribus, qui interfuerunt, per praecepta conceſſum habuiſſet in eodem Monaſterio Sancti Vincentii integras dominationes ſuas, quales pars Palatii ex eodem Monaſterio Sanctae Mariae habuit. Et ex tunc quo praedicta Domna Theoderada, et Giſulfus filius eius ipſum Monaſterium cum ſuis omnibus pertinentiis in praefato Monaſterio Sancti Vincentii fuiſſet offertum, et usque in tempore Domni Adelchis Principis tam ipſe Abbas, quam et Praedeceſſores eius in ſua poteſtate et ordinatione tenuiſſet eumdem Monaſterium Sanctae Mariae cum omnibus ſuis pertinentiis, et dominaſſet absque contradictione Palatii. Nos qui ſupra, cum talia audiſſemus, diximus eidem Majoni Abbati, ut ſi haec praecepta, quae dixerat, habuiſſet, coram nobis oſtenderet. Et ſtatim coram nobis oſtendit unam chartulam offertionis, quam nos legi fecimus continentem ita, ut cetera, ſicut ibidem legebatur. Opponitur exceptio praeſcriptionis,
Cumque iam dicta offertio relecta eſt haec contra ipſos, Bernardus et Heroicus pro parte Palatii reſponderunt, ut non eſſet ueritas, ut ipſe Majo Abbas, et Praedeceſſores eius in ſua poteſtate et ordinatione tenuiſſet, et dominaſſet eumdem Monaſterium Sanctae Mariae cum omnibus ſuis pertinentiis, ut dixerat, ſed ſemper ſub poteſtate, et ordinatione Palatii fuiſſet. Nos ergo talia audientes interrogauimus Bernardum, et Heroicum, ſi per teſtes talem approbationem facere poſſunt, quod pars Palatii illum Monaſterium Sanctae Mariae, ſicut dixerat, ſub ſua dominatione et ordinatione quae 30 annorum eſſe debet.
per triginta annos habuiſſet, et haberet etiam in antea. Qui dixerunt, ut inde conſignare non poſſent. At uero iuxta decreta Principum teſtes iſtius ſtatuerunt, ut ſi inde auſi fuerint pars Monaſterii iurare iuxta legem et conſuetudinem terrae iſtius per ſacramenta, illas definiret. Quod nos ſecundum illorum ſtatuta iudicauimus, exceptio eliditur per 5 ſcarionum iusiurandum.
ut ipſe Majo Abbas quinque Scariones ſui Monaſterii iurare faceret, quod illum Monaſterium Sanctae Mariae, et ipſae dictae terrae cultae uel incultae per iam dictos fines ab illo tempore, quod praedictum eſt, et usque ad tempus eiusdem Domni Adelchis, tam ipſe Majo Abbas, quam et anteceſſores eius in ſua poteſtate et ordinatione tenuiſſet, et dominaſſet, et ſiue ab eadem Domna Theoderada, et Giſulfo filio eius, qui per praedictam offerunt, nec non et ab

§. CCXVII. ab Imperatoribus, ſiue Principibus teſtes ipſorum praecepta, ſicut dixerat, in eodem Coenobio Sancti Vincentii emiſſa habuiſſet, ut ſuperius dixerat. In eodem uero die uterque ante nos uenerunt, et continuo ipſe Majo Abbas oſtendit quinque Scariones ſui Monaſterii, id eſt Magelgarius, et Majone, Stephanus, Ragimpertus, et Odelpertus, et ita eos ad Sancta Euangelia iurare fecit praedicto Bernardo, et Heroico pro parte Palatii, quod ab illo tempore, quo praedicta Domna Theoderada, et Giſulfus filius eius ipſum Monaſterium Sanctae Mariae cum praedicta terra culta uel inculta per iam dictos fines cum omni eius pertinentia datum et offertum fuit per iam dicta offertione, ut diximus, in memorato Monaſterio Sancti Vincentii, et usque ad tempus Domni Adelchis ſecuriter ipſe Majo Abbas, et anteceſſores ſui, ſine contradictione partis Palatii, et in ea poteſtate et ordinatione tenuiſſet et dominaſſet, et poſtea a ſingulis Imperatoribus et Principibus praecepta emiſſa habuiſſet de quanta et quali dominatione de eodem Monaſterio Sanctae Mariae

Sententia. a parte Palatii habere debuiſſet. Poſt haec ſacramenta data, nos qui ſupra Lodoicus Caſtaldeus et Iudex definienda iudicaui coram ſupradictis nobilioribus uiris, quorum nomina ſuperius dicta ſunt, qui mecum pariter in hac definitione interſuerunt, ut amodo et deinceps iuris praefati Monaſterii Sancti Vincentii eiusque Rectores eumdem Monaſterium Sanctae Mariae cum omnibus ſuis pertinentiis in ſua dominatione habere et poſſidere ſecuriter ſine requiſitione a parte Palatii et de his aliis omnibus hominibus ualeant iure quieto in perpetuum.

§. CCXVIII.

Berengarius, Rex Italiae, Ageltrudi poſſeſſiones uario iure adquiſitas confirmat et auget.

Etſi Ageltrudis uidua filio quoque Lamberto a. 896 orbaretur: nondum tamen rebus ſuis deſperabat. Quum adhuc Spoleti dominaretur haec Auguſta altioris animi: Berengarius Rex Italiae cum eadem in gratiam redire contendebat. Quare Ageltrudi non ſolum duo monaſteria tradebat, ſed et poſſeſſiones ipſius proprias et largiente marito ac filio acquiſitas ſingulari praecepto corroborabat, quod MVRATOR. antiq. Ital. Tom. VI diſſ. LXXIII p. 337 ſq. diuulgauit.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Berengarius diuina fauente clementia Rex. Nouerit induſtria omnium fidelium ſanctae

Dei

Dei Eccleſiae noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum, quod Ageltrudis olim Imperatrix adiit per Petrum reuerentiſſimum Epiſcopum, ſacrique Palacii noſtri Archicancellarium, excillentiam noſtram, quatenus eidem concederemus territoria acloca, ubi nunc Monaſteria dinoſcuntur eſſe conſtructa. Vnum uidelicet, quod nuncupatur Arabona in Camarinenſis finibus, et alterum, quod uocatur Flumen in Pago Aſiſio, cum omnibus adiacentiis ſuis, omnibusque rebus et familiis utriusque ſexus tam hereditariis, quamque etiam a Praedeceſſoribus noſtris Regibus, ſiue Imperatoribus per Praeceptorum ſeries ibidem conceſſis, et quocumque Inſtrumentorum titulo, uel cuiuſcumque donationis ſeu transferſionis uel traditionis argumento iuſte et legaliter adquiſitis, uel in antea adquirendis. Cuius nos iuſtis precibus aures pietatis noſtrae libentiſſime accomodantes, huius auctoritatis noſtrae Praeceptum in eam decreuimus emittere, per quod concedendo concedimus, et perdonando perdonamus, atque confirmando confirmamus iam dictae Ageltrudi quondam Imperatrici omnes res et familias utriusque ſexus, atque ſubſtantias ſibi quolibet iure et titulo pertinentes, cum omnibus mobilibus et immobilibus, ſeſeque mouentibus, et quaecumque nominari poſſunt, et quaecumque nunc habet tam ex ſui Senioris Witonis, ſuique filii Landberti Auguſtorum quondam Imperatorum donatione, quam etiam hereditario, ſeu alia quacumque adquiſitione, ſiue quocumque in antea per futura tempora quolibet iuſto et legali ordine potuerint conquirere in ſingulis territoriis et Pagis, una cum praefatis Monaſteriis Arabona et Flumen in praenominatis finibus Camerini et Aſiſii conſtitutis: cum omnibus rebus et familiis utriusque ſexus, atque ſubſtantiis, et omnibus omnino quae nominari poſſunt, ad praelibata Monaſteria pertinentibus uel aſpicientibus, ſiue quaecumque ex partibus ſupradictorum quondam Imperatorum, ipſiusque Ageltrudis in ipſis ſanctis Locis euenerunt, ſiue quaecumque de ſingulorum bonorum hominum oblatione, uel quaecumque ceſſionis et donationis transferſione in antea diuina pietas ibidem augere uoluerit, uel adquirere ibi habitantes uoluerint, omnia ſuperius comprehenſa et praenominata, tam in rebus et familiis, quam et cunctis ſubſtantiis, quocumque Praeceptario, uel hereditario, ſeu alio quolibet iure iam dicta quondam Imperatrix habet nunc, uel in antea adquirere potuerit in ſingulis locis, et Pagis

§. CCXVIII.

CCXVIII. atque territoriis, praedictis Monaſteriis, Eccleſiis, Capellis, Curtibus, Caſis, Maſſariciis, Molendinis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, ſiluis cultis et incultis.

Haec omnia, et cetera alia eidem Ageltrudi quocumque ordine pertinentia, uel in antea adquirenda per huius noſtri Praecepti paginam cedimus et perdonamus, atque in illius iura et poteſtatem transfundimus et confirmamus, cum omnibus praeceptis, uel quibuscumque Cartarum ſeu aliarum Scripturarum ſeriis, quas nunc habet, uel in antea adquiſierit, in omnibus et per omnia liberam habeat poteſtatem ſine ulla exceptione in integrum habendi, poſſidendi, donandi, uendendi, commutandi, uel quicquid uoluerit a praeſenti die in antea faciendi ex noſtra pleniſſima largitate. Quae etiam omnia ſupraſcripta ſub immunitatis noſtrae munitione includimus et circumuallamus, atque praenominata Monaſteria, unum in loco nuncupante Flumen in honore Sanctae Dei Genitricis Mariae, et alterum, quod dicitur Arabona in honore Sancti Flauiani dicato immunitatem habere concedimus et confirmamus: et querelas omnes Ageltrudis olim Imperatricis cauſarum per inqueſtus definiri praecipimus, atque iubentes iubemus, ut nullus cuiuscumque ordinis uel dignitatis perſona dictam Ageltrudem de omnibus ad ipſam pertinentibus uel aſpicientibus, mobilibus et immobilibus, et cunctis ſupra comprehenſis, moleſtare ſeu inquietare umquam aliquando praeſumat, neque homines liberos et ſeruos ſuper terram ipſius commanentes diſtringere uel pignerare audeat, ſed liceat praedictae Ageltrudi dudum Imperatrici omnia ſua adquiſita ſiue adquirenda ſine inquietudine tenere, poſſidere, et ordinare - - - - - - iudiciaria poteſtate. Si quis uero cuiuscumque officii homo contra hanc noſtri Praecepti auctoritatem auſu temerario dudum ſupradictam Imperatricem de omnibus ad eam pertinentibus uel adſpicientibus in toto uel in parte aliquam inuaſionem uel ſublationem ſeu minerationem ſecerit - - - - - - orum quondam Imperatorum donationem et confirmationem, ſicut in Praeceptorum ſerie legitur, in omnibus non obſeruauerit, ſciat ſe compoſiturum auri obrizi Libras ſexcentas, medietatem Kamerae Palacii noſtri, et medietatem ſaepe dictae Ageltrudi hactenus Imperatrici, uel ſupranominatis Monaſteriis, ſicut ipſa ſtatuerit, uel delegauerit. Vt autem huius noſtrae donationis et confirmationis Praeceptum certius credatur et diligentius

ab

ab omnibus per futura tempora obſeruetur, manu propria inſcriptionis eo.- - - - - - - - -.um anuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri iuſſimus. §. CCXVIII.

Signum Domni Berengarii glorioſiſſimi Regis.

Locus Sigilli ✝ cerei deperditi.

Vitalis Cancellarius ad uicem Petri Epiſcopi et Archicancellarii recognoui et ſubſcripſi.

Data Kalendis Decembris, Anno Incarnationis Domini Ieſu Chriſti DCCCXCVIII. Anno uero Regni Berengarii glorioſiſſimi Regis XI per Indictionem Secundam.

Actum Ciuitati Regiae, in Dei nomine feliciter. Amen.

§. CCXVIIII.

CAMPI in hiſtor. Placent. in app. ad a. 899 p. 477 tabulas permutationis recitat, quam Ageltruda cum Maione Abbate S. Vincentii Vulturnenſ. iniit, a nobis praeſertim ob CAMPII libri raritatem haud negligendas: Ageltrudae et Maionis Abbatis charta permutationis.

In nomine Patris, et Filii et Spiritus ſancti hab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, anno ottogenteſimo nonageſimo nono, die uiceſimo tertio menſis Septemb. per inditione * quarta actum in Corſie, ideoque ego Mallo Abbas ex Monaſterio S. Vincenti, qui ſitum fuit in terretorio Eſernie, iuſta Vulturnis fluminis fontem, una cum uoluntate, et conſentiente primati Monachi Monaſterii noſtri bona noſtra uoluntate cum cambiaſſe, adque cum cambiauimus tibi Domna Ageltruda olim Imperatrix Auguſta curtim iuris ſupra ſcripti Monaſterii noſtri, id eſt in territorio Placentino, id eſt Eccleſia, et Cella S. Michaelis Archangeli ſcita intra muro ciuitatis Placentine cum omnia ad ipſa curte et Eccleſia, et cella pertinentes, uel ſubiacentes, ſiue intra muro ciuitatis Placentine, ſiue foris, ſiue caſis, caſalibus, terris, uineis, campis, ſiluis, ſaleſtis, fontibus, limitibus, agris cultis et incultis, mouile uel immouile, ſerui, uel ancille, aldioni, uel aldianabus per ſingula loca, uel uocabula cum omni iure, adiacentiis, pertinentiis deſuper dicta curte, et Eccleſia pertinentes uel ſubiacentes, in integrum ſine ulla noſtra reſeruatione.

In Archiu. Cathedr. Placen.

* ſecunda

CCXVIII. ne. Vnde et per hunc cumcambium - - - re ſuſcepimus a te in ipſo cumcambio curte tua in terretorio Capuano ſita in onore beate Marie Virginis, et cum omnia ad ipſa iam dicta curte, et Eccleſia pertinentes, uel ſubiacentes cum caſis, caſalibus, cultum, uel incultum, mouile uel immouile, ſerui uel ancille, et cum omnia ad ipſa iam dicta curte et Eccleſia pertinentes, uel ſubiacentes in integrum ſine ulla tua reſeruatione.

In eodem tenore ipſum cumcambium inter nobis fecimus, per quia interfuerunt miſſos de Curte Regi Suauilo Comes de Marſie, ſeo de parte Iudici Adalbertus gaſd - - - ſeo de parte Pontificis Andrea presbitero, ſeo et tres bonos credentes homines, quorum admittitur fides, hoc ſunt nomina eorum, Ioannes Diaconus, et Lupo, et Giſelbertus, qui audauerunt ſuper ipſis rebus, et prouiderunt, et recognouerunt ea de per ſe, niſi quod plus, et meliorata res fuiſſet ipſa, quod nos de parte Domne Ageltrude ad partem ſupraſcripti Monaſterii noſtri recepimus, quam fuiſſet ipſa, quod nos ei de parte ſupraſcripti monaſterii noſtri dedimus, in tali ordine ſpondimus nos ſupraſcripti cumcambiatores, et obligamus nos, uel poſterisque, ſupceſſoribus, uel credibus noſtris, qui hunc cumcambium noſtrum disfacere uoluerit, aut de cuius parte disfactum fuerit, aut cui exiſtens culpa claruerit, aut ſi ipſum cumcambium unus alterius da qualiue homine defendere non potuerimus, aut ſi contra anc cartula cauſare preſumpſerimus, componamus unus alterius, cuius exiſtens culpa claruerit, id eſt auri optimi libras decem, et ac cartula cumcambiationis omni quo tempore in ſua permaneat firmitatem. Vnde ſunt due cartule cumcambiationis ſcripte, per me Ioannem, menſe et indictione ſupra ſcripta feliciter.

Ego Mallo immeritus Abbas in hunc cumcambium a nobis factum manu mea ſcripſi.

Ego Andreas indignus ſacerdos, et Praepoſitus in hunc cumcambium conſenſi, et manu mea ſubſcripſi.

Ego Sigenulfus ſacerdos, et Monacus in hunc cumcambium conſenſi, et manu mea ſubſcripſi.

Ego Aripertus indignus ſacerdos et Monacus in hunc cumcambium conſenſi et manu mea ſubſcripſi.

Ego

Ego Scantrudus Diaconus et Monacus in hunc concambium conſenſi et manu mea ſubſcripſi. §. CCXX.

Ego Scambertus Diaconus et Monacus conſenſi et manu mea ſubſcripſi.

Ego Aripertus Diaconus et Monachus in cumcambium conſenſi et manu mea ſubſcripſi.

Signum.

Leo - - - - rogatus ad ſuperſcripti manu mea ſubſcripſi.

Ego Andreas rogatus ad ſuperſcripti manu mea ſubſcripſi.

Ego Lupo rogatus ad ſuperſcripti manu mea ſubſcripſi.

Ego qui ſupra, Ioannes Notarius ſcriptor uius cartulae cumcambiacioni poſt tradita compleui et dedi.

§. CCXX.

Donationem denique piam ex Lege Langobardorum in monaſterium S. Eutitii a. 907 confert Ageltruda. Chartula teſtamenti ad inſtrumentorum priuatorum normam ſatis barbare compoſita reperitur in MVRATOR. t. V Antiquitat. Ital. p. 511: Ageltrudae pia donatio.

In nomine Patris et Filii et Spiritus ſancti, ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti Anni nongenteſimi ſeptimi, die XI Menſe Decembro per Indictione Decima. Actum in Camerino, in ipſo Monaſterio de Natabene. Manifeſta eſt me Ageltruda olim Imperatrice, filia quondam Principis de Beneuento, relicta, ueſte Religionis induta, quae fuit relicta quondam bone memorie Domni Guidoni Imperatori, quae modo in domo permanet, et per qualiter edita Lex Longobardorum continet pagina, ut Religioſa femina, que in domo permanſiſſe, licentia et poteſtate ſua uelle de res ſuas pro anima ſua dare et iudicare tertia parte, et pro qua Domni Guidus et Lambertus Imperatoribus, qui fuerunt Virum adque Filium meum, per eorum precepta mihi confirmauerunt, et conſenſum prebuerunt, ut de omnibus rebus meis licentia et poteſtate, habuiſſe pro anima mea dare et iudicare uel diſponere omnibus, quomodo et qualiter uoluiſſem. Propterea uolo, iudico, adque pro anima mea, et de predicto Viro adque Filio meo, id eſt in Monaſterio San-

Digitized by Google

§. CCXX. ẟti Eutitii Confeſſoris, quod ſitum eſt in loco, quod dicitur Campoli, hoc eſt Curtem meam in territorio Heſinata, locum qui dicitur Rubilliano, cum Oratorio beati Petri Apoſtoli, et cum Caſis arilis et terris et uineis, et omnia ad ipſa cum dicta curte pertinentes uel ſubiacentes res, ſecundum qualiter mihi da Irilgarda per Cartula euenit. Ipſa ſupraſcripta Curte do, trado, et iudico, adque pro anima mea diſpono in ipſo ante dicto Monaſterio, ubi modo Domnus Major abbas eſſe dignoſcitur cum aliis Fratribus, regulariter uiuentes. Hoc autem tenore, ut ibi Petrus Presbiter in ipſa Eccleſia beati Petri habitum et obedientiam habeat, ſicut uoluerit ſicut ceteri Fratres Monachi in eiusdem Monaſterium diebus uite ſue; et ibidem orationes pro anima mea ſeu de predicto Viro adque Filio meo: et ibi faciat obedientiam ipſe prefatus Presbiter, ſicut aliis Fratres eiusdem Monaſterii, et alia obedientia faciunt, et ſiue uoluerit, ſic ſupra ſcripta res in poteſtate de ipſo - - - - - - Monaſterio uel ad ipſos Monachos, quomodo ego pro anima mea decreui, ibi firmum et ſtabile permaneat; et ego pro anima mea dedit uel iudicauit, quod neque a me, neque ab heredibus meis, neque ab ullo homine numquam contradicatur, ſed ſemper in perpetuum ibi firmum et ſtabile permaneat, quomodo ego pro anima mea dedit uel iudicauit, ſicut in edita Lex Longobardorum continet pagina, ſeu et quomodo per precepta dictorum Imperatorum habeo confirmata ſicut ſupra leguntur. Quam uero Cartula Teſtamenti rogatus ad ſupra ſcripta Domna Ageltruda ſcripſi ego Gregorius Notarius ſub die, Menſe, et Indictione ſupra ſcripta feliciter.

Signum manus ſupra ſcripta Domna olim Imperatrix, que hanc Chartula Teſtamenti fieri rogauit.

✝ Ego Aifredo rogatus a Domna Ageltruda olim Imperatrix ſubſcripſi.

✝ Ego Aufredo rogatus a Domna Ageltruda Imperatrix ſubſcripſi.

✝ Ego Treſſea rogatus a Domna Ageltruda Imperatrix ſubſcripſi.

✝ Ego qui ſupra Gregorius Notarius ſciptor huius Cartula Teſtamenti et poſt tradita teſtibus tradidit et dedit.

§. CCXXI.

§. CCXXI.

§. CCXXI. Lambertus Ageltrudae matri curtem Coirani concedit.

Iam aliquoties Lamberti, Widonis et Ageltrudis filii, mentionem fecimus, qui a. 892 paruulus ad regni gubernacula admouebatur. Quare mater facile impetrare potuit, ut ipſi curtem Coirani donaret Lambertus, uti addiſcimus ex diplomate in MVRAT. t. III antiq. Ital. p. 739.

In nomine ſanctae et indiuiduae Trinitatis. Lantbertus diuina fauente clementia Imperator Auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus preſentibus, noſtris uidelicet et futuris, qualiter preclariſſima atque dulciſſima Genitrix noſtra adiit manſuetudinis noſtrae excellentiam per Adelbertum fidelem Comitem ex Comitatu Arbutii, dilectum noſtrum Conſiliarium, ut quandam Cortem, quae uocatur Coiranum in Comitatu Dertonenſe, ipſi Dominae Genitrici noſtrae concederemus, et auctoritate noſtra Imperiali confirmaremus. Nos uero eius precibus obtemperantes, decreuimus ita fieri. Concedimus igitur et confirmamus preclariſſimae Dominae Genitrici noſtrae, heredibus quoque ac proheredibus eius cortem ſupraſcriptam cum omnibus adiacentiis et pertinentiis ſuis iuſte ac legaliter pertinentibus ſeu adſpicientibus in ſingulis fundoris et locis, ſeruis et ancillis utriusque ſexus, familiis, Aldionis, et Aldionabus, terris, uineis, campis, pratis, ſiluis, aquis, aquarumque decurſibus, coltis et incoltis, mobilibus et immobilibus, uel quicquid ad preſcriptam Cortem iuſte ac legaliter pertinere dinoſcitur cum ſuo diſtricto ibidem ſuis degentibus uel aſpicientibus; ita ut neque Dux, Comes, Gaiſtaldius, Loco-poſitus, neque magna, paruaque perſona absque ſui licentia diſtringere uel pignorare audeat, nec ullam moleſtiam facere. Inde iuſſimus eidem Dominae Genitrici noſtrae hoc auctoritatis Preceptum conſcribi, per quod decernimus atque iubemus, ut deinceps de ſupra nominatis rebus ipſa Domina Genitrix noſtra, ſuique heredes ac proheredes habeant poteſtatem iure hereditario habendi, tenendi, fruendi, uendendi, commutandi ex noſtra Imperiali largitate et auctoritate pleniſſima, ſicut Lex eſt, et iuſtitia unicuique homini de ſuis propriis facere rebus. Quicunque autem huius noſtrae munificentiae uiolator aut inuaſor extiterit, uel aliquam uiolentiam agere praeſumpſerit, quadringentas Libras auri optimi culpabilis habeatur, in perſoluendum medietatem Palatio noſtro, et medie-

Digitized by Google

§.CCXXI. medietatem praefatae Dominae Genitrici noſtrae, ſuisque heredibus, uel cuicumque easdem res ei placuerit diſtribuere. Et ut haec noſtra largitio preſens in ſua permaneat poteſtate, et ut uerius credatur, ab omnibusque obſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, et anuli noſtri impreſſione ſigillari iuſſimus.

Signum Domni ac Sereniſſimi Lantberti Imperatoris Auguſti.

Am - - - - Notarius ad uicem Helburgi ſummi Cancellarii recognoui et ſcribſi.

Data Menſe Maii, die IV. Indictione XIV. Anno Domini DCCCXCVI. Anno uero Domni Lantberti Imperii eius V.

Actum Papiae in Dei nomine feliciter. Amen.

2. Ageltrudae interuentus. Flagitante Ageltrude Lambertus Imperator Corticellam in Comitatu Regienſi poſitam donat Ingelberto Vice Comiti Parmenſi, anno 895 in MVRAT. cit. loc. t. I p. 437: *quia Domina et Genitrix noſtra Ageltruda glorioſiſſima Imperatrix Auguſta pariter cum Liutaldo fideliſſimo Vaſſo noſtro noſtram Ceſaream flagitauit clementiam* etc.

§. CCXXII.

Berthilae, Berengarii Imp. uxoris, memoria diplomatica. Berengarius, Euerhardi Ducis Foroiul. filius ex Giſela, Ludouici Pii Imp. filia, iam a. 888 Rex Italiae conſtituebatur. Ipſi quidem cum Widone decertandum erat, ſed laetior fortuna Berengarium iuuabat, qui etiam a. 915 ad Imperatoris dignitatem euectus glorioſum nomen poſteritati tradidit. Duas ipſius uxores chartae commemorant, alteram Berthilam, alteram Annam. Prioris interuentum plurima mariti diplomata referunt apud VGHELL. Ital. ſac. T. IV p. 969: *quia dilectiſſima coniux noſtra Bertila, et conſors noſtri regni humiliter noſtram adiit clementiam* etc.

IBID. T. II p. 254: *per Berthillam dilectam coniugem, et conſortem Regni noſtri noſtrae ſuggeſſit manſuetudini* etc.

IBID. T. II p. 259: *interuentu noſtrae dilectiſſimae coniugis Berthilthae, quae regni noſtri conſors agnoſcitur.*

IBID. T. V p. 499: *Berctilan dilectiſſimam coniugem noſtrique regni conſortem pietatis noſtrae excellentiam ſubnixis exoraſſe precibus* etc.

IBID.

Digitized by Google

IBID. T. V p. 178: *ob impetrationem Berſilae dilectae coniugis et conſortis regni noſtri* etc. §CCXXII.

MVRATOR. Antiq. Ital. T. III p. 7: *qualiter per interuentum Berctile dilectiſſime coniugis et conſortis regni noſtri* etc.

§. CCXXIII.

Alteri coniugi Annae curtem de Pratoplano per donationis praeceptum indulgebat maritus Berengarius in MVRAT. T. I p. 123 ſq.

Berengarius alteri coniugi ſuae Annae curtem de Prato Plano donat.

In nomine Domini Dei aeterni. Berengarius diuina ordinante clementia Imperator Auguſtus. Benignitati diuinae deputare debemus, quod ſua ineffabili clementia immeritos ad hoc Imperiale faſtigium prouexit, nobisque aſpirauit, ne ultima nos dies imparatos reperiſſet, ut de celeſti regione, in qua non peregrini, ſed heredes eſſe debemus, ſollicita intentione ipſius adiutorio conſiderare ſtuderemus; ſicque factum eſt, ut ſana mente et uoluntaria poteſtate opitulante Chriſto per precepta noſtrae conceſſionis et ordinationis quomodocumque melius prouideretur noſtri iuris et proprietatis predia atque hereditates pro Dei amore et remedio animae noſtrae, ne in poſterum ex his aliqua oriretur intentio per noſtrae ſucceſſionis genus preſenti auctoritate diuidere, atque iure - - - - - largiri dignaremur. Ideoque nouerit omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum induſtria, eo quod nos, ſicut prolocuti ſumus, pro Dei amore, animaeque noſtrae remedio, et interuentu Widonis, reuerentiſſimi - - - - - nec non et ſupplicationibus Odelrici incliti Marchionis Curtem noſtrae proprietatis de Prato Plano finibus Placentinis, cum Capella ibidem conſtructa et omnibus adiacentiis et pertinentiis ſuis in integrum iure proprietario Annae dilectae Coniugi noſtrae conceſſimus, ac de noſtro iure et dominio in eius ius et dominium omnino transfudimus ac delegauimus, una cum caſis, terris, uineis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, ſaletis, ſacioſis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſeruis et ancillis, Aldionibus et Aldianis, montibus, uallibus, paludibus, planiciebus, coltis et incoltis, diuiſis et indiuiſis, omnibusque ad ſe iuſte et legaliter pertinentibus, ad habendum, tenendum, uendendum, alienan-

Mmm dum,

Digitized by Google

§. CCXXIII. dum, pro anima iudicandum, et quicquid uoluerit perpetuo faciendum, abſque totius poteſtatis contradictione. Si quis igitur hoc noſtrae auctoritatis et ordinationis atque preſentis conceſſionis Preceptum infringere uel uiolare temptauerit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras centum, medietatem Camerae noſtrae, et medietatem praedictae Annae Coniugi noſtrae, aut cui ipſa dederit, aut haberi conceſſerit. Quod ut uerius credatur, et diligentius obſeruetur, manu propria roborantes de anulo noſtro ſubter inſigniri iuſſimus.

Signum Domni Berengarii ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Iohannes Epiſcopus et Cancellarius ad uicem Ardingi Epiſcopi et Archicancellarii recognoui et ſubſcripſi.

Data VI Idus Septembris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXX. Domni uero Berengarii ſereniſſimi Regis XXXIII, Imperii autem ſui VI. Indictione IX.

Actum Papiae in Chriſti nomine feliciter. Amen.

§. Annae recordatur diploma mariti.

Mentio huius Annae occurrit etiam in VGHELL. T. V p. 146: *nouerit induſtria, Annam dilectam coniugem, Regnique noſtri conſortem noſtrae pietatis exoraſſe clementiam* etc.

§. CCXXIIII.

Hugo et Lotharius, Reges Italiae, Annae Imperatrici duarum Curtium proprietatem confirmant.

Dum Hugo et Lotharius regnum Italiae gubernarent, Annae imperatrici uiduae duarum Curtium poſſeſſionem ſingulari praecepto a. 937 roborarunt, quod recitabimus ex MVRATOR. T. III antiquit. Ital. p. 57:

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Regis aeterni. Hugo et Lotharius gratia Dei Reges. Conuenit Regali magnificentiae in neceſſitatibus ſubuenire alterius, et racionabilibus noſtrorum fidelium peticionibus aſſenſum prebere, quatenus id agendo praemium aeternae remunerationis mereatur accipere. Ideoque nouerit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum uniuerſitas, Domnum Hildoinum ſanctae Mediolanenſis Eccleſiae uenerabilem Archiepiſcopum, et Widonem ſanctae Placentinae Eccleſiae Epiſcopum, excellentiſſimos fideles atque

atque Conſiliarios noſtros, noſtram humiliter exoraſſe celſitudinem, quatenus Annae quondam Imperatrici relictae diuae memoriae Berengarii Imperatoris, noſtrae confirmationis Praeceptum fieri iuberemus, per quod duas Cortes olim de iure Regni noſtri pertinentes, quas idem Imperator ei contulit, id ſunt Cortes in Summo Lacu, quae dicitur Ripa, et Cortes altera, quae dicitur Mauriatica, confirmaremus et corroboraremus. Quorum petitionibus annuentes, prout iuſte et legaliter poſſumus, confirmamus et corroboramus ei praedictas duas Cortes cum illarum integritatibus una cum caſis, terris, uineis, campis, pratis, paſcuis, ſiluis, ſalictis, ſationibus, aquis, aquarumque decurſibus, montibus, uallibus, alpibus, planiciebus, cum ſeruis et ancillis utriusque ſexus, cum Aldionibus et Aldianis, quae dici uel nominari poſſunt, ad ipſas duas Cortes iuſte et legaliter reſpicientibus in integrum: ut habeat, teneat, firmiterque poſſideat, habeatque poteſtatem tenendi, uendendi, donandi, commutandi, alienandi, pro anima iudicandi, uel quidquid eius decreuerit animus faciendi, omnium hominum iniuſta contradictione remota. Si quis igitur huius noſtri Praecepti uiolator extiterit, ſciat, ſe compoſiturum auri optimi libras quinquaginta, medietatem Kamerae noſtrae, et medietatem praedictae Annae olim Imperatrici, ſuisque heredibus. Quod ut uerius credatur, diligentiusque ab omnibus in perpetuum opſeruetur, manibus propriis roborantes, de anulo noſtro ſubter annotari iuſſimus. 5. CCXXIIII.

Signum ſereniſſimorum Hugonis et Lotharii Regum.

Petrus Cancellarius ad uicem Gerlanni Archicancellarii recognoui et ſubſcripſi.

Data XVI Kalendas Iuli, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXXVII. Regni uero Hugonis inuictiſſimi Regis X et Domni Lotharii item Regis V. Indictione VIIII.

Actum Papiae feliciter. Amen.

Ceterum ſuam ipſius uxorem appellat Hugo in VGHELL. Ital. ſacr. T. II p. 156: *Id ipſum autem per dilectiſſimam coniugem noſtram Aldam - - - - - corroborari poſtulauit.* 2. Hugonis Regis uxor Alda.

Digitized by Google

§. CCXXV.

§. CCXXV.

Lotharii regis et Adelheidae pacta dotalia.

De Adelheida, Lotharii coniuge, quae poſtea Ottoni I Imp. nupſit, c. III uberius commentati ſumus. Hic pacta dotalia inter eamdem et Lotharium inita repetere liceat ex MARGARINI Bullario Caſin. t. II p. 41:

In nomine Sanctae, atque indiuiduae Trinitatis. Hugo, et Lotharius, diuina fauente clementia, Reges. Condito ad imaginem, atque ſimilitudinem ſuam primo hominum, Creator omnium Deus Coniugem adhibere uoluit: ſed quia Angelicum ordinem de Coelis propter ſuperbiam eiectum, ſolus Adam ſupplere nequiuerat, cum ſua ſibi adiecta coniuge filios, filiasque gignendo, in infinitum multiplicata prole, decimum ordinem reſtauraret; et Viro mulier iuuamen exiſteret, quam non ut Virum ſimpliciter de limo terrae naſci uoluit, ſed et de Viri coſta ſuperno adepta producens, in ſimilem edidit formam, ut una, et eadem caro ambobus eſſet; atque de oſſe mulier licet fragilem uigorem acciperet; unde ſcriptum eſt, Derelinquet homo Patrem et Matrem, et adhaerebit Vxori ſuae, et erunt duo in carne una. Ipſe etiam Mediator Dei et hominum nouus homo adueniens, in Cana Galileae nuptiis intereſſe, easque ſanctificare uoluit, Sponſamque ſibi Sanctam Eccleſiam ſociam, poſteris relinquens exemplum, reliquit, ut nuptialis foederis connexio fieri non deſinat, et ad procreandam poſtmodum ſobolem mutua, indiſſolubilique dilectione perſiſtat. His itaque informatus exemplis Ego, in Chriſti nomine, Lotharius, diuina fauente clementia, Rex, diuina diſpenſante prouidentia, conſultuque noſtrorum fidelium, Adeleidem Filiam diuae memoriae Rodulphi Regis mihi in coniugium copulare decernens, ſponſare diſpoſui. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium, ac futurorum induſtria nouerit, qualiter praefatae Adeleidae ſponſae meae quinque Curtes iuris noſtri, uidelicet Curtem de Marinco, et Curtem de Curtiano, Curtem de Olona, cum omnibus eius pertinentiis, ad quas mille manſi pertinere cernuntur. In Coruini etiam Comitatu Curtem de Vali, cum manſis quinquaginta, et aliam Curtem in eodem Coruina, cum manſis triginta; Abbatiam de Sexto in Comitatu Lucenſi ſitam, cum manſis duo millia, et Abbatiam S. Antonii in Comitatu Senenſi, cum manſis mille, atque Abbatiam

S. Sal-

S. Saluatoris in monte Amate, et iacentem in Comitatum Duſenſi; §.CCXXV.
cum manſis quingentis, qui ſumma quatuor millia quingenti octuaginta, per hanc noſtri praecepti paginam, ſub Dotis nomine concedimus, donamus, penitusque largimur, atque de noſtro iure, et dominio in eius ius, et dominium omnino transfundimus, et delegamus, una cum Caſtellis, caſis, ſeruis, et ancillis, aldionibus, et, aldiis, terris, campis, uineis, pratis, ſiluis, montibus, uallibus, planiciebus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnibusque rebus ad praelibatas Curtes, et Abbatias in integrum pertinentibus, quatenus perpetuario iure habeat, teneat, firmiterque poſſideat; habeatque poteſtatem donandi, uendendi, commutandi, alienandi, per omnia uendicandi, et quicquid decreuerit omnibus faciendi; hominum omnium contradictione remota. Si quis igitur hoc noſtrae Dotis praeceptum infringere temptauerit; nouerit ſe compoſiturum auri optimi libras mille praefatae Adeleidae puellae, noſtrisque, et ſuis haeredibus; quod, ut uerius credatur, diligentiusque ab omnibus obſeruetur, manibus propriis roborantes, anuli noſtri impreſſione ſupter iuſſimus inſigniri.

Locus Signorum ✝ ✝ Hugonis, et Lotharii Regum.

Giſeprandus Notarius ad uicem Otonis Epiſcopi, et Archicancellarii recognoui.

Data pridie Idus Decembris, Anno Dominicae Incarnationis 938. Regni uero Domni Hugonis XII. Filii eius Lotharii item Regis VII. Indict. XI.

Actum in Burgundia in Curte, quae Columbaris dicitur feliciter.

§. Berengarii II regis uxor Willa.

Berengarii II Regis uxoris Willae notum annalibus, ſed odioſum nomen. In chartis eam non reperi, quamquam non adeo ſolicite indagārim. conf. MVRATOR. hiſtor. Ital. p. 408 ſq. et paſſim.

APPENDIX II
DE
NONNVLLIS DIPLOMATIBVS IMPERATRICVM GRAECARVM.

§. CCXXVI-CCXXVII.

§. CCXXVI.

NOuus campus, isque ſatis amplus mihi daretur, ſi Auguſtarum Conſtantinopolitanarum diplomata perueſtigare inſtitutum ferret. Opus difficilioris laboris, at non multae (ſi ad res Germanicas referatur) utilitatis eſſe exiſtimaui; quamobrem de quibusdam tantum Auguſtarum Graecarum tabulis, in quas, dum princeps meum ſtudium perſequerer, incidi, nonnihil commentabor. Auxilium quoque a ſplendido iſto ſcriptorum Byzantinorum apparatu interdum petam. Auguſtas potiſſimum ex CAROLI DV FRESNE hiſtoria Byzantina, familias et ſtemmata ac numos Imperatorum tradente, licebit cognoſcere.

De Galla Placidia. GALLAE PLACIDIAE bullam dubiam iam §. VII deſcripſimus. Hic addimus DAVID. RVHNKENII diſſ. II de Galla Placidia Auguſta. Priuilegia, quibus Auguſtae in legibus Romanis ornantur, indicauimus §. IIII.

§. CCXXVII.

Theodorae, Iuſtiniani M. uxori, fidei ſacramentum exhibendum erat. Quam effrenata regnandi libidine agitata fuerit THEODORA, Iuſtiniani M. Imp. coniux, teſtantur hiſtoriarum auctores, loquuntur leges. Magiſtratus ipſi haud ſecus ac marito fidem ſacramento promittere ſolebant, quod tradit Nouella VIII tit. 3: *Iuro ego per Deum omnipotentem, et filium eius unigenitum, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, et Spiritum ſanctum, et per ſanctam glorioſam Dei genitricem*

et

et ſemper uirginem Mariam, et per quatuor euangelia quae in manibus meis teneo, et per ſanctos archangelos Michaelem et Gabrielem, puram conſcientiam germanumque ſeruitium me ſeruaturum ſacratiſſimis noſtris dominis Iuſtiniano et Theodorae coniugi eius, occaſione traditae mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: et omnem laborem ac ſudorem cum fauore ſine dolo et ſine arte quacumque ſuſpicio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio atque republica. Reperitur hoc iusiurandum in Codice Iuridico chartaceo Graeco ſeptimo apud NESSELIVM p. 19. Specimina plura addere dubitamus, ne actum ſaepius agere uideamur. Congeſſere eadem STRVV. in hiſtor. iur. c. 3. GVNDLING. in obſeruatione de Theodora t. I Obſeruat. ſelectar. p. 202 ſq. ENGELBRECHT. in programm. de nomotheſiae Theodorae ſpeciminibus quibusdam, ac praecipue ill. LVDEWIG. in uita Iuſtiniani M. add. IO. HENR. BOECLER. de ſingulari Iuſtiniani Imperatoris fauore erga feminas.

§. CCX-XVIII.

In nomotheſia Iuſtiniani aperte dominatus uxor.

§. CCXXVIII.

Sed non una fuit Theodora, quae dominatum affectauit. Plures ui, clam, precario regni negotia tractabant; nonnullis Imperatoris filii regnique tutela committebatur. Meminimus Irenes, quae filii Flauii Conſtantini tutricis nomine rem publicam per decennium adminiſtrauit. Quae inter Irenen et Carolum M. aliosque principes acta fuere, ea ſedulo collecta in DV MONT ſupplemento Corp. diplomat. t. I P. II reperimus, unde nonnulla in primis ad Caroli M. hiſtoriam pertinentia hic repetere liceat. Iam §. XLVI, 2 ſperati Caroli et Irenes matrimonii mentionem fecimus; hic omnia plenius cognoſcemus.

Acta Irenes et Caroli M.

Article CCCXLVIII. p. 318.

Traité entre l'Imperatrice Irene, et Charlemagne.

Année 781 depuis Ieſus-Chriſt.

Pendant que Charlemagne étoit en Italie, l'Imperatrice Iréne, qui appréhendoit que ce Prince, ſollicité par le Pape, ne fût tenté de conquérir les Pais qui reſtoient encore à l'Empire des Grecs, chercha à l'en detourner par une Alliance, ou il pouvoit trouver lui-

pem, ſuosque haeredes quoslibet iure haereditario pertinebit, ipſaque medietas altera in feodum tenebitur ab eisdem. §. CCXXV. Si uero dictus Princeps liberos ex dicta nepte noſtra ſuſceperit, qui poſt eius obitum ſuperuiuant, iidem liberi eidem nepti noſtrae in totali dicto Imperio, caſu quolibet, pleno iure ſuccedent, praerogatiua nihilominus inter eos obſeruata. Et ſi forſan dictus Princeps poſtquam praemiſſum paſſagium fecerit, ſicut praedicitur, absque liberis ex dicta nepte noſtra decederet, etiam dicti Imperii medietas, modo et forma praedictis, ad Karolum ipſius Principis primogenitum et haeredes ſuos ex Johanna conſorte ſua dictae neptis noſtrae ſorore naſcituros, uel ad alios quoscumque, ſi nullos ex ipſa ſuſciperet, deueniret, et iure haereditario pertineret. Caeterum ſi dictus Princeps antequam dictum paſſagium fecerit, ſicut praedicitur, morte praeueniatur, quod abſit, nullis ipſius liberis ex dicta nepte noſtra ſuperſtitibus, totum dictum Imperium pleno iure dictae neptis noſtrae, ſuisque haeredibus remanebit. Hoc ſaluo quod dictus Karolus eiusdem Principis primogenitus aſſumere poterit paſſagium memoratum. Quod ſi conuenienter fecerit, ſicut praedicitur, acquirat, uel non acquirat ipſum Imperium, medietas ipſius ad eundem Karolum, ſuosque haeredes ex dicta Iohanna naſcituros, uel alios quoslibet, ſi nulli ex ipſa Iohanna ſubſiſterent, ex cauſa praemiſſa deueniet, et haereditarie pertinebit. Ipſa tamen medietatis ſuperioritas et feodum cum totius Imperii dignitate ad dictam neptem noſtram, et ſuos haeredes, qui in altera medietate ſuccedent, plenarie pertinebunt. Has autem donationes et conceſſiones in forma praemiſſa dictus germanus noſter pater dictorum Katharinae et Iohannae neptum noſtrarum, bonorumque ipſarum adminiſtrator legitimus deliberatione habita diligenti, conſiderata utilitate tam filiarum praedictarum, quam haeredum ipſorum approbauit, et uoluit, et auctoritatem impertiit donationibus et conceſſionibus antedictis, et ipſas donationes et conuentiones praedicta Iohanna cum auctoritate et aſſenſu patris ſui germani noſtri adminiſtratoris ſui legitimi, approbauit, uoluit, et laudauit.

Catharina et Iohanna conuentionem iureiurando roborant.

Promittentes dictae Katharina et Iohanna per ſua iuramenta corporaliter, et tactis ſacroſanctis Euangeliis praeſtita, quod contra huiusmodi donationes et conuentiones per ſe uel per alium non uenient in futurum, ſed eas tenebunt firmiter et ſeruabunt, ac teneri procurabunt et firmiter obſeruari, renuntian-

Digitized by Google

§. CCXXXV.

et uariis beneficiis et exceptionibus iuris ciuil. renunciant.

tes ſpecialiter et expreſſe de certa eorum ſcientia non errantes, certioratae etiam prius ſingulariter de infra ſcriptis beneficio minoris aetatis, et reſtitutionis in integrum, ac diuiſionis inter eos faciendae, exceptioni doli, metus, et rei non ſic geſtae et habitae, ut ſuperius eſt expreſſum, et ſpecialiter iuri dicenti donationem quingentorum aureorum excedentem ſine inſinuatione non ualere, nec donatorem obligare cum effectu, iuri etiam dicenti quod propter uitium ingratitudinis, uel inofficioſitatis donationes quaeque reuocari poſſunt in toto uel in parte, omnique priuilegio crucis et fori a quocumque Papa, Praelato, uel Principe indulto, uel indulgendo, conceſſo, uel concedendo, et omnibus iuribus, priuilegiis, et gratiis in fauorem mulierum generaliter et ſpecialiter introductis: et generaliter omnibus aliis exceptionibus, cauillationibus, allegationibus, priuilegiis, et cautelis tam iuris quam facti, quae contra praemiſſa uel eorum aliqua poſſent aliquatenus obiici uel opponi, et generaliter iuri generalem renuntiationem reprobanti. Supplicantes nobis eaedem Katherina et Iohanna dictusque germanus noſter pater earum pro ſe et eis, ac dictus Princeps pro ſe et Karolo eius primogenito praedicto, quod nos praedictis donationibus et conuentionibus de dicto Imperio factis coram nobis, ſicut praedicitur, noſtrum uellemus interponere decretum, noſtramque auctoritatem eisdem impertiri, et ſupplere de plenitudine poteſtatis noſtrae regia, ſi quid in ipſis ſupplendum exiſteret, quod ſolemnitati in praemiſſis habendae debitae, defuiſſet. Nos uero attendentes ipſas donationes et conuentiones iuſte et rationabiliter eſſe factas, et necdum partibus, ſed toti quodammodo Chriſtianitati multipliciter profuturas, cum per acquiſitionem dicti Imperii, ad quam dictos Principem et eius filium aptiores haeredibus dictarum Katherinae et Iohannae, modernisque aliis reputamus, infinitae animae fraude diabolica captiuatae, poſſint et debeant, ut ſperamus, a dicta captiuitate liberari, et ſub ouili fidei Chriſtianae recludi, dictas donationes et conuentiones rite et iuſte factas eſſe decernimus, et eisdem cum omni ſolemnitate qua poſſumus noſtrum regium duximus interponendum decretum, ſupplentes de plenitudine noſtrae Regiae poteſtatis, quidquid ex legitimis et debitis ſolemnitatibus deficeret in eisdem. Quod ut ſtabilitate perpetua maneat inconcuſſum, praeſentes litteras ſigilli noſtri munimine fecimus roborari.

Actum

Actum apud Fontem Bliaudi anno Domini MCCCXIII. menſe Iulii. Per Dominum Regem. Guido. §. CCXXVI.

Conf. Hiſtoire de Conſtantinople ſous les Empereurs franç. L. VII ad a. 1313.

§. CCXXXVI.

Andronicus Palaeologus uxorem ſecundam habuit Yolandam, quam Graeci Irenen uocabant, Guillielmi VI Marchionis Montisferrati filiam, quae Marchionatum Montisferratenſem iure hereditario acquiſitum filio Theodoro Palaeologo tradidit poſſidendum, quousque ſibi placuerit. Tabulae inueſtiturae adhuc exſtant in SAM. GVICHENON. bibliotheca Sebuſiana p. 152 et LVNIG. Cod. Ital. diplom. t. III p. 1765.

Yolanda Imperatrix Theodorum Palaeologum filium marchionatu Montisferrati inueſtit.

Ex Hiſtoria Montisferrati Beneuenuti San. Georgii MS. quae eſt in Archiuo Regio Taurinenſi.

In Nomine Domini Amen.

Per praeſens Inſtrumentum publicum notum; in Chriſto fidelis *Imperatrix* (a) et *Moderatrix Graecorum*, DVCINA, ANGLINA, COMNENA, PALEOLOGINA, *ſemper Auguſta*. Damus et concedimus dilectiſſimo nato noſtro, Domino THEODORO (b) COMNENO PALEOLOGO *Porphyrogenito* Marchionatum Montisferrati, qui iure haereditario nobis ſuccedit, tam ex teſtamento noſtri chariſſimi genitoris, Domini *Guilielmi* (c) recordationis felicis, quam etiam ex teſtamento Domini *Ioannis*, (d) dilectiſſimi fratris noſtri, quondam Domini Marchionis, ut apparet per plura inſtrumenta publica, inde confecta; ita nidelicet, quod dominium ipſius Marchionatus noſtri Montisferrati, Caſtra, terras et loca, homines et Vaſal-

(a) *Imperatrix*] Yolanda, ſiue Violanta de Monteferrato, ſcilicet Andronici Palaeologici, Graecorum Imperatoris, Coniux.

(b) *Theodoro*] a quo ſecunda Marchionum Montisferrati linea exordium ſumit, is nupſit *Argentinae Spinulae*.

(c) *Guilelmi*] eius nominis 7. Marchionis Montisferrati, cognomine Magni.

(d) *Ioannis*] qui obiit ſine liberis ex Margareta Sabauda, ideo Yolandam, ſororem ſuam, Graecorum Imperatricem, haeredem teſtamento ſcripſit anno 1305.

 Vaſallos habeat, teneat et poſſideat uice et nomine noſtro, quouſque Nobis placuerit, ipſe et filii eius legitimi, dummodo ad nullam aliam perſonam extraneam transferatur. De quo quidem Marchionatus noſtri dominio, et omnibus iuribus ad ipſum Marchionatum pertinentibus, inueſtimus cum baculo ipſum Dominum *Theodorum Comnenum Paleologum Porphyrogenitum*, dilectiſſimum natum noſtrum. Et hanc noſtram conceſſionem et omnia et ſingula ſupra ſcripta promittimus inuiolabiliter perpetuo obſeruare. In cuius rei teſtimonium praeſens inſtrumentum ſcribi iuſſimus per manum Magiſtri *Nicolai de Parma*, *Notarii Aulae noſtrae*, et roborari ipſam fecimus *aurea Bulla* Imperii noſtri pendenti.

inueſtitura cum baculo.

Actum anno Domini MCCCVI praeſentibus et teſtibus ad hoc ſpecialiter uocatis et rogatis, uidelicet Domino *Nicolino Baſtardo de Monteferrato*, *Auunculo* noſtro. Nobili muliere, *Domina Guaſcha de Mott. Seuaſto Cobalogotheta*, *Protiſingritis Comneni filio.*

§. CCXXXVII.

Annae Imp. effigies et ſigillum.

Andronici iunioris coniux altera erat Iohanna, Graecis Anna, Amedaei V Comitis Sabaudiae filia, cuius effigiem delineatam uidemus in PETR. POSSINI obſeruat. Pachymerianis p. 72: quantopere res imperii tractauerit Anna, enarrat IOHANNES CANTACVZENVS in hiſtor. et L. III c. 53 Imperatricis, ait, ac filii ipſius Iohannis nomina eidem aureae bullae adſcripta fuiſſe. Add. NICEPHORI GREGORAE hiſtor. paſſim.

§. CCXXXVIII.

CODINI enarratio ritus coronationis Auguſtarum.

De ritu coronationis Auguſtarum imperii Graeci nonnihil ex CODINI CVROPALATAE officiis Conſtantinop. c. XVI §. 23 ſq. commemorare non piget:

23. Ἐὰν οὖν συμβῇ μὴ ἔχειν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον γυναῖκα τὸν βασιλέα, εὐθὺς μετὰ τὸ κατελθεῖν τοῦ ἄμβωνος ἀνέρχεται πάλιν εἰς ἀναβάθραν, καὶ καθίζει ἐπὶ τοῦ θρόνου, εἰ δὲ ἔχει γυναῖκα, πᾶσά ἐστιν ἀνάγκη στεφθῆναί τε καὶ αὐτήν. γίνεται δὲ καὶ τοῦτο οὕτως.

24. Ἡ μὲν

24. Η μὲν προεστεμμένη καὶ μήτηρ τοῦ νέου Βασιλέως, ζῶντος μὲν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς §. CCXXVIII.
καὶ Βασιλέως, τοῦ πατρὸς δηλονότι τοῦ νέου Βασιλέως, ἵσταται στεφοφοροῦσα, κατέχουσα τῇ χειρὶ βαΐον χρυσοῦν, ἔχοντι ἀπὸ τῆς κορυφῆς καὶ κάτωθεν ὅσον σπιθαμιαῖον μῆκος μαργαριτάρια, καὶ λιθάρια ἐμπεπηγμένα κυκλόθεν.

25. Εἰ δὲ τύχοι οὖσα χήρα, τὸ μὲν βαΐον κατέχει καὶ ἱσταμένη καὶ καθημένη. φορεῖ δὲ ἔνδυμα μέλαν, λεγόμενον ἱμάτιον, καὶ μανδύαν ὀξύν.

26. Η δὲ νέα Βασιλὶς ἱσταμένη καὶ αὐτὴ, καὶ κατεχομένη ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν ὑπὸ δύο συγγενῶν τῶν γνησιωτάτων. εἰ δὲ μὴ ἔχει γνησίους, ὑπ' Εὐνούχων δύο, κατέρχεται ἀπὸ τῆς ἀναβάθρας, καὶ ἐρχομένη ἵσταται πρὸ τοῦ Σωλείου.

27. Κατερχόμενος οὖν τοῦ ἄμβωνος ὁ Βασιλεὺς καὶ ἀνὴρ αὐτῆς λαμβάνει ἀπὸ τῆς τοῦ Πατριάρχου χειρὸς τὸ στέμμα εὐλογηθὲν πρότερον παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. οὐχ ὅμοιον τῷ τοῦ Βασιλέως, ἀλλ' ἕτερόν τι σχῆμα προητοιμασμένον ὑπάρχον καὶ βασταζόμενον καὶ αὐτὸ, ἢ ὑπὸ γνησίων, ὡς εἴρηται, συγγενῶν αὐτῆς, ἢ ὑπὸ δύο Ευνούχων, ἡ δὲ ἐπιτεθέντος τῇ κεφαλῇ αὐτῆς τοῦ στέμματος παρὰ τῆς τοῦ Βασιλέως καὶ ἀνδρὸς αὐτῆς χειρὸς, εὐθὺς προσκυνεῖ τὸν Βασιλέα καὶ ἄνδρα αὐτῆς, ὥσπερ ὁμολογοῦσα διὰ τῆς προσκυνήσεως ὑπ' αὐτὸν εἶναι, καὶ ὑποτετάχθαι αὐτῷ.

28. Ο δὲ Πατριάρχης πλησίον τοῦ σωλείου ἱστάμενος, καὶ αὐτὸς ἀναγινώσκει ἑτέραν αὖθις εὐχὴν ὑπέρ τε τοῦ Βασιλέως, καὶ παντὸς τοῦ ὑπηκόου λαοῦ. καὶ οὕτω μὲν στεφόμενος ὁ Βασιλεύς στέφει καὶ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ γυναῖκα.

29. Εἰ δὲ συμβῇ προεστεμμένον εἶναι τὸν Βασιλέα, στέφεται ἡ Βασιλὶς παρὰ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ἢ βασιλέως, ὁμοίως ὅταν ἀγαγόμενος αὐτὴν εἰς γυναῖκα ἐπιτελῇ τὴν ἐπιγάμιον τελετήν.

30. Αν δὲ, ὡς προείπομεν, γίνεται μετὰ τὸ στέψαι μὲν τὸν νέον Βασιλέα τὴν ἰδίαν γυναῖκα, καὶ Βασιλίδα, ἐκείνην δὲ ὡς εἴρηται, προσκυνῆσαι. ἀναβάντες καὶ οἱ δύο εἰς τὴν ἀναβάθραν, καθηνται αὖθις ἐπὶ τὸν θρόνον, ὁ μὲν Βασιλεὺς κατέχων Σταυρὸν, ἡ δὲ νέα Βασιλὶς Βαΐον, κατὰ τὸ εἰρημένον. καὶ τῆς μὲν ἄλλης μυσταγωγίας γινομένης. κάθηνται οἱ Βασιλεῖς. τοῦ τρισαγίου δὲ ὕμνου ᾀδομένου, ἢ τῶν Αποστολικῶν γραφῶν, ἢ τῶν θείων Ευαγγελίων ἀναγινωσκομένων, ἀνίστανται καὶ αὐτοί. Hoc eſt:

XXIII.

§. CCX-XXVIII. XXIII. Si igitur eo tempore Imperator necdum uxoratus ſit, ſtatim poſt deſcenſum ex ambone, aſcendit rurſus in anabathram, ſeu tabulatum, et ſedet in throno ſuo. Si iam uxorem habeat, plane neceſſarium eſt, ut et ipſa coronetur: quod fit hunc in modum.

XXIV. Imperatrix prius coronata, et mater noui Imperatoris, ſi uiuat adhuc maritus eius Imperator et pater noui Imperatoris, ſtat ſtemmate conſpicua, tenens aureum ramum, habentem a uertice usque ad imum, quaſi in longitudinem ſpithamae, margaritas et uniones in orbem infixos.

XXV. Si uidua ſit, ramum quidem et ſtans et ſedens tenet, fert uero indumentum nigrum, quod Himatium appellatur, et Mandyam coloris uberrimi.

XXVI. At noua Imperatrix ſtans et ipſa, et ſuſtentata utrinque a propinquiſſimis cognatis; ſi autem cognatis propinquis et genuinis careat, a duobus Eunuchis, deſcendit ex anabathra, et ueniens ſtat ante Soleam.

XXVII. Deſcendens igitur de ambone Imperator, maritus eius, acceptum ex Patriarchae manu prius benedictum ſtemma imponit capiti uxoris ſuae, non eius formae, cuius eſt ſtemma Imperatoris, ſed alterius, quod prius hanc in rem praeparatum fertur, et ipſum uel a genuinis cognatis, uel a duobus Eunuchis. Illa ſtemmate capiti impoſito, ſtatim adorat Imperatorem et coniugem ſuum, quaſi per delatam reuerentiam aperte fateatur, ſe illi ſubiectam eſſe.

XXVIII. At Patriarcha prope ſoleam ſtans et ipſe recitat alteram orationem pro Imperatore, et Imperatrice, omnique populo ſubdito. Et ſic quidem coronatus Imperator, coronat etiam propriam uxorem.

XXIX. Si Imperator prius coronatus fuerit, coronatur Imperatrix a proprio coniuge ſuo et Imperatore, quando ducta illa in uxorem, nuptialem ſolemnitatem peragit.

XXX. Si autem, ut praediximus, fiat, poſtquam nouus Imperator propriam uxorem et Imperatricem coronauit, et poſtquam illa eumdem debita ueneratione affecit, aſcendentes ſimul in anabathram, ſeu tabulatum, rurſus conſident in thronis, Imperator quidem tenens Crucem, noua uero Imperatrix ramum ſeu palmam, ut antea oſtenſum, dumque myſtagogia peragitur, Imperatores ſedent, at decantato Triſagio, uel Apoſtolicis ſcripturis diuinisque Euangeliis lectis, ſurgunt et ipſi. §. CCXXXVIIII.

Digitized by Google

§. CCXXVIIII.

§. CXXVIIII. Ratio ſcribendi Patriarchae Conſtantinop. ad Imperatricem.

Ad rei Auguſtarum diplomaticae commoda ſcire intereſt, quomodo Patriarcha Conſtantinopolit. ad Imperatricem ſcripſerit. Id quod docet ἔκθεσις νέα Codini libro de officiis addita p. 357 ſq.

περὶ Βασιλισσῶν.

Γνώρισμα τῶ πρὸς Βασίλισσαν πιττακίω ἀκριβῶς ἐκ οἶδα. δοκεῖ δ' ἔμοι μᾶλλον ἵνα ἔσιν ὁμῶ καὶ τὰ δύο στοιχεῖα, καὶ τὸ Β καὶ τὸ Δ ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὡς ἐπὶ μὲν τῶ πρὸς Βασιλέα πιττακίω, ὥσπερ οἱ Μητροπολῖται γράφουσι, καὶ λοιποὶ ἄρχοντες τὸ ἑαυτῶν ὄνομα μόνον ἐπιγράφουσιν ἐν τῷ ἑνὶ μέρει, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ μέρει, ἐδὲν τι σημειῶνται στοιχεῖον. γράφοντες δὲ πρὸς Δέσποιναν ὁμοίως μὲν τὸ ἴδιον τιθέασιν ὄνομα κατὰ τὸ ἓν μέρος τῶ πιττακίω, κατὰ δὲ τὸ λοιπὸν μέρος ποιοῦντες σαυρὲς τρεῖς, ὡς ἔθος, τιθέασιν ἄνω στοιχεῖον τὸ Δ. λείπεται ἂν γνώρισμα τὸ πρὸς τὴν Βασίλισσαν πιττακίῳ τὸ Β. στοιχεῖον ἐπιγράφειν οἶμαι δὲ τῦτο ἀσφαλέστερον. hoc eſt:

De Imperatricibus.

Notam pugillaris ad Imperatricem miſſi ignoro. Videtur tamen mihi ut ſint ſimul ambae literae Β et Δ. Alii uero dicunt, quod in pugillaribus ad Imperatorem a Metropolitis ſcriptis et reliquis optimatibus ſuum nomen tantum inſcribunt in una parte, in alia uero nullam literam ſignant. Cum uero ſcribunt ad Imperatricem ſimiliter in una parte ponunt nomen ſuum, in alia autem faciunt tres cruces more ſolito, et ſupra ponunt literam Δ. Reſtat igitur nota pugillaris ad Imperatricem ut litera Β. inſcribatur, et hoc exiſtimo tutius.

Hoc eſt Βασίλισσα et Δέσποινα.

Δέσποινα Βασίλισσα.

§. CCXXXX.

du FRESNE obſeruatio diplomatica. Imperatores rubris literis ſubſcribunt.

Ac denique non poſſumus, quin egregiam CAROLI DV FRESNE obſeruationem diplomaticam his adiungamus, quam inter notas in Annae Comnenae Alexiadem attulit p. 34:

Δι' ἐρυθρῶν) Puniceis litteris, et cum Cinnabari Bullas aureas, et quaelibet Diplomata et Epiſtolas ſubſcribebant Imperatores. Conſt. Manaſſes:

Ἐν ἐρυθροῖς γράμμασιν αὐτὴν ἐσημειῶντο.

Alibi,

Καὶ πορφυροβάπτοις γραφὶς τὴν χάρτην ἐπιστῶντο.

Digitized by Google

§. CCXXX. Apud eumdem, γραφὴ ἐρυθροσήμαντος. Piſides in Hexaemero:

Ἀλλ᾽ αἱματώσας τοὺς ἑαυτοῦ δακτύλους.
Βαφαῖς ἐρυθραῖς βασιλικῶς ὑπογράφει.

Gregorius XI. PP. ad Ioan. Palaeologum Imp. *Imperiales litteras de rubeo colore, et ut uidebatur, tua manu in littera Graeca ſcriptas recepimus:* apud Wadding. An. MCCCLXXV. N. 2. Sed haec nota. At quae fuerit iſta ſubſcriptio, et an Imperatoris nomen expreſſerit, uideo controuerti. Procopius in Hiſt. Arcana tradit Iuſtinum Imp. quatuor litterarum characteribus ſubſcripſiſſe: quae fuerint iſtae, non explicat. Anaſtaſius ad Act. X. Octauae Synodi ſubſcripta Imperatorum nomina diſerte ſcribit. Non tamen charactere diſtincto, ſed arcanis quibuſdam nodis et implicationibus litterarum ſubſcribebant, inquit Alamannus, et ut uerbo dicam, Eorum Monogrammata. Monogrammate, *quo nomen magis intelligi, quam legi promptum eſt*, ut ait Symmachus lib. 2 Epiſt. 12. Certe apud Latinos Monogrammatis uſus antiquiſſimus deprehenditur in Diplomatibus ſummorum Pontificum, Imperatorum, et Regum, ut et in eorum Monetis. Hrabanus Maurus Ab. Fuld. lib. de Inuentione Linguarum: *Litterae Monogrammae ſcriptae nonnullis in locis inueniuntur, ubi pictura cum muſaeo in pariete imaginis, aut in uelis, uel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomina cum congerie litterarum unum characterem pictores facere ſoliti ſunt, quod Monogramma dicitur.* Charta Pipini I Regis Aquit. apud Beſlium: *Vt autem haec noſtrae Excellentiae auctoritas inuiolabilis et inconcuſſa omni tempore permaneat, Monogramma inſerere curauimus, ac de annuli noſtri impreſſione inſigniri ſubter fecimus.* Annales Francor. Bertiniani An. DCCCLI. *Haec communi Procerum ſuorum conſilio atque conſenſu decernunt, propriorumque nominum Monogrammatibus confirmant.* Diploma Adalberonis I Epiſc. Metenſ. apud Meuriſſium: *Manu propria noſtri nominis Monogrammam ſubtus ſignauimus.* Denique Odo Cluniac. in Vita Burchardi Comitis Corbol. *Facto itaque teſtamento, Monogrammate firmatur.* Verum etſi in confeſſo ſit ſua nomina integra exaraſſe, aut in Monogrammatis formam contracta Imperatores aeui prioris, ſecus tamen de iis qui poſt Annum MCC uixerunt, dicendum eſt. Seruantur enim in Archiuo Regis Chriſtianiſſimi Diplomata Balduini II Imperat. Conſtantinop. Annorum MCCXLVII. et MCCLXVIII. bullis aureis et plumbeis inſtru-

inſtructa: Epiſtolae praeterea duae Andronici Palaeologi Senioris §. CCXXXX.
Latina lingua in papyro ſcriptae, prior ad Carolum Pulchrum Franciae Regem, altera ad Benedictum de Cumis Dominicanum, ſimili ferme litterarum rubrarum expreſſione ſubſcriptae. Nec ſunt literae in Monogrammatis formam contractae, ſed maiuſculae et in totam pergameni, uel papyri, latitudinem, atque adeo in ipſum Diplomatum aut Epiſtolarum ſcriptum diductae; characteribus adeo anomalis, et intricatis, ut ne uix quidem unus literarum apex deprehendi queat. Sed ut cuiuis ſit de eiusmodi ſubſcriptionibus diuinandi facultas, en damus fideliter excerptas ex ipſis Archetypis, et in minorem redactas formam, cum in Diplomatibus longe maiori exaratae ſint, totamque explicatae membranae latitudinem impleant. Prior igitur ſubſcriptio eſt Balduini II in Diplom. An. MCCXLVII. quod a Du-Cheſnio in Probat. Hiſt. Duc. Burg. refertur pag. 139. altera eſt eiusdem Balduini in Diplom. A. MCCLXVIII. menſ. Mart. quod nos deſcripſimus in Hiſt. Gallo-Byzant. pag. 22. tertia denique eſt Andronici Palaeologi in Epiſtolis mox laudatis. Extant porro ſparſim apud Martinum Cruſium in Turcograecia iſtiusmodi in Graecorum Pontificum et Nobilium Epiſtolis ſubſcriptiones, quarum etſi interdum ſenſum et notationem reddiderit, uix eſt tamen ut ullus ex iis apex percipiatur. At in praedictis Diplomatibus Balduini et Andronici, menſis uidetur deſcribi, non uero eorum nomen, tradunt Pachymeres lib. 4. cap. 29. et Gregoras lib. 4. a Michaele Palaeologo Imperatore conceſſum Andronico filio Imperii collegae, ut ei liceret γράφειν δὶ ἐρυθρῶν οἱ οἰκείᾳ χειρὶ, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΧΡΙΣΤΟΥ ΧΑΡΙΤΙ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ. Vbi MS. Regius habet δὶ ἐξοδικῶς γράφειν δὶ ἐρυθρῶν, etc. id eſt, πλατέως, uti uocem hanc interpretatur Heſychius, expanſis et diductis litteris. Verum id nominatim excepit Michael, ne μηνολογεῖν ſe uiuo poſſet, id eſt adſcribere μῆνα καὶ ἰνδικτον, ut habet Gregoras, quemadmodum, inquit Pachymeres, ſolent Imperatores, ὡς ἔθος τοῖς βασιλεῦσιν Vnde idem Auctor lib. 7. c. 1 narrat Andronicum, poſt patris Michaelis mortem, primum Diplomatibus menſem et diem apposuiſſe: ἄρτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα. et lib. 6 cap. 36 ſcribit Michaelem, cum in extremis ageret, libellum ſubſcribente n, primam Nouembris menſis litteram deſignaſſe, nec potuiſſe diſtinctis apicibus reliquum uocabuli explere. Ex quibus conſtat eodem encauſto, ſeu eadem rubrica, qua nomen proprium,

Digitized by Google

§ CCXXX. menſem et Indictionem exaraſſe Imperatores. Quod praeterea firmatur ex Nouella Manuelis de Feriis, in qua haec uerba ſub finem habentur: ὑπεγράφη, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩΙ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ΄. διὰ ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς χειρὸς, id eſt, *adſcriptum fuit manu Imperatoris rubris litteris, Menſe Martio Indictionis* XIV. et ex altera eiusdem Auguſti, περὶ διαφόρων, etc. quae iis uerbis clauditur, ὑπεγράφη, ΜΗΝΙ ΜΑΡΤΙΩΙ ΙΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ ιδ΄ διὰ ἐρυθρῶν γραμμάτων τῆς βασιλικῆς καὶ θείας χειρὸς. ubi obſeruandum, iis in Nouellis Imperatoris nomen characteribus Cinnabaricis exaratum fuiſſe nequaquam adnotari, ſed tantum menſem et Indictionem: ita ut ea tempeſtate Imperatores, non nomen ſuum, ſed menſem duntaxat et Indictionem Diplomatibus et Bullis ſuis apponerent; cum alias non modo liberis, ſed etiam praecipuis aulae ſuae officialibus ſubſcribendi ſua nomina *per Cinnabarim* facultatem concederent, ut ex Niceta in Iſaac. lib. 3. n. 5. conſtat. Habeo prae manibus Epiſtolam Demetrii Palaeologi Deſpotae, Manuelis Palaeologi Imperatoris filii ſecundogeniti, ad Carolum VI Francorum Regem, datam *ex Peloponneſo* 12 *Decembris* 1455. quam mecum communicauit V. C. Dominus *de Vyon d'Herouval* de literatis omnibus bene meritus, ſubſcriptam rubeis et grandioribus hiſce characteribus, Δημήτριος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Δεσπότης Ῥωμαίων, ὁ Παλαιολόγος. Sigillum ex cera rubra papyro obducta litteris appoſitum Aquilam, cum alis expanſis, bicipitem, et cum bina coronula utrique capiti imminente, repraeſentat. Sigilli uero inſcriptio iisdem characteribus concipitur, quibus Epiſtolae ſubſcriptio. Iam uero cur Imperatores menſem tantum et indictionem, literis rubricatis, in Diplomatibus et Bullis, non uero ſua nomina, deſcriberent, id cauſſae potiſſimum eſſe exiſtimo, quod ex quo Bullarum, ſeu Sigillorum, uti ea uocabant, pendentium, uſus apud Graecos inualuit, ſubſcribi in iis nomina deſierunt. Certe apud Gallos noſtros, qui ſigillis pendentibus uti coepere ea ferme aetate, qua Graeci Bullis, tum aureis, tum plumbeis, nempe circa nonum aut decimum ſaeculum, ſubſcribi, inquam, nomina deſiere in Diplomatibus; cum antea non modo ſigilla cerea ipſis chartis affigerentur, ſed etiam apponerentur ipſorum Monogrammata Principum, aut eorum quorum erant Diplomata. Et certe, ſi bene auguror, in priore Balduini II Diplomate A. MCCXLVII. μηνὶ ἰουλίῳ, id eſt, menſe Iulio, exaratum uidetur, quo illud emiſſum conſtat, uti in altero μηνὶ Μαρτίῳ, (emiſſum enim menſe Martio) in tertio denique, quod

quod eſt Andronici Senioris, μνὶ Μαΐῳ; ubi uox, μνὶ, contractis litteris deſcribitur: atque eiusmodi ſubſcriptio *Imperialis* appellatur in Diplomate eiusdem Balduini A. MCCXLI. quod habetur in Hiſtoria noſtra Gallo-Byzantina: *In cuius rei teſtimonium praeſentes litteras fecimus annotari, et Bullae noſtrae plumbeae munimine roborari Imperialis ſubſcriptionis caracteribus inſignatas.* Et in eo quod eſt A. MCCLXVIII. *In cuius rei teſtimonium litteras noſtras praeſentes dedimus Bulla noſtra aurea roboratas noſtris caracteribus rubeis Imperialibus inſignitas.* Quos quidem characteres rubeos, non *ſui nominis*, uti ſolebant Imperatores, antequam Bullarum uſus inualuiſſet, appellat Balduinus, ſed tantum *characteres Imperiales rubeos*, id eſt, quos in Diplomatibus deſcribere ſolebant deceſſores ſui. §. CCXXX.

INDEX AVCTORVM.

ACTA SANCTORVM a Jo. Bollando, Godefrido Henſchenio, Dan. Papebrochio, Franciſco Baertio, et aliis S. J. collecta. Antvverp. 1643 ſq. f.

M. ADAMI BREMENSIS hiſtoria eccleſiaſtica inter Lindenbrogii Scriptores rer. Germ. ſeptentr.

ADELBOLDVS de rebus geſtis S. Henrici inter Ludevvig. Scriptor. Bamberg.

VITA S. ADELHEIDIS IMPERATRICIS, auctore Odilone in Leibnit. Script. Brunſuic t. I p. 262.

ADEMARI Chabannenſis monachi S. Eparchii Engoliſmenſis chronicon, in Labbei nouae biblioth. MSC. t. II.

AGOBARDI archiepiſcopi Lugdunenſis opera, cura Stephani Baluzii Pariſ. 1666. 8.

IVS PROVINC. ALAMANN. ex edit. Schannati.

ALBERICI chronicon in Leibnit. t. II acceſſion. hiſtoric.

ALBERTI, Abbatis Stadenſis chronicon a condito orbe usque ad a. 1256 in Io. Henr. Boecleri Volum. rer. Germ. nouo.

NATALIS ALEXANDRI hiſtoria eccleſiaſtica ueteris nouique teſtamenti. Paris. 1714. fol.

ANAMODI Subdiac. Ratiſpon. tradition. S. Emeram. in Pez. theſ. anecd. t. I p. III.

ANASTASII Bibliothecarii de uitis Romanor. Pontificum t. II opera Franciſci Blanchini. Romae. 1718. f.

Wahl-und Krönungs-Handlung I Theil von der Wahl Kayſers MATTHIAE a. 1612 auch wie die kayſerliche Gemahlin ANNA den 16 Jun. gekrönt worden. Anderer Theil gründliche Beſchreibung der königlichen Krönung den 24 Jun. 1612. Francf. und Leipz. in 4.

ANNAE COMNENAE Alexias inter Scriptores Byzant.

ANNALES FRANCORVM Bertiniani ap. du Cheſne t. III p. 150 et Murator. t. II Script. Ital. p. 491.

- - FVLDENSES ſiue geſta Francorum ab a. 714-883. inter Scriptores XII Pithoei primus, itemque apud du Cheſne, Lambec. Labbeum, Reuber.

- - METENSES apud du Cheſne t. III p. 262.

ANNALISTA SAXO ab initio regni Francor. usque ad a. 1139 in Eccard. corp. hiſt med. aeui. t. I p. 133.

JO. ANDREAE de ASTESATIS diſſertatiuncula de noua epocha Ludouici II Imp. adiecta Euangeliſtae Manelmi Vicentini commentariolo de obſidione Brixiae a. 1438. Brix. 1728. 4.

ARNOL-

Digitized by Google

ARNOLDVS LVBECENS. cum Helmoldi chronic. Slau.

VITA ARNPECKHII chron. Boioariae in Pezii theſaur. anecd. t. III P. III.

JO. THVRNMAIERI uulgo AVENTINI annales Boiorum edente Gundling. Lipſ. 1710. f.

CHRISTOPH. FRIDER. AYRMANNI Sylloge anecdotor. Francof. ad Moen. 1746. 8.

STEPHANI BALVZII Capitularia regum Francorum T. II Pariſ. 1677. f.

EIVSDEM miſcellaneorum L. VII. Pariſ. 1678. 1715. 8.

DANIEL EBERHARDI BARINGII clauis diplomatica. Hannouerae. 1737. 4.

CAESARIS BARONII annales eccleſiaſtici. T. XII. Colon. Agrip. 1670. ſq. f. in primis T. IX et X.

JO. FRID. Nobilis de BAVMANN uoluntarium Imperii conſortium inter Frideric. Auſtr. et Ludou. Aug. Francof. et Lipſ. 1735. f.

JO. VOLKM. BECHMANN de Auguſta eiusque iuribus et priuilegiis. Jen. 1659.

JO. CHRISTOPH. BECMANNI notitia dignitatum illuſtrium. Francof. 1685. 4.

JOANNES de BEKA et WILHELMVS HEDA de epiſcopis Vltraiectinis, recogniti et notis hiſtoricis, illuſtrati ab Arn. Buchelio Batauo J. C. Vltraiecti 1643. f.

GODEFRIDI de BESSEL, Abbatis, chronicon Gottwicenſe. Tom. prodromus de codicibus antiquis manuſcriptis, de Imperatorum ac Regum Germaniae diplomatibus, de eorumdem palatiis, uillis et curtibus regiis atque de Germaniae medii aeui pagis. typis monaſterii Tegernſeenſis O. S. Bened. 1732. f.

MAXIMA BIBLIOTHECA ueterum patrum t. XXVII. Lugdun. 1677. f.

JO. HENR. BOECLER de ſingulari Juſtiniani Imp. fauore erga feminas. Arg. 1719.

JEAN du BOVCHET la veritable origine de la ſeconde et troiſieme lignée de la maiſon de France. Paris. 1611. f.

CHRISTOPH. BROWERI et IAC. MASENII antiquit. et annal. Treuerenſ. t. II. Leod. 1671. f.

CASPAR. BRVSCHII Chronologia monaſteriorum Germaniae pracipuorum ac maxime illuſtrium. Sulzbaci 1682. 4.

Supplementum BRVSCHIANVM ſiue centuria ſecunda, quam edidit Daniel de Neſſel. Vindobon. 1692. 4.

R. P. F. GABRIELIS BVCELINI Germania Topo-chrono-ſtemmatographica ſacra et prophana. P. I. Vlmae. 1655. P. II, 1662.

CHRIST. GOTTL. BVDER Nützliche Sammlung verſchiedener meiſtens ungedruckter Schrifften, Berichte, Vrkunden, Briefe, Bedencken. Leipzig. 1735. 8.

HENR. de BVNAV teutſche Kayſer- und Reichs-Hiſtorie. Lipſiae. 1728. ſq. 4.

RVDOLPH a BVNAV de ornamentis et honoribus Auguſtarum. Lipſiae. 1733. 4.

Digitized by Google

INDEX AVCTORVM.

Scriptores hiſtoriae Byzantinae ex typographia regia Pariſ. tom. XXVII, quos recenſet BVDER. in bibliotheca hiſtor. p. 81 ſq.

AVG. CALMET hiſtoire eccleſiaſtique et civile de Lorraine. Tom. III. à Nancy, 1728. f.

P. MARIA CAMPI hiſtoria uniuerſale di Piacenza. 1651. III Vol. f.

IVL. CAPITOLINI uita Marc Antonini inter ſcriptores hiſtoriae Aug. minores. Lugd. Bat. 1671. 8.

CAROLI IV IMPER. Aurea Bulla, a 1356 condita.

Nummi AVG. CAROLI VI et ELISABETHAE CHRISTINAE Viennae Auſtriae cuſi breuiter deſcripti et explanati. Vienn. Auſtr. 1728. 8.

Vollſtändiges Diarium der Wahl und Crönungs-Solennitäten Kayſer CAROLI VI. Franckfurt. 1712. f.

Vollſtändiges Diarium der Wahl und Crönung Kayſer CARLS des VII. Franckfurt. 1742. f.

BENED. CARPZOV in Legem Regiam Germanorum commentarius. Lipſiae. 1651. 4.

CHRONICON CASAVRIENSE in Murat. t. II ſcript. rer. Ital. P. II p. 767.

In diſſertationem Italiae medii aeui CENSVRAE III Viterbienſis, Veneta et Brixiana cum reſponſis III pro anonymo Mediolanenſi. Mediol. 1729. 4.

Qui geſta pontificum Tungrenſium, Traiectenſium et Leodienſium ſcripſerunt auctores praecipui ad ſeriem rerum et temporum collocati ac in tomos diſtincti, nunc primum ſtudio et induſtria R. D. IOANNIS CHAPEAVVILLI Canonici et Vicarii Leodienſ. typis excuſi. Tom. I Leodii. 1612. 4.

ANDREAE du CHESNE hiſtoriae Francorum ſcriptores coaetanei. T. V. Paris. 1636. 1649. f.

HENR. COCCEII iur. publici prudentia. Francof. ad Viadr. 1700. 8.

CAROL. LE COINTE annales eccleſiaſt. Francor. Pariſ. t. VIII. 1665. 1683. f.

CHRONICON COLMARIENSE ap. Vrſtiſ.

CONRAD. VRSPERGENS.

CODINVS CVROPALAT. de Officiis Conſtant. in Script. Byzant.

MARTINI CRVSII annales Sueuici ſiue chronica rerum geſtarum antiquiſſimae et inclytae Sueuicae gentis. Francof. 1595. f.

LVCAE DACHERII Spicilegium ſiue collectio ueterum aliquot Scriptorum, noua edit. Lugd. Franc. Joſeph. de la Barre III Tom. Paris. 1723. f.

ANDREAE DANDVLI chronicon Venetum in T. XII Script. rer. Ital. Murator. p. 1.

DIONIS CASSII Roman. hiſtor. gr. et lat. Hanouiae. 1606. f.

DITMARI epiſc. Merſeburg. chronicar. Libr. VIII in Leibnit. t. I Scriptor. Brunſu. n. 28.

DANIEL EBERHART DOLP gründlicher Bericht von der Stadt Nördlingen. Nördlingen. 1738. 8.

RAIM. DVELLII Miſcellaneorum Lib. I. Auguſt. Vindel. et Graecii 1723, et Lib. II. 1724. 4.

RAIM.

RAIM. DVELLII Excerptorum genealogico-hiſtoricorum Libri duo. Lipſ. 1725. fol. abundat ſigillis aere repraeſentatis.

Eiusd. Fridericus Pulcher Auſtr. inter Imp. Romano - Germanicos adhuc ſtat. Norimb. 1733. 4.

IO. GE. ECCARDI commentarii de rebus Franciae orientalis et epiſcopatus Wirceburg. T. II. Wirceburgi. 1729. f.

Eiusd. Leges Francorum Salicae et Ripuariorum. Hanouer. 1719. f.

Eiusd. origines familiae Habſpurgo-Auſtriacae. Lipſiae. 1721. f.

EGINHARD. de uita et rebus geſtis Caroli M. Traiecti ad Rhenum. 1711. 4.

ELECTA IVRIS PVBLICI. Jen. 1709. 1725. 8. XX Vol. et V Supplem. (auctoribus LVDOLPHO et MVLLERO.)

HERM. HENR. ENGELBRECHT progr. nomotheſiae Theodorae Imperatricis ſpecimina quaedam continens. Gryphisw. 1736.

IO. HENR. de FALCKENSTEIN codex diplomaticus antiquit. Nordgau. Lipſiae. 1733. f.

EVROPAEISCHE FAMA. Leipzig. 1702 ſq. 8.

Chronicon monaſterii Acutiani ſiue FARFENSIS integrum in Murator. Script. Ital. T. II P. II p. 287. Excerpta in du Cheſne Script. Francor. T. III p. 650.

Beſchreibung der Ceremonien, ſo bey der Crönung des Römiſchen Königs FERDINANDI III und ſeiner Gemahlin obſeruirt worden anno 1636 in LVNIGS Theatr. Ceremon. t. I p. 1150.

Analecta quaedam monumentorum S. Petri FLAVINIACENSIS in Labbei T. I nou. bibl. MS. p. 269.

FLODOARDI presbyteri et Canonici Remenſ. L. IV hiſtoriae Remenſ. in t. XVII bibl. max. patr.

MARQ. FREHERI rerum German. Scriptores cura Burc. Goth. Struvii T. III. Argent. 1717. f.

Eiusd. origines Palatinae. Heidelberg. 1613. f.

CAROLI du FRESNE, domini du Cange Gloſſarium ad Scriptores mediae et infimae latinitatis. t. VI. f. Venet. 1736. ſq.

Eiusd. Hiſtoria Byzantina. Pariſ. 1680. f. extat etiam in tom. XXVI Scriptor. Byzantinorum.

AHASVERI FRITSCHII Auguſta Roman. Imperatoris coniux. Rudolſtad. 1667. in 4. et in opuſculis.

IO. IAC. FVGGER Spiegel der Ehren des höchſt löblichen Kayſerl. und Königl. Erzhauſes Oeſterreich herausgegeben von Sigmund von Bircken. Nürnberg. 1668. f.

TEVTSCHER FVRSTINEN SAAL, darinnen Fürſtinnen, ſo die kayſerliche Würde verwaltet, anzutreffen ſeyn etc. Franckf. am Mayn. 1745. 4.

CAR. GUIL. GAERTNER de feudis et officiis Bambergenſibus S. R. I. electorum, in primis Saxoniae Nouemuiri. Lipſiae. 1726.

ERASMI GATTVLA hiſtoria Abbatiae Caſſinenſis T. I Venet. 1733. f.

Digitized by Google

GEORG CHRISTIAN GEBAVER Judithae Auguſtae Francicae elogium hiſtoricum. Lipſiae. 1720. 4.

EIUSDEM Leben und Thaten Herrn Richards ervvehlten Röm. Kayſers. Leipzig. 1744. 4.

IO. LVDW. LEV. GEBHARDI Hiſtoriſch - Genealogiſche Abhandlungen P. I Luneb. et Lipſ. 1747. 8.

PETRI GEORGISCH Regeſta chronologico - diplomatica. Francof. et Lipſ. 1740 ſq. f.

EIUSD. Corpus iuris Germanici antiqui. Halae. 1738. 4.

AD. FRID. GLAFEY Anecdota. Dresdae et Lipſiae. 1734. 8. Continet Regiſtrum Regiſtrandorum Caroli IV a. 1358 - 1361.

MELCH. HAIMINSFELD GOLDASTI collectio conſtitut. Imperial. T. III. Francof. 1615. f.

EIUSD. Commentarii de regni Bohemiae incorporatarumque prouinciarum Iuribus ac priuilegiis, nec non de hereditaria ſucceſſione Regiae familiae, cum animaduerſionibus Stranskii, Balbini aliorumque, et acceſſionibus ac Notis Iuſt. Herm. Schminckii. Francof. 1719. f.

EIUSDEM politiſche Reichs - Händel. Franckf. 1614. f.

IO. GEORG. GRAEVII theſaurus antiquitatum et hiſtoriarum Italiae, continuatus a Petro Burmanno. T. X. Vol. XLV. Lugduni Batauorum. 1704. 1722. f.

IAC. GRETSERI diui Bambergenſes in Ludevvig Scriptor. rer. Bamberg.

CHRISTIAN VLRICH GRVPEN de uxore theotiſca, von der teutſchen Frau. Goetting. 1748. 4.

VAL. FERD. de GVDENVS Codex diplomaticus. Goettingae in 4. t. I. a. 1743 et t. II Francof. et Lipſ. 1747.

EIUSD. Sylloge I uariorum diplomatariorum. Francofurti ad Mœnum. 1728. 8.

SAMVEL GVICHENON Bibliotheca Sebuſiana. Lugduni. 1660. 4. et in Chriſtiani Godofr. Hoffmanni collectione noua Scriptorum ac monumentorum rariſſimorum.

FRANC. GVILLIMANNI de epiſcopis Argentinenſibus liber commentarius. Friburgi. 1608. 4.

EIUSD. Habspurgica ſiue de antiqua uera origine domus Auſtriacae. Mediol. 1605. in 4. 1696. et in 8.

NICOL. HIERON. GVNDLING Gundlingiana. Partes XLV. 1715 ſqq. 8.

EIUSD. Sammlung kleiner teutſchen Schrifften und Anmerckungen. Halle. 1737. 8.

EIUSD. Otia. P. III von der heil. Kunigunda, und derſelben vermeinter Keuſchheit.

EIUSD. Obſeruationes ſelectae.

GREGOR. HAGEN German. Auſtr. Chronic. in Pez. Script. rer. Auſtr. t. I.

SIMON FRIEDRICH HAHNS vollſtändige Einleitung zu der teutſchen Staats - Reichs - und Kayſer-Hiſtorie. Halle und Leipzig. 1721 ſq. 4.

EIUSD. Collectio monumentorum ueterum et recentium ineditorum. Brunſuig. 1724. 1726. t. II. 8.

IO.

Digitized by Google

IO. HARDVINI conciliorum collectio t. XII. Pariſ. 1700-1716. f.

IO. CHRIST. HARENBERG Hiſtor. Eccleſ. Gandershemenſis diplomatica. Hanouerae. 1734. fol.

R. P. F. CHRISTOPHORI HARTMANNI annales Heremi Deiparae matris monaſterii in Heluetia Ord. S. Bened. Friburgi. 1612. f. et Francof. 1691. f.

HEDA vid. BEKA.

IO. MICH. HEINECCII et IO. GEORG. LEVCKFELD Scriptores rer. German. Francof. 1707. f. inter quos Heineccii Antiquit. Goslarienſ. primum locum occupant.

Eiusd. Syntagma hiſtoricum de ueteribus Germanorum aliarumque nationum ſigillis. Francof. et Lipſ. 1709. f.

GEORG. HELWICH antiquitates Lauriſhamenſes inter Ioannis Script. Mogunt. P. I tomi noui.

Auctor vitae HENRICI IIII apud Vrſtiſ. t. I.

MARQVARDI HERRGOTT Genealogia diplomatica Auguſtae gentis Habsburgicae. Viennae Auſtriae. 1737. 3 Vol. fol.

ANNALES HILDESHEIMENSES in Leibnit. ſcript. Brunſuic. t. I p. 710.

HINCMARI Archiepiſcopi Remenſis opera cura Iacobi Sirmondi. t. II. Paris. 1645. f.

Eiusd. epiſtola ad epiſcopos Franciae de ordine Palatii t. II oper. p. 201. et in du Cheſne Script. t. II p. 487.

THEODORI HOEPINGK de Sigillorum priſco et nouo iure tractatus practicus. Norib. 1642. 4.

CHR. GODOFR. HOFFMANN. Scriptores rer. Luſaticarum. Lipſ. et Budiſſ. 1719. f. tom. IIII.

MARTINI HOFFMANNI Annales Bambergenſis epiſcopatus ab origine ad a. 1440 in Ludewig. Script. rer. Bamberg.

R. D. P. PHILIBERTI HVEBERI Auſtria ex archiuis Mellicenſibus illuſtrata. Lipſ. 1722. f. Inſignem copiam Sigillorum depingendam curauit. in Tab. 37 n. 14 conſpicitur Sigillum Eliſabethae Reginae Franciae, Hung. et Bohem. Archiducis Auſtr.

Sacrae antiquitatis monumenta hiſtorica, dogmatica, diplomatica, T. I notis illuſtrata a R. P. ac dom. CAROLO LVDOV. HVGO Abbate Stiuagii et Fontis Andreae. Stiuag. 1725 f.

HVGONIS Chronicon Virdunenſe, alias Flauiniacenſe in Labbei T. I nouae Biblioth. MS. p. 75.

WIGVLEI HVND a SVLZEMOS metropolis Salisburgenſis cum notis et additionibus Chriſtoph. Gewoldi T. III. Ratisb. 1719. f.

INNOCENTII III Rom. Pontif. epiſtolae ex edit. Baluz. Pariſ. 1682. f. II Tom.

GEORG. CHRIST. IOANNIS rerum Moguntiacarum Vol. II. Francofurti. 1722. f.

Eiusd. Scriptor. hiſtor. Moguntinenſ. tom. nouus. Francof. 1727. f.

Eiusd. tabularum literarumque ueterum ſpicilegium I. Francof. 1724. t. II. Brunſuic. 1726. 8.

DISSERTATIO CHOROGRAPHICA ITALIAE medii aeui in Murat. t. X

Script. auctore Caſpar. Beretti monacho Caſinenſi.

CARL FERDINAND IVNGENS Miſcellanea, t. V. Franckf. und Leipzig. 1739-1748. 8.

CORPVS IVR. CIVIL. IVSTINIAN.

FRID. ERNST. KETTNER Kirchen- und Reformations-Hiſtorie des Kayſerlichen freyen weltlichen Stiffts Quedlinburg. Quedlinb. 1710. 4.

Eiusd. antiquitates Quedlinburgenſes, oder Kayſerl. Diplomata, Päbſtliche Bullen, Abteyliche und andere Vhrkunden von dem Kayſerl. freyen weltlichen Stifft Quedlinburg. Leipzig. 1712. 4.

FRANC. CHRISTOPH KHEVENHILLERS Annales Ferdinandei. Tom. XII. Leipz. 1721. f.

IO. DAV. KOELERI exercitatio Genealogica de familia Auguſta Carolingica reſp. Io. Adamo Bettingero. Altorfii. 1725. 4.

Eiusd. Stemmatographia Auguſta Saxonica. reſpond. Laur. Iac. Krauſ. Altd. 1731.

Eiusd. diſſ. de Familia Auguſta Franconica. reſp. Carol. Guſtav. Fürer de Heimendorff et Wolckersdorff. Altd. 1722.

Eiusd. diſſ. de familia Stauffenſi. reſp. Ge. Frid. Woelcker. Altd. 1721.

Eiusd. diſſ. de familia Auguſt. Lucemburg. reſpond. Abr. Gottfrid Fabro. Altd. 1722.

Eiusd. Münz-Beluſtigungen. tomi uarii.

IAC. de KOENIGSHOVEN chronicon uniuerſale et Alſaticum, obſeruationibus hiſtoricis illuſtratum a Io. Schiltero. Straſburg. 1698. 4.

IO. CARL. KOENIG Selecta Iur. publ. nouiſſima. XV Part. 8.

Eiusd. diſſ. de Archimareſchallo Auguſtae Imperatricis. reſp. Carl. Andr. de Wieſenhüten. Marp. 1748.

IO. GEORG. KVLPISII ſcriptores rer. Germ. cum praefat. Schilteri. Argent. 1702. f.

Auctor uitae S. KVNIGVNDIS in Ludevvig. Script. rer. Bamberg.

PHILIPPI LABBEI noua bibliotheca Manuſcriptorum t. II. Pariſ. 1657. f.

LOVIS LAGVILLE hiſtoire de la province d'Alſace depuis Jules Ceſar jusqu'au mariage de Louis XV. Strasbourg. 1727. f.

PETR. LAMBECII commentar. de Auguſt. bibliotheca Caeſarea Vindobon. L. VII. Vindob. 1665. f.

ANNALES FRANCORVM LAMBECIANI cum additamentis et criſi Io. Benedicti Gentilotti in Murat. T. II. P. II. Scriptor. p. 83.

LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. inter Piſtorii ſcriptor. rer. German. t. I.

HISTOIRE GENERALE DE LANGVEDOC avec des notes et les pieces juſtificatives. T. I et II. Par. 1730. 1733. f.

CHRONICON LAVRISHAMENSE in Freheri ſcriptor. rer. Germ. T. I. p. 83 edit. Struuianae.

GODOFR. GVIL. LEIBNITII codex iuris gentium diplomaticus. Hanouer. 1693. f. Eius mantiſſa ib. 1700. f. praefatio ualde memorabilis.

Eiusd. ſcriptores rerum Brunſuicenſium T. III. Hanouer. 1707, 1710, 1711. f.

LEONIS epiſc. Oſtienſ. chronica Caſſin. in Murat. ſcript. rer. Ital. T. IV p. 151.

IO.

IO. GE. LEVCKFELD. antiquitates Poeldenſes. Wolffenb. 1707. 4.

Eiusd. Antiquitates Gandersheimenſes. Wolffenb. 1709. 4.

Eiusd. Antiq. Michaelſteinenſes et Amelunxbornenſes. Wolffenb. 1710. 4.

FRID. LEVTHOLFS Europäiſcher Herold. Leipz. 1705. f.

IO. LIMNAEI Ius publ. cura Schilteri et Fritſchii edit. Argent. 1699. 4.

ERPOLDI LINDENBROGII Scriptor. rer. German. ſeptentrionalium uicinorumque populorum ; ex edit. Io. Alb. Fabricii, Hamb. 1706. f.

FRIDER. LINDENBROGII codex legum antiquarum. Francof. 1613. f.

CHRONICON LOBIENSE in Marten. theſaur. anecdot. t. III p. 1410.

IO. HIERON. LOCHNERS Sammlung merckwürdiger Medaillen. 1737 ſq. Norib. 8. tom. plures.

IO. PETR. de LVDEWIG vollſtändige Erläuterung der güldenen Bulle. Franckf. 1716. 4. II Vol.

Eiusdem nouum Volumen ſcriptor. rer. Germanic. plurimam partem nunc primum editorum ex Cod. MSCt. T. I et II. Francof. et Lipſ. 1718. f.

Eiusd. reliquiae Manuſcriptorum omnis aeui diplomatum ac monumentorum ineditorum adhuc. T. I. Praefatio de uſu et praeſtantia diplomatum et diplomaticae artis, porro de Bellis diplomaticis, cum in Gallia excitatis, tum in Italia atque in ſupremis Germanici imperii tribunalibus. Inde haurire licet ſum auctorum artis diplomaticae pleniſſimam notitiam, tum libros refertos diplomatibus; imo uiginti quatuor in cauſis momentoſis proceſſus, qui pendent a diplomatum fide aut genuina aut ſubleſta. Francof. et Lipſ. 1720. 8.

Eiusd. diſſ. de matrimoniis principum per procuratores. Halae. 1736. 4.

Eiusd. gelehrte Anzeigen. P. III. Halle. 1743 ſq. 4.

Eiusd. uita Iuſtiniani M. Hal. 1730. 4.

IO. CHR. LVNIG. codex Germaniae diplomatic. Lipſ. 1732, 1733. f. II Vol.

Eiusd. codex Italiae diplomaticus. Francof. et Lipſ. f. T. I 1725. T. II 1726; T. III 1732. T. IV et ultimus 1735.

Eiusd. Vorrath wohlſtiliſirter Schreiben groſer Herren. Leipz. 1713-28. 8.

Eiusd. theatrum caerimoniale hiſtor. polit. Lipſ. 1719. II Vol. f.

Eiusd. Teutſches Reichs-Archiv. XXIV Vol. Leipz. 1710. 1722. f. in primis ſpicilegium eccleſiaſticum.

LVITPRANDI hiſt. in Murat. ſcript. t. II.

IO. MABILLON. Acta ſanctorum ordinis S. Benedicti ab a. 480-1100. Pariſ. 1668. 1701. IX Vol. f.

Eiusd. Annales ordinis S. Benedicti. Pariſ. V Vol. fol. 1703-1713.

Eiusd. de re diplomat. L. VI. Lutec. Pariſ. 1718. f.

Eiusd. libror. de re diplom. ſupplementum. Lutet. Pariſ. 1704. f.

Editio ſecunda rei diplomat. ab ipſo auctore recognita, emendata et aucta prodiit. ib. 1709. f.

Eiusd. et Mich. Germain muſeum Italicum ſeu collectio ueterum ſcriptorum ex bibliothecis italicis eruta. Pariſ. T. II 1689, 1724. 4.

Eiusd. uetera analecta. Par. 1723. f.

IOACH. IOAN. MADERI antiquitates Brunſuic. Helmſt. 1678. 4.

Digitized by Google

MARTIN MAGER a Schoenberg de aduocatia armata. Francof. 1685. f.

CHRON. MAGDEBVRG. in Menkii Script. Rer. Germ. t. III.

BERNARDI a MALLINCKROT commentatio de Archicancellariis S. R. I. ac Cancellariis imperialis aulae in Iac. Wencker. Collect. Archiui p. 209 ſq.

CORNELII MARGARINI Bullarium Caſſinenſe. Venet. 1613. f.

Vollſtändiges Diarium der Crönung der Kayſerin MARIA AMALIA. Franckf. 1743. f.

EDMVNDI MARTENE et VRSINI DVRAND ueterum ſcriptorum et monumentorum hiſtoricorum, dogmaticorum, moralium ampliſſima collectio. T. VIII. Pariſ. 1724 ſq. in fol.

IO. IAC. MASCOVII diſſ. de originibus officiorum aulicor. S. R. I. Hal. 1718. 4.

EIUSD. commentarii de rebus Imp. Romano - German. a Conrado I usque ad obitum Henrici V. 2 Vol. Lipſiae. 1741 et 1748. 4.

EIUSD. diſſ. de regali imperialique Auguſtorum Germaniae Auguſtarumque coronatione. Lipſ. 1723.

AVCTOR VITAE MATHILDIS in Leibnitii Scriptor. Brunſuicenſ. T. I p. 192.

ANTONII MATTHAEI ueteris aeui analecta editio ſecunda V Tomis comprehenſa. Hagae Comitum. 1738. 4.

HENRICI MEIBOM. rerum Germanicarum T. III. Helmſtad. 1688. f.

P. CAROLI MEICHELBECK hiſtoria Friſingenſis T. II ab a. 724-1724. Auguſtae Vindel. et Graecii. 1724. f.

IO. BVRCKH. MENCKE Scriptores rer. Germanic. praecipue Saxonic. t. III Lipſ. 1728 ſq. f.

CLAVDE FRANCOIS MENESTRIER hiſtoire civile et conſulaire de la ville de Lyon. Lyon. 1696. f.

ANNALES METENSES rer. Francicarum ab a. Chr. 687 usque ad 904. apud du Cheſne in Scriptor. T. III p. 262.

MARTIN MEVRISSE hiſtoires des eveques de Mets. Mets. 1634. f.

AVBERTI MIRAEI opera diplomatica et hiſtorica edit. ſecunda auctior et correctior, cura Io. Franc. Foppens T. III. Bruxell. 1723. f.

BERN. LVD. MOLLENBEC de Auguſta Romana. Gieſſae. 1682.

ANTONII MONGITORIS monimenta hiſtor. Manſionis S. S. Trinitatis in theſaur. rer. Sicil.

J. du MONT, Baron de Carels-Croon, corps univerſel diplomatique du droit des gens, a Amſterd. et a la Haye. 1726-1731. f. XIV Tom.

